



3 1761 07833933 0



THESAURUS
RESOLUTIONUM
SAC. CONGREGATIONIS
CONCILLII

Quæ consentaneæ ad Tridentinorum PP. Decreta
aliasque Canonici Juris Sanctiones

M U N U S

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGR.

O B E U N T E

R.P.D. JO. FRANCISCO FALZACAPPA

ARCHIEPISCOPO ATHENARUM

Prodierunt in Causis sub anno 1821.

P R O P O S I T I S

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis,
ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus
apprime utilis, ac necessarius.

T O M U S L X X X I .

T R I P L I C I ,

I N D I C E L O C U P L E T A T U S .



R O M Æ M D C C C X X I I .

THESSAURUS
RESOLUTIONUM

CONCLII

SECRETARIUM BUREAUM SAECULI

FRANCISCO PALLAS



BX
1935
A36
t.84-87

INDEX LOCUTORIUM

INDEX LOCUTORIUM

INDEX LOCUTORIUM

The Index Locutorium is a book of the

I N D E X

ALPHABETICUS CAUSARUM

*Quæ in Sac. Congregatione Concilii propositæ fuerunt
anno 1821. per Diœceses dispositus.*

A

- A**merina Reductionis, seu Novæ Dotationis 22. Decembris *pag.* 354.
Anconitana Nullitatis Contractus 20. Januarii *pag.* 2.
Ariminen. Nominationis, et Præsentationis 17. Februarii *pag.* 34.
Ariminen. Parochiarum 15. Septembris *pag.* 300.
Asculana Reductionis 21. Julii *pag.* 238.
Auximiana Distributionum 22. Decembris *pag.* 353.

B

- B**alneoregien. Beneficii 17. Februarii *pag.* 39.
Balneoregien. Visitationis SS. Liminum, quoad Curam Animarum 14. Aprilis *pag.* 127.
Balneoregien. Visitationis SS. Liminum quoad Inventarium 14. Aprilis *p.* 127.
Brixien. Jurispatronatus 15. Septembris *pag.* 307.

C

- C**æsenaten. Beneficii 23. Junii *pag.* 184., et 18. Augusti *pag.* 260.
Callien. Administrationis Bonorum 2. Junii *pag.* 163.
Callien. Sanationis, et Absolutionis 18. Augusti *pag.* 259.
Cameracen. Irregularitatis 17. Februarii *pag.* 34.
Camerinen. Funeris 23. Junii *pag.* 189., 15. Septembris *pag.* 285., et 24. Novembris *pag.* 317.

- Cingulana Nominationis Capellani 22. Decembris *pag.* 383.
 Civitatis Castellanae 24. Novembris *pag.* 318.
 Civitatis Plebis Residentiæ, et Ecclesiæ Reparationis 17. Februarii *pag.* 33.

D

- D**erthonen. Spolii, Manutentionis, et Redintegrationis 14. Aprilis *p.* 128,

E

- E**ugubina Præposituræ 14. Aprilis *pag.* 113.

F

- F**errarien. Commutationis voluntatis 20. Januarii *pag.* 1.
 Firmana Beneficii 17. Februarii *pag.* 41.
 Forosempronien. Pensionis 23. Junii *pag.* 180., 15. Septembris *pag.* 286., et 24. Novembris *pag.* 317.

I

- J**anuen. Condonationis, Reductionis, Translationis, et Absolutionis 21. Julii *pag.* 218.
 Januen. Reductionis 2. Junii *pag.* 170.
 Imolen. Legati 17. Februarii *pag.* 34.

L

- L**ancianen. 21. Julii *pag.* 217.

⁴
Lucana Capellanix 20. Januarii pag. 1.
Lucana Remotionis, et Restitutionis
Altaris 24. Novembris pag. 316.

M

Marsorum Divisionis Capellaniarum
22. Decembris pag. 353.
Mazzarien. 18. Augusti pag. 260.
Mazzarien. Missæ Conventualis 2. Junii
pag. 157.
Melevitana Cohabitationis, et Præsta-
tionis Obsequiorum Matrimonialium
18. Augusti pag. 266.
Melevitana Nullitatis Matrimonii 24.
Martii pag. 56., et 22. Decembris
pag. 354.
Montis Politiani Patrimonii Sacri 21. Ju-
lii pag. 243.
Mutinen. Reductionis Missarum 24. Mar-
tii pag. 55.

N

Novarien. Beneplaciti Apostolici 24.
Martii pag. 55.
Novarien. Transactionis 20. Januarii
pag. 9., et 24. Novembris pag. 315.
Nullus Orbetelli Jurium Parochialium 2.
Junii pag. 149.

P

Pisana Præcedentiæ 22. Decembris
pag. 358.

R

Ravennaten. Subsidiæ Dotalis 2. Junii
pag. 156.
Reatina Dismembrationis 2. Junii p. 150.
Reatina Unionis Beneficiorum 22. De-
cembris pag. 374.

Romana Capellanix 14. Aprilis pag. 118.,
et 18. Augusti pag. 263.
Romana Capellaniarum 22. Decembris
pag. 366.
Romana Distributionum 14. Aprilis
pag. 126.
Romana Jurium Parochialium 24. Martii
pag. 63.
Romana Pensionis 21. Julii pag. 217.
Romana Reductionis 20. Januarii pag. 4.
Romana Servitii Chori 17. Februarii
pag. 35.

S

Salernitana Servitii Chori 21. Julii
pag. 218.
Sancti Miniatis Jurium Parochialium 24.
Novembris pag. 315.
Senen. 23. Junii pag. 179.
Spoletana Collationis Paroeciæ 2. Junii
pag. 149.
Spoletana, et Reatina Unionis 22. De-
cembris pag. 361.

T

Terracinen., Setina, et Privernen.
Juris habendi Vicarium Generalem,
et Cancellariam Generalem 15. Se-
ptembris pag. 286.
Tudertina Redditionis Rationum, et
Concordiæ 14. Aprilis pag. 126.

V

Veliternen. Sanationis Contractus 23.
Junii pag. 179.
Veliternen. Subsidiæ Dotalis 21. Julii
pag. 218.
Verulana Privationis Paroeciæ 15. Se-
ptembris pag. 295.

*Die Sabathi 20. Januarii 1821. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.*

FERRARIEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. *Sess. 22. cap. 6.
et Sess. 23. Cap.
18. de Ref.*
Dubium „ *An, et quomodo sit annuendum præ-
cibus in casu etc.*

Affirmative pro deletione cautionis tantum, et im-
posito, arbitrio Archiepiscopi, aliquo onere
omnibus alumnis recedentibus a statu Ecclesia-
stico in suffragium ad formam testamenti, et
idem Archiepiscopus ceret, ut non admittantur
nisi habentes requisita S. Concilii Tridentini, et
cognita mutatione eorum voluntatis, e Semi-
nario dimittat facto verbo cum SSmo.

LUCANA CAPELLANIAE.

Dub. I. *An, et ad quod tempus sit concedenda su-
spensio nominationis Capellani in casu etc.* *Sess. 25. cap.
12. de Reform.*

II. *An, et quomodo sit annuendum præcibus Ora-
toris in casu etc.*

Et quatenus negative

III. *An, et quomodo sit providendum securitati
Capellaniae.*

Ad I. Negative, et in casu vacationis Patroni de-
veniant ad nominationem.

Ad II. Provisum in primo.

Ad III. Affirmative ad formam rescripti S. Poe-
nitentiariæ, et Archiepiscopus prævia separatione
medietatis omnium honorum per peritos ex of-
ficio eligendos facienda, curet illius traditionem
Capellano, et transcriptionem nomine Capella-
niæ in publicis tabulis censualibus.

Sess. 22. Cap.
11. De Ref.

ANCONITANA NULLITATIS CONTRACTUS. In folio Congregationis diei 6. Maii elapsi anni habent EE. PP. causæ hujus seriem, cujus in sequenti Congregatione diei 27. ejusdem anni distributis juribus ex parte Rectoris beneficii, de quo agitur, nimirum Præsule Joanne Soglia, silentibus vero emphyteutis Moscatelli, reposita dubia fuere, quæ in prioribus Comitiis indecisa ob aliarum causarum gravitatem remanserant, videlicet *I. An constet de nullitate contractus emphyteusis, ita ut sit locus rescissioni in casu etc.*, „ Et quatenus Affirmative „ *An, et in qua summa sint restituendi fructus in casu etc.* Responsum datum fuit ad *I. Affirmative*. Ad *II. Affirmative a die motæ litis pro summa liquidanda*. Novæ audientiæ beneficium cum imploraverint emphyteutæ, qui causa cecidere, atque hæc indicta fuerit concertationi dies, eorum jura typis impressa per EE. PP. manus circumferentur, nec non memoriale *reassumatur* ex parte Rectoris, ut EE. PP. definiant an sit standum, vel recedendum a decisis.

Qui tuetur jura familiæ Moscatelli, ut ostendat emphyteutici contractus validitatem, ea duo refellit, vitia, quæ ad ejus vim labefactandam in præterita actione a defensore Rectoris adducta fuerunt, nimirum defectum Apostolici beneplaciti, et Ecclesiæ damnum. Et quoad primum, sustinet, opus non fuisse novo Beneplacito anno 1751., quod jam intercesserat in prima emphyteusis concessione anno 1714. peracta; quocumque enim tempore ad Ecclesiam reverti contigerit prædium alienari solitum denuo concedi in emphyteusim potest absque solemnitatibus ut ad *Text. in cap. 2. de Feud. docent. Barbos. de reb. Eccl. non alien. tit. de Infud. Eccl. per Praelat. n. 6. Clar. §. Emph. quaest. 6. in princ. Guid. decis. 100. in princ. Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de contrar. Emph. quaest. 9. num. 1. et seq.*, quibus addenda *Extrav. Ambitiosae*, in qua præscriptæ solemnitates excipiuntur, si agatur *de rebus, et bonis in Emphyteusim concedi solitis*.

Ea ea vero dicuntur bona locari solita, quæ vel bis sine solemnitatibus, si præterea accesserit quadragenaria, vel

vel semel intercedentibus solemnitatibus concessa fuere. *Card. De Luc. disc. 1. de alienat. num. 138.*, *Monacel. Formul. Legal. pract. for. Eccl. part. 1. tit. 5. form. 5. num. 25. Rot. dec. 434. car. Seraph. per tot.* Quin obstet *Const. Humanæ salutis S. M. Urbani VIII.* vetantis alienationem rerum ad Ecclesiam reversarum absque Apostolico Beneplacito, cum illa respiciat bona, quibus adnexa est jurisdictio, ceu ex ipso titulo ejusdem constitutionis apparet ut notat *Pignatell. consult. 95. tom. 6. n. 248.*, et quin constet prædia emphyteutica iterum Ecclesiæ mensæ incorporata fuisse post illorum cessionem fictam ab hæredibus Petri Fiorvellati, cum Vichius Beneficii Rector vix bimestri elapso illa in novam emphyteusim concesserit, ex quibus sequitur exulare necessitatem Apostolici beneplaciti, contractusque ex hujus defectu nullitatem, quæ neque inducitur ex conventionem solvendi omnia onera et vectigalia ex annuo canone, quod pactum ad substantiam emphyteusis non pertinet *juxt. Fulgin tit. de variis caducitat. num. 37.* ac proinde novum Beneplacitum non requirebatur.

Ad excludendum vero Ecclesiæ præjudicium in actuali emphyteutico contractu defensor familiæ Moscatelli, EE. PP. oculis subiicit prædiorum infœcunditatem tempore initæ emphyteusis uberem vero fructum, quem modo illi reddunt ex emphyteutarum industria, nec non domuum ruinam tunc temporis, nunc autem bonam illarum conditionem ex servatis pactis in stipulatione conventis. Utilem præterea contractum asserit, cum canon licet gravatus oneribus, taxis et vectigalibus, major sit illo, qui in priori emphyteusi liber percipiebatur, et licet modo aucta sint onera, id per accidens fit, tunc enim minora erant vectigalia; ac dignoscendam contractus utilitatem inspiciendum sit tempus stipulationis illius; quam quidem utilitatem tunc adfuisse satis demonstrat res judicata in Episcopali Curia, ubi in contradictorio judicio, et oblatorum æmulatione admissa fuit oblatio a Moscatellis exhibita. Objectiones dein diluit, quæ ex censualibus tabulis, et a Periti relatione desumuntur, cum hæc peracta fuerint, postquam bona ex emphyteutarum industria melioris jam eva-

4. *Die 20. Januarii 1820.*

serant conditionis, ut fusi^{us} in allegatione legitur. Excl^{usa} necessitate Apostolici beneplaciti, et probata utilitate contractus sequi autumat præfatus defensor non esse locum factuum restitutioni, cum sit res accessoria ad primum dubium.

Precor autem EE. PP. ut reassumere dignentur *folium diei 6. Maii* elapsi anni, una cum juribus ex parte Rectoris tunc distributis, ceu hic exorat, ut dirimere possiat,

Dub. „ I. *An sit standum, vel recedendum a decis^{is} in primo Dubio in casu etc.*

Dnb. „ II. *An sit standum, vel recedendum a decis^{is} in secundo Dubio in casu etc.*

Ad I. et II. In decis^{is}.

Sess. 25 cap.
4. De Refor.

ROMANA REDUCTIONIS. Cum Xenodochium SS. Salvatoris ad Sancta Sanctorum hæres fuerit institutum a quondam Joanne Petro Moretti, ejusque conjuge Plautilla Bossi, tenebatur quotannis jure legati solvere duas dotes scutorum quinquaginta duabus puellis, quarum una a Monasterio SS. Quatuor elegendi^a erat, altera vero ab eisdem Archihospitalis moderatoribus. Debebat præterea idem Hospitale titulo legati unicuique ex quatuor Capellanis ab iisdem piis testatoribus in Basilica Liberiana erectis annum emolumentum solvere scut. 120., præter utensilia eidem Basilicæ in scut. 36., ac alia scut. 6. pro anniversario. Varias reddituum diminutiones passa est piorum legantium hæreditas ob notissimas rerum perturbationes, et LL. MM. reductionem; atque hinc, ut minor summa pro quolibet ex Legatis persolveretur, postularunt Hospitalis moderatores, et ulterius cum inter plura inadimpleta onera etiam Missæ remansissent, et hanc ob rem aliquo modo concilian-
dam

dam temporaneam iniissent transactionem, hinc absolute-
 tionem quoad præteritum petierunt. Verum ob-
 stabat huic reductioni hæreditatem Plautillæ Bossi
 parem esse oneri Legati, et licet hæreditas Joannis
 Petri Moretti impar diceretur in statu activo, et pas-
 sivo Legatis substinendis, attamen impedimento erat,
 quominus concederetur illa, nedum fundatore u pro
 Capellanorum stipendio cætera suæ hæreditatis bona
 obligasse; sed præterea hæreditatem hanc acce-
 ptasse Archihospitale his oneribus gravatam, quin de
 confectione inventarii sollicitum fuerit, ob quam
 omissionem tum vera diminutio probari liquido non
 poterat, tum etiam ex juris rigore tenebantur cæte-
 ra Xenodochii bona ad diminutorum reddituum sup-
 plementum. Proposita itaq. fuit causa die 8. Augusti an-
 ni 1818. sub triplici dubiorum formula I. *An sit lo-
 cus reductioni, quoad Legatum quondam Plautillæ
 Bossi in casu etc.* II. *An sint reducenda onera Le-
 gati Joannis Petri Moretti in casu etc.* III. *An sit
 consulendam SSmo pro absolute, et sanatione
 quoad præteritis omissiones in casu etc.* Respon-
 sum autem hoc datum fuit in sequentibus Comitibus
 habitis die 5. Septembris ejusdem anni, ad I. et II.
Negative, ad III. *Affirmative celebrata unica Missa
 collective pro omnibus omissionibus.*

Post hanc S. Congregationis resolutionem actum est
 de nova invenienda transactione inter Xenodochii mo-
 deratores, et Basilicæ Liberianæ Capitulum, qua conven-
 tum est, ut firmiter rimanente Capellanorum Moretti, et
 Bossi Chori servitio ad formam foundationis, et De-
 creti S. Visitationis diei 27. Januarii 1681. (de quo ser-
 vitio inferius redibit sermo) emolumentum ipsis as-
 signaretur non amplius in scut. 120. juxta fundatio-
 nem, nec in scutatis 72. ut proposuerant iidem
 Xenodochii Moderatores, dum primas preces S. huic
 Congregationi obtulerunt ad reductionem obtinendam,
 sed in annuis scut. 96. cum reductione Missarum
 quatuor qualibet die celebrandarum juxta voluntatem
 fundatorum ad duas quotidianas; utque præterea
 præstatio pro utensilibus ad scut. 20. reduceretur, ac
 pro anniversario scutata dumtaxat tria suppeditaren-
 tur. Hujus concordie approbationem mox a S. Con-

gregatirne sæpediti Moderatores postularunt una cum perpetua abolitione geminarum dotium scutorum quinquaginta, vel saltem ad scut. viginti reductione. Super hisce novis precibus audiendos esse duxi Eñum Archipresbyterum Basilicæ Liberianæ, et Eñum Visitatorem Monasterii SS. Quatuor Coronatorum, utpote interesse habentis ad unum ex subsidiis dotalibus, ad cuius nominationem vocatur a fundatore Moretti Eñus Archipresbyter præfatus hæc habet, *Capitulum, et Capellani, ac simul memorati Capellani (Moretti scitiget, et Bassi) non modo eidem concordiae assentiuntur, sed etiam exoptant, ac orant, ut ea ab hac S. Congregatione approbatur, indeque Ecclesiae servitio quam cilius permanenter consultum maneat, veluti patet ex fide Secretarii, quam adnexam exhibeo. Capituli, et Capellanorum votis mea etiam adlere non dubito, cum propositam concordiam ob tristes rerum vicissitudines, æquam, et iustam existimem pro eo, quod attinet ad Capituli, et Ecclesiae interesse.*

At Eñus Vidoni Visitator Apostolicus animadvertit grave inde futurum detrimentum Ven. Monasterio SS. Quatuor, si dotale subsidium, ad cuius nominationem illud jus habet, juxta Xenodochii Moderatorum preces, vel auferatur omnino, vel minuat, *Alterutrum namque (verba sunt Eñi Visitoris) si fieret difficillime redderetur, aut omnino præcluderetur via honestis procurandis nuptiis puellarum istarum (quæ scilicet in eo Monasterio educantur) que utpote pauperes, ac parentibus orbatae omni sunt commiseratione dignæ, simulque illarum loco aliae ejusdem conditionis puellæ substitui non possent magno cum earum honestatis periculo, reique publicæ detrimento. . . . Gravissimis hisce ductus rationibus per Praesulem hujus S. Congregationis a Secretis expositis EE. VV. non dubito, quin decernatis integrum remanere debere jure Monasterii nominandi ad præfatum dotale subsidium, illudque integre persolvendum a Xenodochio SSmi Salvatoris ad Sancta Sanctorum, verum etiam ea, quæ hactenus soluta non fuerunt, et solvenda supersunt. Locus hinc datur primo ut EE. PP. declarent, an probanda sit nova concordia inter Xenodochii Moderatores, et Liberianum Capitulum. Annuit porro utraque*

que pars, et eam æquitati consonam iudicat. Eius Archipresbyter: Attamen Capellani in quibusdam foliis mihi exhibitis, se læsos graviter autumant, si concordia pure, et simpliciter probetur. Ipsi enim, cum dubium esset quale Chorale servitium, quod fuerat a fundatoribus generice demandatum *ad instar aliorum beneficiatorum Basilicæ*, obire deberent, modo tenentur ex laudato superius decreto S. Visitationis diei 23. Januarii 1681. ad servitium impositum Capellanis Tolletanis in primæva eorum erectione, scilicet quibuslibet diebus Dominicis, et festivis, nec non quando Canonici communiter inserviunt, omnibus Sabathis tam officii Matutinis, quam Vespertinis, ac præterea processionibus Capituli, et Litanis B. M. V. quæ qualibet die Sabathi post expletum matutinum servitium recitantur ad illius Aram. Ipsi præterea ex fundatione percipiebant scutata 10. quolibet mense, et unusquisque eorum tenebantur quotidie Sacrum peragere pro anima respectivi fundatoris, cujus tunc temporis elemosyna manualis erat ob. 10. Visitationis Apostolici Xenodochii munere gerente cl. me. Cardinalis Pignattelli ea facta fuit transactio, de qua in præterito folio diei 8. Augusti 1818., vi cuius ipsi perceperunt usque ad hodiernam diem scutata dumtaxat sex, et firmo remanente Chori servitio Missa quotidiana ex fundatione ab unoquoque Capellano celebranda reducta fuit ad unam quotidie quidem, sed non amplius ab unoquoque, bene vero per turnum ab ipsis satisfacienda. Unde cum prius iidem ex fundatione obtinerent scut. septem pro Choralis servitio, et alia tria pro elemosyna Missarum, deinde ob transactionem scut. quatuor, et obol. octoginta circiter pro choralis servitio recipere coacti sunt, cum reliquum scut. unum, et oboli 20. circiter cederent in Missarum elemosynam jam auctam in Urbe ad obolos quindecim.

Quatenus autem altera hæc transactio modo Suprema auctoritate probetur idem fere ipsi patientur incommodum. Etenim augetur quidem eorum emolumentum ad scut. octo, sed non Missæ quindecim quolibet bimestri, ut in priori concordia conventum fuerat, bene vero quindecim in singulos Menses unusquis-

quisque ipsorum celebrare debet, sicque ex scantibus octo, dampna eleemosyna Missarum, quæ augmentum minuitur ob Sacerdotum defectum sex tantum cum dimidio percipient ob chorale servitium, contra voluntatem testatorum, qui mandarunt, ut scut. septem perpetuo reciperent pro emolumento Choralis servitii; atque ex his ad jus convolant, quod tamen repetere inutile est, cum illud perlegere possint EE. PP. in folio diei 8. Augusti 1818. Hinc si Ipsi dignentur approbare concordiam exorant Capellani, ut alicujus reductionis remedium sibi afferatur.

Xenodochii Administratores vero ut transactionis approbationem assequantur, æquam, et justam tuentur onerum reductionem. Trita namque juris regula est, accessorium sequi naturam principalis, ex quo fluit Legatum, utpote accessorium, sequi naturam hæreditatis, tamquam principalis, ac proinde cum hæc deterioris evaserit conditionis ob reductionem LL. MM. absque culpa loci pii, sed ex facto Principis, adeo ut impar sit tot Legatorum implemento, sequitur competere reductionem. Id vero præsertim locum habet in themate si testatorum voluntas inspiciatur. Licet enim Joannes Petrus Moretti cætera sua hæreditatis bona obligaverit pro Capellanorum immutabili emolumento, numquam tamen permittere poterat, ut Xenodochium deterioris evaderet conditionis quod certe contingeret, si de proprio solvere teneretur, et pauperibus infirmis auferri deberet, quod deest Capellanorum stipendio.

Iisdem de causis abolitionem vel saltem reductionem subsidiorum dotalium adscutata viginti pro quolibet petunt Administratores præfati.

Attamen videant EE. PP. utrum quoad subsidia dotalia res conciliari possit temporanea suspensio illius, cujus nominatio pertinet ad Xenodochium, qua proinde nullius determinatæ personæ juri quæsito detrimentum irrogatur, firmo remanente altero subsidio in summa scut. 50. ad quod jus habet Monasterium.

Vestræ quoque Sapientiæ erit decernere an, et quomodo locum habere possit solutio subsidiorum, quæ hactenus facta non est; qua de re perpendendum erit, utrum

Die 20. Januarii 1821.

9

concessa absolutio, et sanatio quoad præteritas omissiones Xenodochii Moderatoribus in Congregatione diei 3. Septembris 1818. extendatur etiam ad insolutas dotes. Reassumptis proinde foliis, ut precor, dierum 8 Augusti, et 5. Septembris anni 1818. dignentur EE. VV. dirimere, quæ proponuntur dubia.

I. An, et quomodo concordia, de qua agitur, sit confirmanda, vel infirmanda in casu ec.

II. An, et quomodo sit providendum Capellanis Moretti, et Bossi.

III. An, et quomodo sit concedenda abolitio duorum subsidiorum dotalium in casu ec.

Et quatenus negative ad tertium.

IV. An, quæ, et ad quod tempus illorum suspensio sit concedenda in casu etc.

V. An, et quomodo sit providendum quoad subsidia nondum soluta in casu ec.

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam quoad Capellanos Moretti tantum juxta votum Emi Archipresbyteri, quo vero ad Capellanum Bossi solutis ab Archihospitali scitis decem quolibet mense teneri ad missam quotidianam, et servitium Chorale juxta solitum.

Ad II. Provisum in primo Ad III. Negative, Ad IV. Affirmative ad decennium pro subsidio conferendo ab Archihospitali tantum, negative quoad aliud Ad V. Affirmative, et consulendum SSmo pro absoluteione usque ad totum præteritum annum, et approbatione quoad omnia.

NOVARIEN. TRANSACTIONIS. Joannes Piazza Oppidi *Massiola* Novariensis Diœcesis in supremo sue voluntatis elogio an. 1700. conscripto hæredem dixit Catharinam ejus filiam, eique mandavit geminis Capellaniis instituere, alteram in Oratorio S. Laurentii Martyris loci *Ramate*, alteram in Parochiali Ecclesia *Massiola* ad aram B. M. V. sub titulo de Rosario dicatam. Vita functo testatore ejus Agnati contendentibus bona Capellaniis assignata vinculo fideicommissi obnoxia esse, erectioni obstiterunt. Post diurnas contentiones, prima tantum fuit erecta. Anno autem 1765. quidam Sacerdos Joseph Antonius Beltrami a fundatore Piazza ex foemina linea descendens. cupiens

Sess. 2^a. cap. 9.
de Refor.

fortasse materni Avi hac saltem in parte voluntatem impleri, proprio ære secundam Capellaniam erigi curavit, eamque dotavit scut 42. ob. 53. quæ ipso Sacerdote defuncto, Joseph ejus frater in bonis stabilibus assignavit.

Attamen Successores hæreditatis non redditus solum, sed etiam majorem capitalium partem Capellanix assignatam consumpservit. Quo factum est, ut illius Nepos Clericus Joseph Beltrami ne pia voluntas testatoris evanesceret, in jus vocaverit Claram Beltrami Sacerdotis hæredem pro reintegratione beneficii coram cultus, ut agebant, Ministrum, qui decrevit, causam esse ferendam ad localem cultus delegatum, ponendaque esse sub sequestri lege superextantia bona. Apud hunc instaurata lite, mulier prævidens infestum exitum ex æquitate petiit, *„ Sebbene sia inconcussa il dovere del nominato di lei Suocero all' erezione anzidetta per avere accettata l'eredità del Signor Sacerdote di lui germana, essendo però la stessa esuberantemente aggravata de debiti, come così fu aggravata l'eredità, che dal Suocero ha detta Chiara conseguita, intese la medesima sul di lei stato di numerosa figliolanza piu sostenuta dalle di lei industrie, che dal reddito dello scarso patrimonio di potere implorare in ogni casa tutti i soccorsi .*

Placuit postea utrique parti deserta lite amice rem componere. Inita hinc fuit transactio cujus hæc est summa. Prima, *„ non avrà piu luogo l'erezione del Beneficio in Massiola sotto il titolo, ed all'Altare del SSmo Rosario*, quia ibidem alterum Beneficium fuerat ab eadem familia Piazza fundatum. *Deinde* quum redditus alterius Beneficii erecti in loco *Ramate* valde essent imminuti, ac per consequens ad normam redditus numerus Missarum redactus, convenerunt partes de illo reintegrando, prout in instrumento pristinx fundationis cautum fuerat. Oneri tandem hujusmodi Capellaniam mantendi sese subjecit prædicta Clara Beltrami, quæ bona nonnulla in illius dotem publicis tabulis inscripsit, et in instrumento transactionis diei 3. Aprilis 1809. nuncupavit, dum scilicet ea subrogavit pro summa libellarum Mediolanensium 1400. distractis capitibus a Josepho.

Atque hic observandum anteactis rerum publicis calamitatibus reditus Capellanice S. Laurentii loci *Ramale* non parum imminutos esse, ita ut scut. 12. circiter nunc retrahantur. Altera vero sub invocatione SS Rosarii erant sc. 42. ob. 53. Vi autem compositionis erit scut. 40. ob. 64. quibus si addantur alia scut. 12. quæ ex Capellania sub titulo S. Laurentii unienda prostant, integra summa erit scut. 53. circiter.

Hac posita unione Capellano seu Beneficiato imponetur onus celebrandi Missas in testamento statutas, videlicet 250. et idem Capellanus Sacris functionibus interesse debet in Ecclesia Parochiali, tum Missis, cum divinis Officiis Parochialibus juxta foundationem Joannis Piazza. Hujusmodi Transactionis ab Apostolica Sede approbationem, quam tunc ob præteritorum temporum acerbicatem postulare nequiverunt, nunc postulant Carolus, Joannes, et Clara Beltrami, quorum precibus obsecundatur in requisita Informatione Emus Episcopus in hæc verba, „*Reliquum est, ut Emis Vestris significem probatam, comperitque Vicario Nostro Foraneo compositionis utilitatem fuisse, qui de ea mihi accurate, et sedulo rescripsit. . . . dignosque renuntio Oratores qui voti competes fiant per B.E. VV.*

Porro quilibet contractus, qui speciem alienationis rerum, aut jurium præferat, quique fiat in rebus Ecclesiasticis erogandis, nisi volitæ a Canonicis sanctionibus intercedant solemnitates, quarum altera in Beneplacito Apostolico, altera in evidenti necessitate, vel ipsius causæ utilitate versatur, plane interdictur, irritusque declaratur. *Urceol. quest. 25. Rot. cor. Durand. Decis. 459. n. 2.*, et passim S. Congregatio. Etenim hæc solemnitates jure præscribuntur, ne bonis Ecclesiarum detrimentum irrogetur, neque alicui subsint potestati, præter quam ipse Deus constituit.

De omisso huc usque Beneplacito Apostolico in transactione, de qua nunc agimus, pauca disserenda reor, quum, attenda rerum omnium subversione, per difficile tunc esset Sedem Apostolicam adire. Sufficiet modo, quatenus de utilitate, vel necessitate constet, ut antequam executioni demandetur

quidquid peractum nulliter fuit in illa, Vestram Emi Patres assequatur approbationem, ut non semel peregit S. hæc Congregatio, et præsertim in *Caven. 2. Maii ad l. Dubium*; suppleat modo Oratorum obsequium, non culpa, sed necessitate prætermisum.

Secus tamen se res habet quoad utilitatem transactionis inter partes peractæ. Non parum enim jura causæ piæ, quæ sacra, tecta que servanda erant, imminuta noscuntur. Ex duabus Capellanis qua modo constituitur. Bona pro singulis assignata partim dilapsa in actu ipso transactionis fuerunt remissa. Non ergo pacti sunt contrahentes pro legati pii utilitate, cui potius compertum est, non levem attulisse jacturam. Hinc si secundum canonum dispositiones esset agendum, nedum nulla videretur pacta conventio, sed nec digna Pontificia sanctione. Ast animadverti e contra potest, transactionem initam fuisse tunc super re incerta, atque jure dubio, quod pendebat ex judicio, quod exercere potuisset Laicum Tribunal, quum leges tunc vigentes omnia contendebant solvere vincula, quibus subjecta erant Ecclesiæ bona; quumque ipsa mulier libenter Judices adiret *per implorare in ogni caso soccorso*: ex qua petitione, vel recurso *Ad minister pel Culto* causam Ordinariis iudicibus, non profecto Ecclesiasticis, sed *del culto* transmisit. Hinc si transactionis essentia versatur potissime in re dubia, incertaque jure *Ulp. l. 1. ff. de. Transl.*, ex hoc ipso utilitas transactionis erui poterit, si, perpensis quæ tunc concurrebant, rerum circumstantiis, omne jus incertum fuisse noscatur. Nihil enim boni sperandum infaustis illis temporibus erat favore Capellanæ, in quibus ita sacra profanis miscebantur, ut omnia indistincte humanis politicorum placitis subjicerentur.

Cæterum fructus, ac capitale Capellanæ S. Laurentii Martyris valde jam erant imminuta; ita ut onus illi impositum a pio testatore redintegrare haud potuisset nisi alia sustituerentur bona, unde jam redactæ ad ratam redditus fuerant Missæ. Igitur factum videtur sine dolo, vel fraude, ut qui supere-

rant

rant Capellaniam SS. Rosarii redditus alteri Capellaniam unirentur ad unius redintegrationem. Hisce omnibus addantur expensae pro Legatis factae, quae legitimam dant causam transigendi, ne ultra multiplicentur. His perpensis EE. PP. judicabunt utrum revera dolus, et fraus abfuerint, ac utrum sit locus sanationi, et concessioni beneplaciti Apostolici.

Inquirendum modo est, an Oratores in Censuras inciderint, et absolvendi sint Inter caeteros violatores Ecclesiasticae immunitatis in *Bulla Coenae Domini* numerantur partes actrices, quae causas benefici les ad Laicos Judices committere faciunt, atque ipsae excommunicationis, et anathematis gladio feriuntur, ut caetera SS. Canonum decreta omittant. In censuras etiam incidisse patet transigentes ob initam concordiam, in qua probarunt fundorum Capellaniam alienationem, ac pacti sunt aliorum substitutionem, cujus redditus minores sunt iis a fundatore relictis, et sic Beneficium deterioris reddiderunt conditionis; quae quidem omnia peracta sunt ne reservato quidem Apostolico Beneplacito. Verum videant EE. PP. utrum absolutioni viam sternant temporum calamitates, in quibus difficillimus erat ad S. Sedem accessus, et Oratorum bona fides, quae commendatur ab Eminentissimo illius Urbis Episcopo. Animadvertendum praeterea est quod licet Clericus Beltrani male se gesserit dum Laicae potestatis imploravit praesidium, attamen id fecit ne perirent Capellaniam, seu Beneficii jura, rectamque fuisse ejus intensionem

Tandem postremo judicare debebunt EE. VV. utrum sit concedenda sanatio, et absolutio Missarum Capellaniam, quae erigi debuisset juxta voluntatem Joannis Piazza ad altare SS. Rosarii in loco *Massiola*, quarum adimplementum per saeculi fere spatium omissum est, ac modo ignoratur utrum celebrentur Dubia itaque erunt.

I. *An sit locus sanationi transactionis, et concessioni beneplaciti Apostolici in casu etc.*

An

II. *An sit consulendum SSmo. pro absolute a censuris in casu etc.*

III. *An sit consulendum SSmo pro absolute et sanatione Missarum non celebratarum in casu etc.*

Ad I. II. et III. Eñno Episcopo pro nova Informatione, et transmittat statum activum, et passivum Capellaniarum tum de tempore factæ foundationis, tum de præsentis, et referat de annuo reditu a fundatoribus assignato utrique Capellaniæ ad monetam Romanam, et de numero Missarum quolibet anno celebrandarum nec non de alienationibus commissis, et a quibus commissæ sint, an sint qui teneantur ad redintegrationem, ac de Missis hæctenus inadimpletis:

*Sess. 25. Cap. 1.
Sess. 21. Cap. 7.
de Reform.*

CIVITATIS PLEBIS - RESIDENTIEA, ET ECCLESIAE REPARATIONIS. - Sacerdos Franciscus Cassettini Cathedralis Ecclesiæ Civitatis Plebis Canonicus Poenitentiarius de renunciatione cogitans sui Canonicatus, ut Romæ haberet domicilium, facultatem a S. Congregatione impetravit, ut deliberandi causa ad unius anni spatium a residentia abesse posset, deputato idoneo substituto ab Episcopo approbando pro excipiendis Confessionibus.

Hoc anno jam elapso novas Sacerdos Cassettini tum suo nomine, tum de mandato Capituli Sanctissimo Domino Nostro obtulit preces, exponens Cathedralis Ecclesiam celerrima indigere reparatione, ut Canonorum, aliorumque ibi confluentium periculum removeretur, nec alium occurrere medium pro necessaria expensa, quam ut Oratoris Præbendæ reditus per quinquennium applicarentur Fabricæ ipsius Ecclesiæ, salva sibi conditione redeundi, si ita libuerit, ad residentiam, et ad primæva jura dicto tempore elapso; satisfactis interim per alium omnibus, et singulis oneribus eidem Canonicatui adnexis, ac præcipue Poenitentiarum munere in Fidelium confessionibus excipiendis.

De novis hisce præcibus Episcopum rogavi pro informatione, et voto audito Capitulo, et ut referret de necessitate restorationum, earumque impensa ac deficientia alterius medii. En ejus verba - *Numquam*

quam vidi Ecclesiam tanta Sacrorum Utensilium Sacrorumque Vasorum inopia laborare, quanta urgetur hujus Civitatis Ecclesia Cathedralis. Non solum deficiunt Mobilia, quae ad Sacras Functiones peragendas cum decore sunt necessaria, sed quae extant sunt lacera, obsoleta, decolorata, foetidæ quae immore inquinata, quae essent ex integro renovanda. Quibus accedit quod Area Ecclesiae, seu pavimento ubique appareat interfessum, et disjectum. Praeterea domus Urbanae et Rurales in Agris Capitularibus proxime diruendae celeri indigent restauratione. Quibus omnibus permotus f. me. Bonaventura Carenzi Praedecessor meus, ut aliquo modo opem praestaret, in ultimis Tabulis haeredem instituit Capitulum pro sorte scut. circiter Mille, et Sexcentorum, ex quibus detractis expensis, et legatis, quod superfuit ad scuta circiter 700. vix redactum fuit. Sed quid hoc inter tantas rerum necessitates? Attamen Canonici dum incipientes a Domo Dei in Sacris utensilibus expurgandis et in Ecclesia restauranda supradictam summam impendebant, in fervore operis aliud infortunium detegitur. Fornix, quae supereminet Presbyterio, olim a fulmine percussa, aliquas emisit rimulas, quae tunc nullum exhibebant periculi timorem; ast tractu temporis, et quotidianis Turris Campanariae, quae Fornici immediate adhaeret, excussionibus percussa, nexus fere omnes disjuncti, et dissoluti adeo fuerunt, ut iudicio Peritorum quolibet momento sit diruenda, in cujus celerrima, et urgentissima renovatione vix alia quingenta scuta sufficiant.

Cum autem huic Capitulo nulla sit constituta dos, seu Fundus specialis pro Fabrica, quae occurrerunt restorationes semper factae fuerunt expensis Massae Communis Capitularis, idest Fundi deputati pro explendis Sacris Functionibus infra annum. Sed cum proventus, qui supererant, essent admodum tenues, vel nullae, vel levissimi momenti, annualim factae fuerunt instaurationes. Nec Episcopi pro tempore parcissime provisi, in tanta Pauperum multitudine, nec Modernus Episcopus pensionibus gravatus, aliquod, vel minimum pro Ecclesiae Cathedralis constructione leva-

men exhibere potuerunt . Hinc factum est ut deteriorationes invalescerent , in pejusque abirent .

Episcopi voto consonans est Capitularis resolutio plenius suffragiis edita .

Ne quid tamen deesset ad rectum ferendum iudicium , nova postulata est ab Episcopo Informatio audito Capitulo , et ut praesertim referret de actuali annuo redditu Canonatus, deductis oneribus, de annua summa contribuenda per mensam Episcopalem , et Capitulum in instaurationem Cathedralis , et de impensa vere in id necessaria per Peritum ex Officio . Singulis satisfacere videtur Episcopus in novissimis literis , ita se habens . - Iterum convocatum fuit Capitulum , cuius votum , et sententia exprimitur in Folio hic adnexo . Aliqua tamen sunt connotanda circa ea , quae deducuntur a Capitulo . Ejus opinio de annuo redditu Canonatus (nimirum scutorum centum) respondet statui ejusdem Praebendae existenti in Actibus Episcopalis Cancellariae .

Sed summa scutorum quinquaginta , quae ab eis datur ut residua , detractis oneribus , ab illis taxata fuit expensis non tantum oneribus Praebendae infixis , sed etiam illis noviter imponendis ; scilicet pro emolumento Confessarii supplentis vices Paenitentiarum , scuta saltem viginti . Pro administratione Praebendae , ejusque bonorum melioratione , et conservatione scuta saltem duodecim .

Quoad annuam summam contribuendam per Capitulum , pro restauratione Fabricae Cathedralis , jam in altera mea informatione sub die 30. Augusti proxime elapsi exposueram , apud Capitulum non existere specialem fundum deputatum pro Fabrica , et restorationes , quae identidem factae fuerunt , potius ex oblationibus Fidelium , vel Subventionibus Confraternitatum , quam ex propriis fundis derivasse , exceptis reparationibus parvi momenti .

Quoad annuam summam subministrandam a Mensa Episcopali , nullum unquam , quod memoria hominum proditum sit specialem fundum administrarunt Episcopi pro manutenzione Fabricae Cathedralis , neque onus ejusmodi ullo unquam tempore super bonis mensae Episcopalis inhae-

inhaesit; imo notum omnibus est, Praedecessores meos, eorumque haeredes coactos quidem fuisse a successoribus ad reparationes Episcopii, aliarumque domum urbanarum, et rusticarum, cum vita decesserunt, nunquam vero ad Ecclesiam Cathedralem restaurandam.

Quod si etiam congruum esset, ut Episcopi tale onus subirent, nescio quomodo modernus Episcopus se praestare possit ad aliquam quamvis levissimam subventionem, etsi urgentissima sit causa, de qua agitur; Gravissima etenim obligatus pensione scutorum quatuorcentum, publicisque impositionibus, ex redditibus suae mensae in decursu unius anni reliqua sibi remanserunt tantum scuta biscentum octoginta, quibus sibi, suaeque familiae alimenta suppeditare, pauperumque inopiae providere possit in Civitate praesertim, quae indigentibus redundat. Videbitis Vos ipsi, Eminentissimi Patres, quod si mihi voluntas non deesset, deficeret tamen potestas.

Quoad impensam necessario erogandam pro urgente hodierna restauratione, si explenda erit modo per quam tutissimo, uti oportet, determinata fuit a Perito Joseph Bellagamba a me specialiter deputato in scutis octingentum septuaginta quinque, uti videre est ex ejus Peritia, quae hic pariter adnectitur. Sed nunc tantum inquiritur, quomodo removeri possit periculum imminens.

Quoad vero tempus necessarium Capitulo pro perceptione annuarum responsionum praebendae si est inspicienda peritia superius allegata, et proventus, uti supra designatus in scutis tantum quinquaginta, plus quam sexdecim anni necessarii essent. Ast cum Canonicus Cassetini post annos quinque intendat se restituere ad propriam sedem, non nisi ad annos quinque se extendit postulatio hujus Capituli, annis autem incipiendus erit a prima die Januarii 1821., et finiendus anno 1825.

Pro reliqua summa, quae necessaria erit pro explenda tota restauratione, sperant Canonici sibi providendum ex oblationibus Fidelium, vel ex Subventionibus Confraternitatum, aliorumque Piorum Locorum, si quomodolibet obtineri poterunt opportunis facultatibus intervenientibus. Finem facio supplicationibus Canoniorum meas etiam adjungens, quoniam periculum est in mora.

Hisce in facto præmonitis, animadvertendum videtur instantiam Canonici Cassetini novam quamdam præferre formam retinendæ, ac renunciandæ simul Præbendæ Canonicalis. Illam namque retinere intendit quoad jus, et facultatem regressus, si ipsi placuerit, post quinquennium, ac simul nunc renunciat quoad administrationem, reddituum perceptionem, ac etiam residentiam, quæ ipsi necessario inheret. Verum aut illi reipsa renunciat, et tunc omne jus regressus amittere debet, et non nisi nova electione aut collatione amissam præbendam acquireret, cum nimis in jure notum sit, quod facta, et probata renuntiatione omne amittitur jus in beneficio *Cap. 2. et 3. de Renunc.*; aut illam retinet, et tunc in ipsius tantum arbitrium erit annuum redditum in Ecclesiæ favorem concedere, non autem a residentia abesse, nisi in eo aliqua concurrat ex legitimis causis, quæ a Tridentina Synodo recensentur, videlicet aut christiana caritas, aut urgens necessitas, aut debita obedientia, aut evidens Ecclesiæ vel Reipublicæ utilitas *Sess. 25. cap. 1. De Reform.*

Verum enim vero dici posset in præsentibus casu, necessitatem, et utilitatem Ecclesiæ intercedere ac proinde non deficere Canonicam causam concedendæ gratiæ. Si enim absoluta renunciatio a Canonico Cassetini exquiratur, tunc locus statim fiet novo concursui, atque ita alius præbendam Pœnitentiariam nancisceretur, et Ecclesia adeo necessaria perceptione fructuum privaretur. E contra si ob Ecclesiæ utilitatem abessendi Indultum per quinquennium concedatur, provisum saltem ex parte erit necessariæ reparationi, ut Episcopus, et Capitulum una cum Canonico Cassetini exorant.

Dubium erit,

An, quomodo, et ad quod tempus sit concedendum Indultum in casu etc.

Non proposita cum sequen.

ROMANA SERVITII CHORI Bonaventura Verotti *Sess. 24. cap. 12 de Reform.*
 insignis Basilicæ S. Mariæ in Cosmedin Urbis Canonicus supremis signatis tabulis hæredem instituit præfatam Ecclesiam, et Capitulum, adjecta tamen lege, ut post nonnulla soluta legata, ex fructibus suæ hæreditatis quatuor in memorata Basilica erigerentur amovibiles Capellanæ Sacerdotibus conferendæ. His vero quatuor Capellanis voluit, - *che si diano cinquanta scudi moneta per ciascheduno di essi, cioè scudi trentasei per ragione del servizio, che presterà alla d. Chiesa alternativamente, cioè una settimana sì, e l'altro nò; di modo che ogni giorno debbano servire due di essi, e nè giorni comuni tutti quattro, per gli altri quattordici scudi poi, che avanzano per compimento dei scudi cinquanta sudetti, siano obbligati a celebrare quaranta messe l'anno per ciascuno di essi in d. Chiesa per suffragio dell'anima mia, e de' miei Parenti defonti;*

Dum pii viri voluntas executioni fuit demandata Capellanorum congruæ in aliquot canonibus, censibus, ac domo fuerunt constitutæ. Servitium autem præstandum statutum est alternis hebdomadis tum pro horis Canonicis, tum pro missa conventuali: singulis vero festis diebus alternative adstare tenentur nedum matutino, et laudibus, sed etiam vesperis, et completorio; Solemrioribus vero festis, nec non feria IV. Cinerum, qualibet feria VI. Martii, et II. III. ac IV. Majoris Hebdomadæ tum matutinæ tum vespertinæ integræ officiatoræ omnes adesse debent.

Anno 1727. datis litteris die 12. Februarii San. Mem. Benedictus XIII. Capellanas amovibiles perpetuas reddidit, Capellanisque Beneficiatorum nomen donavit, servata in reliquis pii Fundatoris voluntate. Præter quatuor hæc Beneficia Franciscus Manganoni ejusdem Basilicæ Canonicus anno 1781. aliam erexit Beneficialem præbendam eodem modo, et forma, et cum eodem onere Choralis servitii, quo tenebantur Beneficiati Verotti. Onus imposuit Beneficiato pro tempore Missarum viginti quinque. Ex statu activo, et passivo patet reditus hujus Beneficii assurgere ad annua scutata sexaginta tria, et obolos octo supra quadraginta.

Cum vero anno 1784. diminuti fuissent redditus Beneficiatorum Verotti, ita ut salva pro unoquoque non remaneret congrua scutatorum quinquaginta, ex Apostolico Indulto suspensa fuit collatio unius ex Beneficialibus præbendis, ac præterea a S. Cong. Visitationis quadraginta Missarum onus a quolibet ex Beneficiatis implendum ad decem reductum fuit, atque ita unicuique ipsorum iterum assignata fuerunt scutata annua quinquaginta, comprehensis duobus scutatis distributionum.

Interea volventibus annis conductores Domus debitas non solverunt pensiones, unde factum est, ut dum Beneficiati creditores evaserunt in summa scut. 539. contra inquilinos, e contra ære alieno gravati sint in summa scut. 450. erga præsertim censuarios ejusdem domus, qui eam judicialiter impetebant. Ex Supremi Principis indulgentia anno 1807. datus est Judex privativus, qui creditorum remoraretur instantias, et debitores ad solutionem cogeret; inita est ipsius domus venditio, non tamen felici exitu; iterum recuperata, ac demum elapso anno 1818. ad triennium locata favore Vincentii Mansi, qui annua scut. 120. Beneficiatis rependit, ac præterea canones, et census huc usque insolutos spondit persolvere. Sunt tamen alia debita a Beneficiatis contracta ob malam fidem emptoris domus, quorum onus in se non suscepit Vincentius Mansi, nimirum sc. 566. debitorum ipsismet Beneficiatis ob non receptas annuas congruas, sc. 52. Capitulo ejusdem Basilicæ ob non solutum canonem, et scut. 63. circiter negotiorum gestori.

Rebus ita se habentibus tres moderni Beneficiati Verotti postularunt a Sanctissimo Choralis Servitii reductionem. Horum preces Eminentissimo Titulari remisi, et ex documentis, ac informatione huc usque narrata desumpsi. Quin etiam juncto cum iis fœdere alter Beneficiatus Manganoni pariter choralis servitii reductionem exoravit, vel ad unam hebdomadam singulis mensibus, exclusis diebus festis, vel ad alternativum servitium diebus tantum festis a duobus Beneficiatis præstandum. Ex statu activo, et passivo constat, Beneficiorum Verotti redditum in præ-

scntiarum comprehensa domus locatione annuatim esse scut. 211. 30., onera vero comprehensa congrua Beneficiorum ascendere ad annua scutata 192. et obul. 31. unde supersunt annuatim scut. 19. , et ob. 17. cum dimidio, quibus dumtaxat post multum temporis dimitti poterunt debita a Vincentio Maosi non suscepta præsertim scut. 566. , quorum ipsi Beneficiati sunt creditores.

Haud fugit EE. PP. reductionem servitii choralis, secumferre cultus divini detrimentum quo in casu non solet concedi, et hac fretus ratione Capitulum hæc habet „ *si fa rilevare, che essendo due soltanto, i Beneficiati (com' anche due sono i Canonici) obbligati al Coro nei giorni feriali di ciascuna settimana, se si ammettesse, che uno soltanto fosse obbligato d' intervenire, e questo fosse infermo, o indultario, il Coro si ridurrebbe in tali giorni feriali a due Canonici, o qualchè Cappellano* „ Difficilius autem conceditur, si non constet de diminutione reddituum, post acceptas præbendas, ut passim declaravit S. hæc Congregatio.

Hinc Beneficiati non ex justitia, sed saltem ex æquitate gratiam expostulant. Licet enim redditus nunc percipiant in summa scut. 48. , et si adjungantur distributiones in scutatis 50. circiter, attamen oculis EE. PP. subjiciunt redditus potius diminutionem, quam incrementum pati posse, cum præsertim ex ea domo retrahantur, quæ in præsentiarum quidem non exigui redditus est ob utiles locationes, at facillime evenire poterit, ceu pluries contigit, ut vel conductorum mala fide, vel etiam populi, et alienigenarum diminutione minorem redditum secumferat. Atque his de causis, non ex mala beneficiorum administratione factum est, ut nil perceperint plurimis annis de redditibus suis beneficii, ita ut creditores evaserint in summa scut. 566. , quæ non nisi post longum tempus ex residuali summa scut. 19. consequi poterunt, dummodo domus locari possit sine ulla præsentis mercedis immi-
nutione; cumque Oratores non potuerint „ *sese alere* (verba sunt Eûni Titularis) *coacti sunt aliis Ecclesiasticis operibus operam dare, prout nunc etiam satagunt* (ob exiguitatem reddituum) . . . *quod in causa est, ut petant levamen in servitio Choralis, ut supra expres-*
sum

stam ad alimoniam quaerendum, dum caeteroquin Chori servitium a Canonicis, qui sunt numero decem et ab ipsis Capellanis numero 4., alteroque ex Beneficialis fieri potest . . . Si causa inspiciatur necessitatis operam navandi aliis Ecclesiasticis operibus praetenuente reddituum, ac praeterita illorum deficientiam videtur Servitium Chorale unius haebdomadae, ut petatur aditum ipsis non sufficienter aperire, ut aliunde victum quaerant, sed imo potius ex choralis servitii reductione ad dies tantum festos emergere posse eorum levamen, in quibus si alternativa servatur duorum ex beneficiatis, possunt ipsi aliunde tum laboribus victum quaerere, tum commutatione personalis adistentiae Dei servitium diligenter praestare.

Vestrae EE. PP. erit justitiae, et aequitatis declarare, utrum sit tam Beneficialis Verotti, cum Beneficiato Manganoni quavis deneganda, vel indulgentia reductio, et sic nedum eorum inopiae subsidium afferre, sed etiam conscientiae ipsorum tranquillitati consulere cum modo, ne Ecclesiarum officia, quibus inserviunt, amittant, potius Chorale servitium deserant, et punctaturis subjici malint. Vestrum praeterea erit judicare, utrum pari indulgentia donandi sint tum Beneficiato Verotti, tum Beneficiatus Manganoni quem licet uberioribus redditibus dotatum, attamen Choro inservire voluit eodem modo, et forma, quo illi inserviunt; nec non quamdiu perdurare debeat ista reductio, quatenus hanc sententiam EE. VV. amplectantur. Porro ex Capituli voto constat Oratores fuisse alias aliquo levamine donatos, ibi enim legitur „ Si aggiunge inoltre, che in altra occasione, in cui le rendite de' Beneficiati Verotti non giungevano alla somma di scudi 50. annui, come sopra si è annunciato, e supplicato il S. Padre per la diminuzione del servizio corale, con Rescritto dei 2. Giugno 1736. gli fu accordata per li soli tre mesi estivi, e per anni cinque finchè ritornarono ad avere il pieno delle loro congrue .

Dubia proponuntur .

I. An, et quomodo sit concedenda reductio choralis

lis servitii tribus Beneficiatis Verotti in casu etc.

II. An, et quomodo sit concedenda reductio choralis servitii Beneficiato Manganoni in casu etc.

IMOLEN. LEGATI. Condito Testamento anni 1691. die 6. Martii Franciscus Marocchio loci Linaro Imolensis Diœcesis legavit Clerico Joanni Marocchio, ut ad Sacros Ordines promoveri posset, prædium duobus terræ frustulis constans, alterumque prædiolum, ac eidem injunxit onus, *di far celebrare una messa quotidiana in questo modo, cioè tutti i giorni di precepto nella Chiesa Parochiale di S. Pietro di Linaro, se si potrà avere la comodità, altrimenti in altre Chiese, ove parerà al Reverendo Don Giovanni, e successori, e gli altri giorni, le deve celebrare, o far celebrare in quella Chiesa, e Chiese, ove gli parerà, e piacerà.*

Voluit tamen, ut libera esset unius missæ applicatio in qualibet hebdomada tum Joanni, tum ejus successoribus, dein addidit, *e dopo la morte del Reverendo D. Giovanni, esso Testatore vuole, ed ordina, che detto podere, e pezza di terra devono in perpetuo restare nella Famiglia del medesimo D. Giovanni con li modesti obblighi in perpetuo.*

Anno 1739. Capellanus, qui pio hoc legato fruehatur, preces porrexit S. huic Congregationi ad missarum re-
ductionem obtinendam; votique compos factus fuit
ab

ab Episcopo Martelli, qui ex delegata facultate Missas reduxit ad festivas dumtaxat, servata tamen testamentaria Francisci dispositione. Rursus anno 1807. Vicarius Apostolicus Lucas Mancurti ob Sacerdotum diminutum numerum, auctamque elemosynam Missarum rure præsertim celebrandarum, ad triennium indulgit, ut legatum adimpleretur in Ecclesiâ Cathedrali S. Cassiani, non autem in Parœcia di *Linaro* quæ quarto distat ab Imolensi urbe lapide. Hinc Joannes Manara, et Natalis Carà in Legato successores Missarum celebrationem in Cathedrali juxta concessionem curarunt.

Postquam vero hi diem obierunt supremum, Joanna Marocchi Vidua Carà, et Magdalena Manara (Joannis filia) vidua Nanni, quæ in Legati fructione successerunt, quamvis expleto triennio, sollicitæ fuerunt de Missarum adimplemento in Cathedrali, non in Parœcia, ad dimidium usque elapsi anni. Tunc enim judicialiter a Parocho di *Linaro* in jus vocatæ fuerunt in Episcopali Curia, ut testatoris voluntas executioni daretur adimpleta celebratione Missarum in rurali Parœcia. Illico istæ ad S. Congregationem convolarunt facti seriem exponentes, nec non perseverantiam circumstantiarum, ob quas Vicarius Apostolicus Mancurti translationem concessit, ac demum propriam inopiam, et postularunt ut, *vel* ad duo quolibet mense reducerentur Sacra, quatenus in Parœcia loci *Linaro* essent peragenda, *vel* ut prorogato translationis indulto, Missæ celebrarentur quolibet festo in Cathedrali, *vel* demum, quatenus quibusvis festis celebrandæ essent in Parochiali Ecclesia, nihil aliud Parocho solvere tenerentur Oratrices, quam elemosynam obolorum 18. comprehensis utensilibus, ac ipse Parochus illarum celebrationem curaret.

Quis sit Prædiorum reditus, quæ Oratricum paupertas, ita refert in sua Informatione Eminentissimus Episcopus *Accersito Perito Agrimensore, eique delato muneris sui fideliter exequendi jurejurando ad dictum prædium se contulit, et eo diligenter inspecto, animadversoque;*

illud non plus quam scut. 29. 51. 3. annuatim reddere posse autumavit. De gravi Oratricum inopia quoad alimenta inquirere non destitit, et a probis hominibus, fideque dignis rescire potui, easdem Viduas nihil aliud possidere, nisi praesatum praedium valoris circiter scutorum sexcentum. Ad vitam autem sustentandam propriis manibus laborare coguntur, neque victum sibi pararent, nisi manus suae ministrarent.

Hiscæ in facto prænotatis hæc animadvertenda videntur. Cuilibet Oratricum instantiæ Sacri Canonis, et S. hujus Congregationis praxis obstant. Denegari enim solet reductio ubi redditus pares sint oneribus sustinendis. Statuit enim Sacrosanctum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 4. de Reformatione adimplenda esse pia Missarum Legata juxta Testatorum voluntatem, et Sac. hæc Congregatio cum noverit redditus pares esse oneribus relevationem denegavit in Ostunen. Reductionis Missarum 4. Decembris 1784. In Capuana Reductionis Missarum 4. Decembris 1792., et in Maceraten. Reductionis Missarum 12. Junii 1794. Missarum quoque translatio denegatur a S. Congregatione nedum ob commutationem voluntatis fundatoris, sed etiam ob cultus divini detrimentum, et populi incommodum, ut in Romana, seu in Bononien Translationis 8. Maii 1819.

In præsentis casu redditus prædiorum, qui in sent 29. circiter juxta Periti relationem constituentur satis sunt oneri Missarum sustinendo quæ diebus festivis de præcepto celebrari debent in Paræcia Linaro; Licet ob Sacerdotum defectum, et loci distantiam Missarum elemosyna, taxandam esse censeat Parochus Linaro ad obolos 40.; attamen, ducto calculo, redditus sufficere possunt ad hoc onus sustinendum. Hinc Parochus adversatur cuilibet Oratricum petitioni una cum suis Parochianis, quorum sententiam exquisivit, et subscriptiones Eius Episcopus transmisit. Sive enim reductio concedatur, sive translatio Missarum adest grave plebis incommodum, cultusque divini detrimentum. Ipse enim unus ibi est, qui Missam celebrat, et ut populi commodo prospiciat, singulis

festis presbyterum accersit, eidem persoluta ex Parochianorum collecta quadraginta obolorum eleemosyna, ut altera celebretur Missa. Ex testatoris voluntate, qui Paræciæ di *Linaro* utilitati, illiusque populi commodo prospexit, dum ibi Sacri celebrationem diebus festis adimplendam præscripsit, alterum Parochus deducit argumentum. Respuendam vero omnino esse tertiam postulationem exorat. Ipse enim proprio, et Parochianorum ære solveret quolibet festo obolos viginti duos ad complendam summam obolorum quadraginta, quæ necessaria est pro eleemosyna: et vicissim Oratrices, quæ fruuntur, et sentiunt commodum Legati, incommodum declinarent. Ipsarum denique paupertatem in dubium revocat ex publica loci voce, et fama, testimonique depositiones transmittit, quæ de illarum commodo statu, relativo tamen ad ipsarum conditionem, ex auditu deponunt.

Favore tamen Oratricum animadverti plura possunt. Et primo quidem S. Concilium Tridentinum *citata sess. 25. cap. 4.* permisit Missarum reductionem ob defectum Sacerdotum, qui illas celebrarent, et S. Congregatio in *Viglevanen. 4. Aprilis 1789. et Vicen. Reductionis 27. Martii 1819.* reapse reductionem concessit ob Sacerdotum deficientiam. Nec dumtaxat reddituum diminutio, ac Sacerdotum defectus est iusta causa concedendæ reductionis, sed auctum etiam rerum pretium, et augmentum eleemosynæ. Ita S. Congregatio in *Bracaren. 11. Septembris 1717. Lib. Decret. 67. pag. 373.*, et in *Mediolanen. Reductionis Missarum 9 Aprilis 1718.* in qua proposito dubio „ *An supposito, quod nullus inveniatur Sacerdos, qui velit Missam quotidianam celebrare pro annua eleemosyna librarum 300. a testatore præscripta sit locus reductioni,* responsum fuit *affirmative.*

Nec obstare videtur in præsentī casu redditus pares esse oneribus; Fundator enim Legati, ut ex ejus orationis compendio eruitur, summopere sollicitus fuit de Legatariorum commodo, quos iis redditibus frui voluit, qui supersunt adimpletis oneribus; ac prætere-

rea post præscriptam quotidianam Missæ celebrationem, expresse cavit, ut semel in hebdomada applicatio libera remaneret favore Legatarii, qui eleemosynam recipere posset a quolibet benefactore. Atque huic præsertim fundatoris prædilectioni innotuitur Oratrices.

Quatenus autem a reductione concedenda abhorreant EE. VV. videant utrum concedenda sit Missarum translatio, quæ suffragiorum numerum non minuit. Licet in casu adsit populi incomodum, et divine cultus detrimentum, attamen translationem sibi competere autamant Oratrices juxta testamentariam dispositionem. Etenim quamvis demandaverit fundator celebrationem Missæ quibusvis festis in Paræcia Linaro attamen prævidens incomodi Legatariorum casum, illis facultatem fecit Missam, ubi vellent, celebrandi in hæc verba „*se si potrà avere la comodità, altrimenti in altre Chiese, ove parerà al Rev. D. Giovanni e Successori* „ Hoc autem in casu cum limitatus non fuerit celebrationis locus a fundatore, absque ulla commutatione voluntatis, concedi poterit translatio. Non enim ea, quæ hominum comodo constituta sunt imminui debent, vel ad severitatem extorqueri *L. nulla juris 25. ff. de Leg. Sachin Controv. lib. 4. cap. 9.* Neque Parochus, aut Populus di *Linaro* conqueri posse dicunt de juris sibi competentis ammissione. Nam ex eadem Pii testatoris voluntate profluit, tum concessio beneficii, tum illius ademptio, si vergat in Legatariorum incomodum.

Quoad tertiam petitionem vero urgent Oratrices, se non obstare, ut festiva Missa in Paræcia rurali celebretur, sed unice quærere ne comodo ipsis a Testatore concesso priventur, cum præsertim manuum labore sibi victum quærant, ac foecundam prolem eamque nondum minorem, sed etiam impuberem alere teneantur in suo viduitatis statu, de quo etiam testatur Emus Episcopus post adhibitas personas probas.

et fide dignas, quæ anteponendæ sunt Testibus a Parocho inductis, qui tantum de comuni fama, et auditu deponunt.

Si EE. PP. alicui ex petitionibus annuere censeant ad modum spectabit concedendæ gratiæ præfinire tempus, quæ ipsa perdurare debeat. Sacerdotum namque defectus, augmentum eleemosynæ, ac Oratricum inopia, ex sui natura perpetua non sunt, adeout gratia debeat esse perpetua. Hac super re ita suam sententiam pandit Emus Episcopus. *Cum itaque Sacerdotum numerus ob præteritas rerum vicissitudines non parum sit imminutus, ita ut ad Paraeciam Linari, quæ ab hac Civitate quarto distat lapide, nemo ad Missam celebrandam nisi cum eleemosyna quadraginta obolorum se conferat; quod certe Testator cum Legatum pium reliquit prævidere non potuit, cum taxæ agris impositæ admodum auctæ sint, cumque Viduæ Oratrices nihil aliud quam Prædium Sacrorum onere gravatum possideant, censerem ejusmodi Legatum ad annuas Missas quadraginta quolibet die Festo in Paraecia Linari celebrandas per decennium esse reducendum.*

In secundo dubio agitur de sanatione ob Missas celebratas in Ecclesia Cathedrali post expletum triennium concessæ translationis. Ex littera prius testamenti judicare debebunt, utrum reapse hac sanatione opus sit. Si enim ex fundatione deprehendent EE. VV. testatorem liberam fecisse potestatem Legatariis celebrandi in aliis Ecclesiis Missas in casu, quo ipsis grave esset adimplementum in Ecclesia rurali, tunc sanatione non indigebunt Oratrices. Si vero eam necessariam ducant, ipsi viam sternit Oratricum bona fides quæ semper de Missarum celebratione fuerunt sollicitæ, ut ex fide Sacristæ Cathedralis liquido constat. Post hæc EE. PP. Sapientiæ et æquitatis erit dirimere duo quæ proponuntur dubia.

I. *An et quomodo sit annuendum precibus Oratricum in casu etc.*

An

II. *An et quomodo locus sit sanationi ob Missas in Cathedrali Ecclesia celebratas in casu etc.*

CAMERACEN. IRREGULARITATIS. Joannes Baptista Joseph Bouchez posteaquam Ecclesiasticæ militiæ nomen dederat, anteriori parte pollicis lævæ manus orbatus fuit per amputationem secundum artem peractam. Verumtamen cum facile possit residua parte pollicis hostiam tenere, frangere, sumere, dummodo truncatus pollex ad extremitatem fortiter sit alligatus, et aliquo tegumento sive serico, sive pelliceo, sive metalico sit coopertus, hinc Sanctissimum exoravit, ut dispensationem ab hac irregularitate assequatur, sicque ad Sacros Ordines promoveri possit, *missam cum digitali aureo, vel argenteo valeat celebrare.*

Sess. 24. Cap. 6. De Reform. et Sess. 22. decret. de observ. et vitan. in Celebrat. Missar.

Episcopus Cameracensis hæc habet, „*Testamur Joannem Baptistam Josephum Bouchez pietate non ficta, scientia, morum integritate, vere commendabilem se præbere, maximamque sui expectationem nobis movere ipsum strenuum, et diligentem Ecclesiæ Ministrum esse futurum. Idcirco Sanctitatem suam enixe deprecamur, ut postulatam dispensationem concedere dignetur.*“

In veteri lege cæremonialia præcepta vetabant, ne corpore vitiatus Sacrificia Deo offerret, ut Dominus locutus est ad Moysen *Levit 21. v. 18.* Cessatis morte Christi Redemptoris præceptis cæremonialibus Legis veteris, hæc quoque lex primæva Ecclesiæ disciplina obligare desiit. In *Canone* enim 76. qui appellatur

Apo-

Apostolorum sancitum fuit, vitium corporis impedimento non esse, quominus ad Sacerdotium, et Episcopatum promoverentur ii, qui eo vitio laborarent, dummodo virtutibus, scientia pollerent, suoque exemplo laicis præesse possent, ut probat pluribus exemplis aductis Thomassin. *de Vet., et Nov. disciplina part. 2. lib. 1. cap. 78. n. 2. ad 6.*, quæ disciplina si maneret Orator, et si in corpore vitiatus, forsitan ad Sacros Ordines promoveretur, cum Episcopus illum dignum censeat Sacerdotio, magnæque expectationis illum prædicet.

Verum cum experientia duce compertum fuerit Summis Pontificibus vitio corporis laborantes, vel non valere in Ordine ministrare, vel id perficere non posse absque populi scandalo, vel saltem admiratione, sacrarumque functionum indecentia, hinc decreverunt, ut ab altaris ministerio arcerentur ii, qui vitio corporis afficerentur. Textus est in *Can. Illiteratos dist. 16.*, et in *Cap. presbyterum 1. de Cler. aegrotant.* ubi sermo est de irregularitate ob defectum digitorum, ait enim Pontifex, *Presbyterum cuius duos digitos cum medietate palmae a prædone abscissos significasti, Missam non permittimus celebrare, quia nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri, hoc fieri posse confidimus.* Hinc S. Congregatio irregularem dixit Sacerdotem, cui digitus pollex in manu dextera abscissus fuerat in *Novomien. 11. Septembris 1726.*, et pariter alium pollice in sinistra manu carentem in *Cadurcen. 14. Januarii 1663. lib. decret. 28. pag. 3.* Atque ex toto Titulo Decretalium *De corpore vitiatum ordinand. vel non* colligitur non esse eos ad Ordines promovendos sive ex propria culpa, sive a nativitate, aut casu defectus ille acciderit, ut docet Pirringh. *Jus. Can. lib. 1. tit. 26. §. 2.* et ad stipulatur Reiffenst. *Jus. Can. lib. 5. tit. 37. num. 81. et seq.*

His accedit petite concessioni obstare regulam, qua usa semper est S. Congregatio, ut scilicet facilius concedatur dispensatio super defectu corporis, dum magis de dispensando Sacerdote jam promoti, quam ubi res est de Clerico promovendo, ut hoc articulo plenissime di-

discusso statuit S. Congregatio in *Comen. dispensationis* 16. *Maii* 1775, et 12. *Junii*, et 11. *Julii* 1776. Hinc plurima afferri possent exempla hujusmodi dispensationum presbyteris indultarum. In memorata enim *Cadurcen.* dispensatus fuit Sacerdos sinistro pollice orbatus, et in *Mutinen.* 24. *Maii* 1734. Sacerdoti tribus digitis carenti scilicet pollice, indice, et medio concessa fuit dispensatio adjecta lege, ut in Oratorio privato, vel in Ecclesia, hora tamen minus a populo frequentata, celebraret: Ita etiam in *Sumoagiten.* 15. *Maii* 1738. Vicario Curato, cui unice superfuerat digitus pollex, indulta fuit dispensatio, ita tamen ut in Ecclesiis minus frequentatis Sacrum perageret. Plurima alia exempla consulto omitto, ne nimius sim.

Sileo etiam quoad denegatas promovendis dispensationes, cum sufficere possit præfata *Comen.* Hinc cum Orator Joannes Bouchez sit adhuc Clericus, difficilius ex hac regula gratiam assequi posse videtur, præsertim cum ad tangendam, frangendamque Hostiam ægeat metallo.

Verum gratiæ in casu, de quo agimus viam sternere possunt probati Oratoris mores, ejus pietas non ficta, et scientia, quæ adeo ab Episcopo commendantur, ex quibus sequitur utilitas, quæ Ecclesiæ redundaret, præsertim si ratio habeatur præsentibus rerum circumstantiis, in quibus omnes Episcopi maximam Sacerdotum deficientiam lugent. Atque hæc sunt rationes, cur etiam Episcopus enixe efflagitet hanc dispensationem. Preces vero Ordinariorum semper plurimi duxit S. Congregatio, quia ipsis magis perspectæ sunt locorum necessitates, ac rerum circumstantiæ. Quamvis autem difficile voti compotes fiant promovendi, qui irregularitate laborant, attamen non desant exempla hujusmodi concessionum ab Apostolica Sede factarum, dum peculiare accesserunt circumstantiæ. Id etiam animadverti potest, Oratorem tegumento hoc argenteo, vel aureo indigere dumtaxat, ut majus robur in digito, cujus pars obtrun-

cata est, habeat, atque vim totam non ex spiritis affabre elaboratis proficisci, sed ex ipso motu naturali digiti.

Quatenus EE. PP. ob peculiare has circumstantias censeant annuendum esse precibus, ad modum concessionis spectabit, statuere, utrum publice in Ecclesia celebrare possit, vel potius debeat in privato Oratorio Sacrum peragere. Hisce positis proponitur.
 Dubium - *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu etc.*

*Die Sabathi 17. Februarii 1821. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.*

**CIVITATIS PLEBIS RESIDENTIÆ, ET ECCLE-
SIÆ REPARATIONIS.**

*Sess. 25. cap. 1.
et Sess. 21. Cap.
7. de Reform.*

*Dub. „ An, quomodo, et ad quod tempus sit con-
cedendum Indultum in casu etc.*

*Negative, et Episcopus proponat alia media, et
ad D. Secretarium cum SSmo juxta mentem.*

ROMANA SERVITII CHORI.

*Sess. 24. Cap.
12. de Reform.*

*Dub. „ I. An, et quomodo sit concedenda redu-
ctio choralis servitii tribus Beneficiatis Verotti
in casu etc.*

*II. An, et quomodo sit concedenda reductio cho-
ralis servitii Beneficiato Manganoni in casu etc.*

Ad I., et II. Negative,

Sess. 22. cap. 6
et Sess. 23. cap.
4. de Reform.

IMOLEN. LEGATI.

Dub. „ I. *An, et quomodo sit annuendum precibus Oratricum in casu etc.*

II. *An, et quomodo locus sit sanationi ob missas in Cathedrali Ecclesia celebratas in casu etc.*

Ad I. Affirmative solutis Parocho Linari obulis viginti pro qualibet missa celebran. in singulis diebus festiuis, et quatenus Parochus renunciet, celebratis missis in cathedrali, docto.

Ad II. Affirmative ad cathelam facto verbo cum SSmo.

Sess. 24. cap. 6.
de Ref. et Sess.
22. decret. de
observan. et vi-
tan. in celebr.
Missarum.

CAMERACEN. IRREGULARITATIS.

Dub. *An, et quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione ab Irregularitate in casu etc.*

Affirmative cum digitali aureo, vel argenteo inaurato ita inhaerente, ut omne periculum arceatur, quod in Sacro peragendo cadere possit, et praemisso experimento coram Sacrarum caeremoniarum Magistro, et dummodo eo digitali in nulla alia actione utatur, ac reverenter in capsula custodiatur per breve.

Sess. 25. cap. 9.
de Refor.

ARIMINEN. NOMINATIONIS, ET PRAESENTATIONIS. In Congregatione habita die 26. Augusti proximi elapsi anni propositum fuit dubium *an constet de nullitate Nominationis factae a Comite Joanne Ruffo favore R. D. Joannis Baptistae Cecchetti, ita ut sit sustinenda, et servanda praesentatio facta a Luca Soardi favore R. D. Petri Ricci in casu etc.* Ac quum in diversas scissa fuerint EE. Patrum suffragia prorogatum fuit iudicium per rescriptum *Iterum proponatur.* Redit igitur hodierna die *Causa distributis*

allegationibus a Luca Soardi tantum; nam Sacerdos Joannes Gaudenzi, qui Paræciam impetravit, folium tantum mihi tradidit, Ruffo vero, et Cecchetti vadium deseruerunt Facti speciem habent EE. VV. in folio dictæ Congregationis, quod reassumere precor Cognoscent ex illo conventionem a Patronis factam Parochi electionem sorti committere, renunciationem libere emissam a Sacerdote Frampolesi primo præsentato, hortationem Vicarii Capitularis, ne sorti res amplius committeretur; præterea immediatum a sorte recessum quoad Soardi, tum postea præsentationem a Ruffo nomine proprio factam favore Cecchetti et a Soardi favore Ricci. Hinc in facto quoque habetur, quod Vicarius Capitularis inter hos præsentatos concursum indixerit, quodque Sacerdos Gaudenzi Paræciam impetraverit. Animadvertere quoque præstat Patronos intra quadrimestre Clericos præsentasse, immo, et intra quadrimestre super validitate præsentationis ad S Sum Dominum Nostrum recursum habuisse.

Tota in eo est quaestio juxta præconceptam dubii formulam, utrum nulla sit Cecchetti præsentatio a Comite Joanne peracta. Hoc probare videntur tum Soardi tum Gaudenzi, quia hæc præsentatio causam habet a sorte cui Patroni electionem commiserant. Et revera electiones fieri per sortes prohibent *textus in cap. fin. de sortilegiis, et in leg. Sacris Nostris 45. de Episcopis, et Clericis*. Non desunt vero Doctores plures, qui hanc prohibitionem extendunt etiam ad præsentationem a Patronis faciendam. Ita *Farg. comm. ad singulos Canones de jure Patronatus Part. VI. in cap. XXV. num. 7. Zab. in dict. cap. fin. de Sortilegiis sub num. 4. ibi Intellige etiam in quocumque modo, per quem proveniatur ad titulum beneficii, ad quem obtinendum cum requiratur canonica institutio, non est locus sorti*.

Hac enim conventionem Patroni cæco fato viri ad Ecclesiasticum beneficium præsentandi delectum remittere videntur, unde sequitur eum, cui sors arriserit, non esse electum ex judicio Patronorum, qui ex propria conscientia eligere debent habilem, et idoneum ad Beneficium ut ait *Ansaldus in adnot. ad*

dec. 95 num. 28. Præterea nullimode admittendam præsentationem Cecchetti asserit Lucas Soardius, quia ille extra Diocæsanus est, ut nullum unquam Sacrum Ministerium in Ariminensi Diœcesi exercuit adeo ut nullum de eo testimonium dare potuerit Vicarius Capitularis in sua informatione a Soardio exhibita, quod opponitur præscripto in celebri constit: Julii II. quam *Sipontinam* vocant. In ea siquidem caveatur „ *ut omnia beneficia Eccl. et Abatiæ, Personatus, et Dignitates quaecumque Ecclesiasticæ dictæ civitatis, et Diœcesis (Ariminensis) dentur, et conferantur solummodo clericis ipsius Civitatis, et comitatus idoneis.*

Addit insuper Soardi Defensor non solum nullam esse præsentationem Cecchetti, verum etiam jure nominandi pro hac vice privari Compatronum Joannem Ruffo affirmat: In dicto enim cap.: *Quia propter de Elect. Innocentius III. hæc verba habet „ qui vero contra prædictas formas eligere tentaverint eligendi ea vice potestate priventur* „ et ita jure accrescendi totum in Soardio coaluisse jus nominandi. Is enim a Vicario Capitulari monitus sortem hanc a jure canonico vetitam esse, statim ab ista recessit, et Ricci proprio tantum nomine præsentavit, cum e contra Comes Ruffo in sua persistens sententia petit „ *che abbia il suo pieno effetto la sudetta elezione in Parroco del Sacerdote Cecchetti* „ Igitur ille qui vetitam methodum contra præscriptas formas defendit privandus esse videtur juxta sancitum in dicta constitutione Privatos enim jure nominandi pro ille vice declaravit *S. Rot. in Majoric. Beneficii 15. Junii 1695. cor. Ans.*, quæ confirmata fuit *29. Martii 1700. cor. Mulo*, tres consules, quia per sortem præsentandum elegerunt et admissa fuit præsentatio alterius consulis qui sortem non adprobavit, sed respuit.

Sacerdos Gaudentii vero in novo exhibito supplici libello Patronos privandos esse contendit, quia sorti rem commiserunt imo et Frampolesi præsentarunt. Negat Patronum Soardi a sorte recessisse; quia Riccium præsentavit, cujus nomen in urna positum fuit. Si igitur (ita argumentatur) Ricci nomen in urna erat

non

non recessit a sorte Soardi, quia præsentavit, (quem-
admodum fecit Ruffo) unum ex illis quos sorti
commiserant . Præterea nullam etiam esse Soardi
præsentationem probare putat ex eo , quod Vicarius
Capitularis institutionem Canonicam Ricci non dede-
rit , sed negavit , quam certe ei dedisset si legitime
fuisset præsentatus . Videant vero EE. PP. num reve-
ra extet in facto, Vicarium Capitularem denegasse in-
stitutionem , vel potius præsentationes Patronorum
adprobasse , quum concursum inter præsentatos Cec-
chetti , et Ricci indixerit, prout patet ex superius cita-
ta Informatione .

Quamvis autem Comes Ruffo vadimonium deseruerit
nonnulla tamen ex officio addenda censeo . Pacta
conventa inter homines sunt servanda , si de re lici-
ta pactum fuerit . In *cap. fin. de Sortileg. , et*
Lex. 45. de Epicop. , et Clericis agitur de electione,
non de præsentatione . Porro leges prohibitoriae ex-
tensionem non recipiant in præjudicium liberæ fa-
cultatis unicuique competentis actus suos explendi
modo sibi beneviso , et in specie sortis *Gloss. in d.*
cap. fin. de Sortileg. ibi „ per hoc quod dicit in ele-
ctionibus videtur , quod in aliis usum sortis non re-
probat „ et Zabarell. in d. cap. fin. de Sortileg. et per
hoc posset dici , quod cum alias regulariter non
prohibeatur sors , quae hic prohibetur in electionibus
stricte debet intelligi , et sic in aliis spiritualibus
poterit esse locus sorti „ quod confirmavit quoque
S. Rota in *Ariminen. Capellaniae decis. 459. num. 5.*
part. 10. recent. Dici igitur poterit quod Soardius, qui
prius consensit sorti , recedere postea ab ea non pos-
set , ideoque Cecchetti esset instituendus.

Animadvertendum etiam est caput *Quia propter* loqui de
iis , qui contra formas præscriptas elegerint , quod
extendi nequit ad Patronos, qui sorte commiserint
præsentationem . Hæc enim nullitas non cadit sub
expressa canonum censura , ideoque non præsumitur
Laicis cognita , *cap. firmiter de summa Trinitate , et*
Fide Catholica Lambert. de jure Patron. part. 1.
lib. 2. quaest. 10. art. 4. nu. 25. Piton de Controver.
Patron. Allegat. 2. num. 7. Præterea dici quoque po-
test , privationis pœnam imponendam non esse nisi in

casu a jure expresso *Lambert loc. cit. pag. 2. lib. 2. quaest. 2. art. 1. num. 17. Pilon. loc. cit.*

Nunc inquirendum, num posita nullitate praesentationis Cecchetti sustineatur praesentatio, quam favore Ricci explevit Soardi, ut decernatur utrum Gaudenzi impetratio sit admittenda, vel non. Nam si illa confirmetur, vel si adhuc praesentationis jure gaudet Comes Ruffo, impetratio nullius roboris erit judicanda. Sortis conventio obstare non videtur Soardio, quia statim ac reprobata, vel dubiam sensit, ab illa recessit. Attamen difficultas oriri ex eo posset utrum ei facultas esset novam nominationem explere. At notandum, agi in casu de Patronatu Laicorum, qui „*potestatem habent variandi, offerendique alium*, ut verbis utar Clariss. Devoti *Inst. Can. lib. 1. §. 50.* Hac igitur facultate (si aliquid ponderis mereatur promissio a Patronis facta presentandi per sortem) usum fuisse Soardium dicendum erit, qui recedendo a sorte virum suo judicio habilem, atque idoneum praesentavit.

Quod si semper posset variare Laicus, multo magis hoc permittitur, si adsit rationabilis causa *Pignat. tom. 9. Cons. 82. num. 45. Lambert. de jure Patron. Lib. 2. part. 2. quaest. 7. Art. 22. num. 5. aliique.* Et tunc posterior praesentatio attenditur *Pign. loc. cit.* Justam vero variandi causam suppeditare poterat ipse recessus a sorte.

Cætera habent EE. VV. in folio diei 26. Aug. 1820., et juribus allatis a Soardio, unde possint dirimere dubium, quod reproponitur.

An constet de nullitate nominationis factae a Comite Joanne Ruffo favore R. D. Joan. Baptistae Cecchetti, ita ut sit sustinenda, et servanda praesentatio facta a Luca Soardi, favore R. D. Petri Ricci in casu ec.

Affirmative, et servandam esse praesentationem favore Sacerdotis Petri Ricci.

BALNEOREGIEN. BENEFICII Rogante Populo *Ses. 24. cap. 9. de Refor.*

Castri S. Michaelis Diœcesis Balneoregiensis, ac consentiente Patrono suspensionem vacantis Beneficii, seu Capellanix sub titulo S. Antonii erectam in Ecclesia sub invocatione ejusdem Sancti ad biennium indulserat die 27. Aprilis 1816. S. Congregatio, ut memorata reficeretur Ecclesia. Biennio labente Hermannus de Monteveteri Dux Forentilli, et Comes præfati Castri S. Michaelis, ac Patronus illius Beneficii, seu Capellanix nominavit die 15. Maii 1818. presbyterum Franciscum de Grandis. Hæc nominatio labente Mense Junio exhibita fuit Ordinario, qui dixit „ *che hà de giusti motivi per non ammetterla* „ additque, ut Patrono panderetur „ *che molto gli rincresce non poterla favorire, mentre le professa tante obbligazioni, di più mi hà incaricato di fargli sapere che sarebbe ben contento di poterla ammettere per non disgustarla* „ Tunc Patronus preces dedit S. huic Congregationi postulans, ut expleto iudicio super idoneitate præsentati, quatenus indignus appareret nominatus, fas sibi esset alium præsentandi, ut sacra serverentur patronatus jura. Datum est die 8. Augusti ejusdem anni de more responsum „ *Tempus et tempora non currere neque ad exitum litis, et notificietur Ministris Datarix Apostolicæ* „

Interea Sacerdos Joseph Gregori post acceptas testimoniales litteras ab Episcopo Beneficium sæpeditum impetravit in Dataria Apostolica, fuitque de eo provisus, *dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo alicui specialiter jus quaesitum, et tempus patronis laicis prædictis lapsum existat, ut legitur in Bullis collationis impetrati beneficii.*

Lis statim exarsit inter Impetrantem, et Nominatum Josephum Gregori coram R.P.D. Auditore Sanctissimi, a quo causa ablegata fuit Sac. Congregationi etiam cum clausula de arbitrio pro aperitione oris adversus litteras Apostolicas impetrationis, quin tamen iudicium super idoneitate nominati Francisci de Grandis institutum fuerit, vel causas rejectæ nominationis

pan-

panderit Balneoregiensis Antistes . Concordato hinc in contradictorio iudicio dubio super obreptione vel subreptione Litterarum Apostolicarum , causa hodie proponitur distributa allegatione a Francisco de Grandis, silente Josepho Gregori . Antequam ad rationum momenta transeam , animadvertam oportet EE. PP. in sumuario distributo a Francisco de Grandis sub numero 6. per errorem referri Rescriptum Sac. Congregationis „ die 21. Febr. 1818. . *Idem Episcopus provideat prout de jure* „, cum super precibus Francisci de Grandis ibi relatis neque istud , neque aliud quodvis datum fuerit rescriptum .

Arbitrium pro aperitione oris intrare defendit, qui Francisci de Grandis jura tuetur , propter obreptionem , et subreptionem tum quia reticatum fuit rescriptum S. Congregationis , tempus , et tempora non currere usque ad exitum litis ; tum quia falso expositum fuit, tempus Patrono præinitum elapsum esse . Peccatum præterea fuisse dicit in executione impetrationis ob omissam citationem edictalem saltem adversus quoscumque contradictores juxta *Rosam de exequit. Litt. Apost. par. 1. cap. 8. num. 19. , et Rot. coram Molines dec. 850. num. 4. ,* atque eo magis peccatum in themate, cum Episcopus ignorare nequiret nominationem , et præsentationem favore de Grandis exhibitam , et a se repudiatam.

Ex his concludit defensor dan tam esse suo Clienti institutionem a S. Vestro Consessu injuste denegatam ab Ordinario absque ulla reddita causa ; ac præterea esse ab impetrante Gregorii restituendos fructus perceptos invasi beneficii odiosa , ac obreptitia , et subreptitia impetratione.

Videant tamen EE. PP. an prius audiendus sit Episcopus, ut afferat causas denegatæ institutionis , dum respondere dignabuntur dubio.

*An intret arbitrium pro aperitione oris adversus
Litteras Apostolicas provisionis Capellaniae
Laicalis expeditas favore Sacerdotis Josephi
Gre-*

Die 17. Februarii 1821.

41

Gregori, ita ut sit locus institutioni ad eamdem Capellaniam favore praesentati Francisci de Grandis, et restitutioni fructuum in casu etc.

Affirmative ad primam partem, dilata ad secundam, et Episcopus referat de causis denegatae institutionis,

FIRMANA BENEFICII. Extat in Ecclesia sita extra muros Montisflorum Firmanae Archidiocesis simplex Beneficium sub Invocatione Sanctissimi Crucifixi erectum pia Donatione Hieronymae Pacetti, quae elegit primum Rectorem ejusdem Beneficii Hilarium Antonium Egidi suum Consubrinum, et post ipsius mortem statuit - *che la facoltà di nominare i Rettori successivamente in perpetuo appartenga per una voce alla detta Signora Antonia relitta del quondam Giacomo Antonio Mozzoni sua Nipote, e suoi Eredi in infinitum, per un'altra voce debba appartenere al Signor Cristoforo, e Signor Domenico Nicola Pacetti suoi Parenti, e loro Eredi in infinitum, ordinando ancora s' intendino preferiti sempre alla detta nomina di Jus patronato Remigio figlio del detto Signor Cristoforo, e li figlj del detto Signor Domenico Nicola Pacetti, essendo abili per detto Beneficio, e non essendo abili, possino li detti Compatroni nominare, e presentare chi più a loro parerà -*

Sess. 23. c. 6.
de Refor.

Res pacifice processit ad mortem usque ultimi Rectoris Aloysii Pacifici Pacetti, quae evenit die 17. Decembris anni 1819. Tunc enim quoad passivam vocationem controversiae excitatae sunt inter familias Pacetti, et Anibaldi. Hic notandum, Antoniam improlem decessisse, cui proinde successerunt fratris filii ex familia Anibaldi.

Defuncto Rectore a familia Pacetti statim appositum

F

fuit

fuit *Nihil transeat* tam in Curia Archiepiscopali Fir-
mi, quam apud Datariam Apostolicam, factaque
fuit nominatio, ac præsentatio favore Salvatoris Pa-
cetti, licet nondum Clerici coram Ordinario intra le-
gitimum terminum, nec non penes Datariam. In-
super nominatus Pacetti supplicavit pro derogatione
medietatis vocum necessaria ad dictum consequen-
dum Beneficium, et pro dispensatione ætatis. Ex-
hibita ex altera parte fuit supplicatio Clerici Ray-
mundi Anibaldi una cum nominatione Compatro-
norum Anibaldi, et Testimonio Curie Archiepisco-
pali Firmi similiter pro derogatione medietatis vo-
cum, nec non pro dispensatione ætatis.

Eminentissimus Pro-Datarius utramque supplicationem
Pacetti, et Clerici Anibaldi remisit Eminentissimo
Archiepiscopo Firmano pro Informatione, et voto,
ut nempe referret de idoneitate utriusque nominati,
Interea etiam a familia Anibaldi appositum fuit *nihil
transeat*, et Salvator Pacetti Clericorum albo adscri-
ptus fuit,

Eminentissimus Archiepiscopus fuit in voto, inspectis
testamentariis tabulis, testatricem passivum jus li-
næ potius agnatitiæ Pacetti, quam Cognatitiæ Ani-
baldi tribuere voluisse. Unum vero, et alterum Cle-
ricum bonis moribus imbutos ad assequendum Be-
neficium, si necessariam consequerentur super æta-
tis defectu dispensationem, idoneos renunciavit.

Tunc Emus Pro Datarius, olim emeritissimus S. hu-
jus Congregationis Præfectus, Causam pro Voto re-
misit Vestro Amplissimo Senatui, ut dijudicetur,
cui nominatorum Clericorum concedi debeat di-
spensatio, et Beneficii collatio. Iterum rogandum
censui Emum Archiepiscopum, ut *transmissa Fun-
datione, auditis præsertim Clericis Raymundo Ani-
baldi, et Salvatore Pacetti, eisdemque præfixo ter-
mino unius Mensis ad deducendum jura sua in hac
Congregatione, referret, an alii sint passive vocati
idonei, quibus præjudicium inferretur. Omnes in-
teresse habentes fuerunt interpellati, sed duo tantum
Clerici Anibaldi, et Pacetti in scriptis exhibuerunt ra-*

tionum momenta, quæ sibi favere autumant. Quæritur itaque in hac controversia, cui sit concedenda dispensatio, et danda institutio.

Statutum in jure Canonico est ad Beneficium præsentari neminem posse, nisi tempore præsentationis sit dignus, et habilis, idest habeat omnes debitas qualitates, et careat omni impedimento inhabilem reddente, aut indignum, sive ex Canonicis sanctionibus, sive ex fundatorum dispositionibus impedimentum oriatur. Ita ex communi Doctorum sententia ut videre est apud Reiff. *in Jus Can. lib. 1. tit. 6. de Elect. tit. 14. de aetat. qualit. Ordin. præf. et lib. 3. tit. 5. de præb. num. 131.*, et paucis demonstrat Barbos. *de off. et pot. Epis. num. 72. et seqq.* Tenent præterea doctores illum, qui primus Datariam adit, et obtinet signari supplicationem, jus quæsitum ad beneficium habere, cui posterior supplicatio præjudicium afferre non potest. Card. de Luc. *de Benef. disc. 70. num. 13.* Rota *in Zimorem, seu Salamantina Capellaniae 28. Jan. 1754. num. 15. cor. Caprara.*

Jam vero in præsentati casu, tempore præsentationis, tum Pacetti, qui prior in Dataria comparuit, tum Anibaldi, qui posterior superaccessit inhabiles erant ad beneficium assequendum, ac uterque indigebant dispensatione. Videndum igitur in quo majores qualitates concurrant sive ex juris dispositione, sive ex Hieronymæ fundatricis voluntate.

Ut Raymundus Anibaldi excludat Salvatorem Pacetti assecutione Beneficii, probat se unico ætatis impedimento affectum fuisse, cum in lucem editus fuerit die 10. Novembris 1807., quo ætatis defectu laborabat etiam Salvator Pacetti utpote natus die 14. Martii 1807. Sed ipse erat jam a mense Martii 1818. Ecclesiæ albo adscriptus per primam Tonsuram. E contrario Pacetti tempore præsentationis, adhuc inter Laicos numerabatur. Hinc ait ex jure non sufficere, ut brevi post præsentationem, et quidem ante Institutionem quis habilitetur, et Clericus fiat Barb. *loc. cit. num. 77. et 78. Castr. Palao p. 1. tract. 13. disp. 2.*

punct. 7. num. 1. Gonzalez. ad. Reg. 8. Cancel. Gloss. 2. num. 66. , et alii , quia in beneficiis attenditur capacitas tempore praesentationis cum per eam statim acquiratur jus ad rem Conqueritur proinde in supplicatione favore Pacetti signanda falso expressa fuisse haec verba pro *Clerico seu Scholari* , cum ab initio qualitas Clericalis deficeret; ex quibus concludit, juris dispositione inspecta , relaxandam esse propriam supplicationem super dispensatione ætatis , et medietatis vocum patronorum .

Quoad qualitates a testatrice præscriptas , æque in utroque concurrere autumat ; quin quidquam præsidii sibi mutuari possit Salvator ex Hieronymæ verbis *ordinando ancora , che s'intendino preferiti sempre alla detta nomina di Juspatronato Remigio figlio del Sig. Cristofaro , e li figlj del Sig. Domenico Nicola Pacetti essendo abili etc.* Vocatio enim isthæc est mere *taxativa* ad Remigium , et filios Dominici Nicolai Pacetti , non vero *progressiva* ad filios , et descendentes in *infinitum* . Etenim fundatricis neptis Antonia Anibaldi tunc erat Vidua Jacobi Antonii Mozzoni , et quidem improles : merito hinc Fundatrix prælationem pro ea vice concessit tum Remigio , tum filiis Dominici Nicolai Pacetti , et quamvis hi communem stipitem cum Fundatrice haberent , ac proinde agnati essent , attamen remotiori sanguinis vinculo cum ea jungebantur , quam Antonia licet Cognata ; unde ad nominatos tantum a testatrice cohibenda est prælatio , non etiam ad Nepotes in infinitum extendenda S. Rota *Rec. decis. par. 18. dec. 297. per totum* ubi respondit pro exclusione nepotum , qui non veniunt sub nomine filiorum , neque ex proprietate verborum , neque ex communi usu loquendi , nisi ex conjecturis aliter constet de mente testatoris .

Et contra Salvator Pacetti contendit majores qualitates in se , quam in Anibaldi reperiri . Licet enim ipse petierit una cum derogatione medietati vocum dispensationem super defectu ætatis , attamen id evenit , quia duobus primis mensibus quadrimestris ad præsentandum concessi , nondum pervenerat ad *Canonicam ætatem*

tem, sed vix illuxit dies 14. Martii elapsi anni, ipse decimum tertium evasit ætatis annum, et decimum quartum attigit; ac proinde utili tempore nondum elapsi quadrimestris. Anibaldi vero nonnisi die 10. Novembris proxime præteriti decimi quarti a natiuitate anni numerationem exordiri potuit, ac proinde expleto jam quadrimestri, ex quibus concludit ætatem institutioni ad beneficium impedimento non esse.

Se d neque obstare sibi dicit statum laicalem, dum vacavit beneficium dies 17. Decembris 1819. Ipse enim intra viginti dies post vacationem Clericali militiæ adscriptus fuit per primam Tonsuram nimirum die 20. Januarii 1820. , ac proinde longe prius, quam expiraret quadrimestre, ex quo alterum impedimentum removeri putat juxta Canonistarum, et Tribunalium Sententiam. Pluribus namque auctoritatibus docet Piton. *de contr. Patron. tom. 2. Alleg. 100. num. 436., et seq.* Patronos nominare posse laicum, modo fiat Clericus, antequam labatur tempus præfinitum ad presentandum Paris. *de Resign. lib. 4. quaest. 2. numer. 5. et 6. Ricc. resolut. 161. per tot. Gar. de Benef. p. 7 cap. 1. num. 28. 29. 32., et seq. Vivian. de jure patron. lib. 6. cap. 7. num. 50. part. 2. Rot. pluribus aliis ommissis in Recent. decis. par. 19. dec. 621. num. 22., et in Farfen. Canonatus 8. Jan. 1711. §. Postremo cor. Molines.* Hæc exceptio locum tantum sibi vindicaret si ipse primam Tonsuram accepisset post expletum quadrimestre pendente scilicet lite, vel informatione Ordinarii pro dispensatione; quia Clericatus debet supervenire tempore habili. Piton. *loc. cit. numer. 336.* Non igitur falso in supplicatione in forma signandi appositum fuit *pro Clerico, sive Scholari.*

Inter cætera vero sua requisita ad obtinendum beneficium enumerat Salvator Paceffi ipsum nominatum, ac præsentatum fuisse; ac supplicationem SSmo porrexisse ante Anibaldi, unde ipse præferri debeat juxta regulam 17. *Cancellariæ.*

Postremo tandem tuetur prælationem a Testatrice concessam Remigio, et filiis Dominici Nicolai non fuis-

se taxativam, sed progressivam in infinitum. Trītissima enim juris regula est præsuntionem passivæ vocationis semper stare pro sanguine prædilecto agnationis, quo deficiente vocati censentur cognati, postremo extranei ut fuse explicat *Pilon. loc. cit. Alleg. 17. num. 6.* ac docent S. Rotæ decisiones. Ita in *Interamnen Jurispatronatus 22. Martii 1706. §. Quod enim et 10. Decembris ejusdem anni §. Iterum, et §. Hanc coram Scotto, Dec. 12. cor. Rezzonico tom. 1. num. 8., in Verulana Capellaniae 3. Julii 1786. §. Quas quidem cor. Rovarella, et in Hidruntina Beneficii 25. Junii 1756. cor. Olivatio inter impress. decis. 6. num. 5.* Animadvertendum insuper proponit, quod testatrix usa est verbo semper, „*Ordinando ancora, che s' indino preferiti SEMPRE alla detta nomina di jus Patronato il Signor Remigio . . . e figlj del detto Signor Domenico Nicola Pacetti* „ quod verbum semper demonstrative stare dicitur ad sanguinem prædilectum Agnatorum, non vero taxative ad hoc, ut spreta sanguinis continuatione admittantur extranei juxta S. Rotæ decis. 112. cor. Rezzon. num. 8. to. 1. addit deimur Clericum Anibaldi inter extraneos reperiri, non vero inter cognatos. Cum enim Antonia nupserit Nepoti Hieronymæ fundatricis ac ipsa tantum affinitatem contraxerit, quia tamen sine filiis decessit, Antonia frater, ejusque filii, qui in ejusdem jura successerunt, extranei erant a Hieronyma; affinitas enim ab Antonia contracta non parit affinitatem, multoque minus cognationem. Atque hac de causa factum asserit (licet documentis non probetur) in prioribus nominationibus ab una familia Pacetti peractis numquam in scænam prodiisse gentem Anibaldi. Hisce omnibus positis cum ipse tempore habili Ecclesiæ militiæ adscriptus fuerit, Canonicam ætatem attigerit, ac præterea sit de sanguine prædilecto a fundatrice sibi deberi institutionem concludit.

Hæc sunt, quæ ab utraque parte afferuntur. Modo autem EE. PP. Vestræ sapientiæ, ac jurisprudentiæ erit præsentem controversiam dirimere responsione ad Dubium, quod proponitur.

*An sit danda institutio Clerico Salvatori Pacetti ,
seu potius sit concedenda dispensatio, et institutio
favore Clerici Raymundi Anibaldi in casu etc.*

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Sess. 25. Cap. 9.
de Reform.

MUTINEN. REDUCTIONIS MISSARUM „ Cæsar Bassoli ultimo, cum quo decessit, nuncupativo testamento diei 11. Junii 1815. ita præscripsit „ *ordina, e comanda, che dal suo Erede, e Successore le sia fatta celebrare in perpetuo, e sin chè il Mondo durerà una Messa quotidiana al sud. suo Altare del Santissimo Crocefisso eretto in d. Chiesa del Voto di questa Città, siccome chè debbano mantenere lo stesso Altare finito del bisognevole, e farlo tenere ben netto, e pulito, ed accomodato a tutte spese della di lui Eredità, provedendolo anche della cera necessaria per li Venerdi di Marzo, e per la Festa dell' invenzione della Santissima Croce Item lascia e che successivamente ogn' anno in perpetuo nel giorno del suo transito le sia fatto un officio di Messe anniversario, e che tanto nel primo, che negli altri degli Anni avvenire siano spese L. cento moneta di Modena e che inoltre negli anni subseguenti al primo della di lui morte siano distribuite in perpetuo L. 50. in tanto pane alla povertà.*

Facultate pollebat Episcopus Mutinensis, die 18. Martii 1807. ad triennium prorogata, illa reducendi onera Missarum perpetua, in quibus manualis deficiebat eleemosyna, et veros pauperes absolvendi ab omissis celebrationibus. Hanc occasionem, summa pressus ægestate, arripuit Cæsar Bassoli Cæsaris Senioris Testatoris hæres, ut condonationem quoad præteritas omissiones, et reductionem quoad futurum ab Ordina-

nario consequeretur , qui ejus instantiam hoc decreto dimisit .

Apparendo dalla fondazione del pio legato , che oltre le Messe , ed anniversario debbano gli Eredi del fondatore concorrere per altre funzioni all' Altore entroscritto potrà il pelizionario per quanto spetta alla coscienza impiegare la Somma , che importerebbero le funzioni predette , aggiungendovi solo quanto può essere necessario , perchè sia celebrata una Messa ebdomadale , condonando nel resto , attese le comprovate circostanze dello Stesso Ricorrente a norma della sua istanza , e ciò per trè anni avvenire .

Patris exemplum sequutus est Lottarius anno 1811. et eandem impotentiae causam Ordinario exponens , prorogationem gratiae ad quinquennium obtinuit .

Ut eadem reductio in perpetuum protrahantur , dictus Lottarius , et Ioannes Baptista frater a Sanctissimo exorarunt .

Episcopus , quem requisivi pro informatione , et voto , auditis interesse habentibus , hæc habet , *„ Dicam itaque , quod auditis administratoribus Ecclesiae B. M. Virginis del Voto , iidem in Oratorum pauperate conveniunt quidem , sed acgre ferunt reductionem imploratam propter inopiam Missarum in eadem Ecclesia ab ipsis administrata . Porro redditus bonorum gravatorum alias erat insignis , nunc autem minime excedit scutata 60. monetae Romanae Testor autem hos redditus nec minimum decrevisse culpa Oratorum sed potius eorum ascendentium , qui jam obaerati decesserunt nec eos redditus augeri posse , quum omnia bona gravata ad unam domum reducantur .*

De celebratione Missarum quoad praeteritum pro veritate dicam , talibus , ac tantis infortuniis affectos fuisse Oratores temporum aerumnis , ut digni facti sint , me eorum favore usum esse Apostolico indulto . . . testorque de vera impotentia eorundem quoad futurum , quum nec ad statum necessaria illi supersunt ; afferunt tamen sese ad prosequendam imposterum celebrationem unius Missae pro hebdomada . Qua propter humillime sentio , preces Oratorum ipsorum favorabiliter esse accipiendas .

Id quod attinet, sunt verba ejusdem Episcopi secundo specialiter requisiti ad eleemosynam vere necessariam non est ambigendi locus, eam pro satisfactione oneris Missae quotidianae taxandam esse prout de more in nostratibus scut. an. 40. monetae romanae. Implementum vero annui anniversarii pluribus ab hinc annis in suspenso est de tempore Caesaris Bassoli Patris Oratorum, qui temporum vicissitudine aequae ac familiaribus aerumnis ad paupertatem jam redactus, plurimo ere alieno gravatus decessit. In tali enim rerum statu ille revera supplicem nobis porrexit libellum, ut aliquo modo eum solarem in propria inopia condonatione onerum non impletorum, et reductione quoad futurum. Tunc autem temporis, quum ex una parte difficilis esset ad Sedem hanc Apostolicam accessus, et ex altera semper magis conscientiae praemeretur angustiis.

De distributione panis favore pauperum in die anniversarii ex certo documento mihi constat, quod exacte singulis annis adhuc usque facta fuit.

Paupertatem obligati justam praebere reductionum Missarum causam praesertim ad certum tempus saepe decrevit S. Congregatio ut in *Januen. Capellaniar. die 31. Jul. 1819.* Ob defectos redditus quandoque etiam perpetua demandata est, ut in *Senogallien. Reduct. Missar. 10. Maii 1784.*, et in *Viterbien. reduct. oner. 8. Maii 1784.* Magis vero indulgentiae sit locus si accedat consanguinitas supplicantium cum Fundatore, quia ut ait *De Luca de testam. dis. 72. Num. 15.*, et seq. si gravem ejus paupertatem Testator praevidisset, sanguinis fortasse vocibus motus vel Missarum onus non imposuisset, vel minorem illarum numerum demandasset.

In presenti casu de Oratorum paupertate indubitanter testatur Episcopus, et idem sentiunt Rectores B. M. V. del Voto. Nec ulla excitatur dubitatio de eorum cum Testatore consanguineitate.

Constat etiam de reddituum decremento, cum 50. scutata imparia omnino videantur ad universa onera explenda in testamento relicta, quae essent potius reducenda ex *Bened. XIV. de Synod. lib. 13. cap. ult. §. 23.*, quam numerus Missarum.

Est, ut monet Episcopus, Rectores Ecclesiæ del Voto ægre ferrent hujus Missarum oneris reductionem; Animadvertendum etiam est, redituum decrementum non casu aliquo, aut vi majori, sed mera culpa, et eorum Decessorum, qui obaerati decesserunt, voluntariis distractionibus evenisse. Hinc factum est, ut quandoque onerum reductio fuerit a S. Congregatione denegata, ut in *Lunen Serzanen* 30. Maii 1818.

Dubium igitur proponitur.

An, et quomodo sit concedenda reductio in casu etc.

Non proposita cum sequen.

*Sess. 22. cap. 11.
de Reform.*

NOVARIEN, BENEPLACITI APOSTOLICI. Presbyter Horatius Zannellotti postulavit a Sanctissimo facultatem ineundi contractum emphytheusis perpetuæ cum Thoma Buslaghi de bonis idest tribus vineolis Beneficii, quod ipse possidet erectum sub invocatione S. Catharinæ in Collegiata S. Gaudentii Civitatis Novariensis hisce sub conditionibus. Primo scilicet, ut Emphytheuta solvat Rectori Beneficii pro tempore annum canonem scutat. 40. et obul. 50. secundo, ut in se suscipiat satisfactionem onerum tum præsentium, tum quæ postea imponentur. Tertio, ut excolat unam ex prædictis vineolis, quæ adhuc inculta manet. Re ad Sacram hanc Congregationem delata datis ad Eminentissimum Episcopum literis eidem commisit, ut audito Rectore Beneficii, et prævia confectione Capitulorum, et affixione edictorum pro Emphytheusi ad tertiam, vel quartam generationem masculinam tantum ineunda re-

ferret de valore terrenorum per peritum ex officio ,
et annuo reditu per novissimum decennium ad mo-
netam Romanam .

Propositis Edictis nemo ad offerendam accessit excepto
Thoma Buslaghi , qui cum comperisset Emphy-
theusim non futuram amplius perpetuam , sed ad
tertiam , vel quartam generationem masculinam
tantum , renuit contractum huic inire nisi acce-
deret etiam venditio cujusdam tractus nondum ex-
culti prænominati *Prazzone* , cujus pretium est scu-
tat. Rom. 100. , et reditus scut. ann. 6. , quodque
Buslaghi rependet post sex elapsos annos , solutis in-
terim fructibus in singulos annos ad rationem scut.
quinque .

Eminentissimus Episcopus hæc refert in sua Informa-
tione ,, *Subsequuta est peritia ex officio per desi-
gnatum a nobis homine , et probato , qui omnibus rite
perpensis relulit , contractum si statis conditionibus
postea dicendis iniretur ; luculenter in non exiguam
cum Beneficii , tum Beneficiali utilitatem cessurum .
Quidni Patres Eminentissimi ? Quippe peritus deputa-
tusque ad id muneris homo , cum sic docuerit bona in
Emphytheusim tradenda ex se , et intrinsece consta-
re Romanis scutatis circiter 720. , ut eorum reditus
annuus sit Rom. scut. cir. 38. patet profecto summum
Rom. sc. 40. cum dimidio circiter , quam in annos sin-
gulos solvendam sponsione pollicetur Beneficiario qui-
dam Thomas Buslaghi , qui et pluris obtulit , et quod
magis est proprio aere fænora , et vectigalia pendere
obligatur , et quidquid pro habitis peritia , Rescri-
ptis etc. etc. Instrumento , ejusque exemplaribus con-
ficiendis par erit impendi , patet inquam inapertum
Beneficii comodum vertere .*

At non ita tamen tota res confecta , absolutaque est , ut
ineunda supradictæ Emphytheusis contractui nulla
adhuc difficultas suboriatur : nempe dictus Buslaghi
ea tantum conditione contractum inire contendit ad
QUARTAM USQUE GENERATIONEM ut si-
mul cum Emphytheutico , et alter venditionis contra-
ctus fiat . Operæ præstium est nosse Beneficii agrum

constare etiam tractu satis lato inculto senlibusque consito, quem peritus aestimavit „ Roman. scut. circiter 100. ejusque redditum esse Roman. scut. circiter 6. Hunc sane tractum si obtineret Buslaghi, non longe deductis aquis, quarum ipsi est copia, quod nullo modo fieri per Beneficium posset, mire ingeniosum ad segetes redderet. Id ut impetret per Eminentias Vestras Thomas Buslaghi enixe efflagitat Beneficiarius Zanellotti, quo impetrato, Beneficii utilitati, suique commodo consultum esset.

Sacris Canonibus interdictum est bona Ecclesiae distrahere, ad longum tempus locare, in Emphytheusim tradere. Hoc Canonicum interdictum ex pluribus tum Conciliorum, tum Imperatorum constitutionibus, et praesertim ex cap. *Nulli liceat* in V., et Extravagant. *Ambitiosae* abunde colligitur, nisi hoc interdictum removeatur per Apostolicum Indultum, quod nunquam conceditur, nisi de necessitate, et vera Ecclesiae utilitate constet. Insuper haud solet indulgeri facultas ultra tertiam, vel quartam generationem, cum Emphytheusis perpetua a S. Concilio Romano tit. 19. cap. 1. §: 1. prohibeatur.

Quod autem in praesenti casu concurrat Beneficii utilitas innuit Eminentissimus Episcopus in sua Informatione, quam superius exscripsi id ipsum demonstrare contendit Presbyter Zanellotti ex eo quod bona in Emphytheusim concedenda sint valoris scutat. Roman. circiter 720., et proinde eorum redditus sit scut. 38., ut ex periti relatione, dum tamen Thomas Buslaghi spondeat, se soluturum in singulos annos scut. 40. $\frac{1}{2}$, et insuper in se suscipiat omnia onera tam praesentia, tam futura.

Haec quoad emphytheusim quatenus placeat Eminentissimis Patribus eam in perpetuum concedere, ut postulavit oblato Buslaghi, licet Edicta publicata fuerint ad inveniendos oblatores pro temporanea tantum Emphytheusi nimirum ad tertiam, vel quartam generationem.

Quod si excludatur omnino concessio in perpetuum, tunc investigandum erit an contractus emptionis,

et venditionis utilis futurus sit Beneficio, et Beneficiato, quem quidem contractum omnino requirit Buslaghi, ut emphytheusim ineat.

Ex Eminentissimi Episcopi informatione constat, tractum vendendum esse satis amplum, sed incultum, qui tamen a Buslaghi excultus, et aquis non longe deducendis irrigatus (quarum Thomæ Buslaghi est copia, quæ deest omnino Beneficiato) colono parebit, et mire aptus ad segetes proferendas evadet. Idem Buslaghi spondet, se soluturum pretium dicti tractus scilicet scutata circiter 100. post sex elapsos annos unde timeri potest id temporis nihil omnino fructus Beneficio, et Beneficiato futurum ex hoc contractu, immo et periculum imminere impendendi pecuniam ex eo receptam in rem vel omnino inutilem, vel minus proficuum. Addendum insuper pro hac venditione non fuisse publicata Edicta ad invenientes oblatores, quæ quidem solemnitas nunquam prætermittitur, etiam si concurrat Ecclesiæ utilitas, quæ præsertim in venditionibus augeri potest ex oblatorum frequentia.

At agitur de fundo inculto, et quem Beneficiatus meliorem reddere nequit ex deficientia aquarum, et quem Peritus valoris scutorum centum tantum estimavit. Videant Eminentissimi Patres utrum huic venditioni aptari possit notissimus Canon Terrulas ubi sic statuitur: *Terrulas aut vineolas exiguas, et Ecclesiæ minus utiles aut longe positas parvas Episcopus sine consilio fratrum si necessitas fuerit distrahendi habeat potestatem.* Fagnanus quoque enumerans causas, unde licet Ecclesiæ bona alienare, ad rem ait: *Alia est incommoditatis, seu minoris utilitatis, ut quia res alienanda est magis damnosa Ecclesiæ, quam utilis, veluti cum alienantur terrulae, vel Vincolae incultae aut longe positae.*

An vero tractus, de quo agitur terrula dici possint, poterunt EE. VV. ex prædictis declarare, cum id totum ex iudicis arbitrio pendeat, ut innuit Fagnanus Sane inquit, cum non sit iure definitum quae terrulae,

54 Die 17. Februarii 1821.
lae, vel vineolae dicantur extgvi Valoris id totum ju-
diciis arbitrio erit relinquendum.

Dubia proponuntur.

- I. An et quomodo sit deliberanda Emphytheusis
in casu etc.
- II. An, et quomodo sit probanda venditio Fundi
Prazzone in casu etc.

Die

Die Sabathi 24. Martii 1821. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Sess. 25. Cap. 9. de Reform.

MUTINEN. REDUCTIONIS MISSARUM .

Dub. „ An , et quomodo sit concedenda reductio in casu etc.

Affirmative ad unam missam omnibus diebus festis etiam reductis, et missam cum cantu in die anniversario obitus fundatoris firma remanente distributione panis ad decennium, docto.

Sess. 22. Cap. 11. De Reform.

NOVARIEN. BENEPLACITI APOSTOLICI.

Dub. I. An , et quomodo sit deliberanda emphyteusis in casu etc.

II. An , et quomodo sit probanda venditio Fundi Prazzone in casu etc.

Ad I., et II. Dilata, et scribatur Eñño Episcopo pro nova affixione edictorum pro unica Emphyteusi ad tertiam vel quartam generationem tam vinearum quam fundi Prazzone.

Sess. 24. Cap. 1.
De Reform.
Matrimonii

MELIVETANA NULLITATIS MATRIMONII
 Joachima Cutajar, quæ primum vidit diem in Civitate Melitæ de anno 1798. sub die 31. Januarii, Matrimonium, omnibus servatis solemnibus a SS. Tridentino Concilio præscriptis, cum Francisco Erba celebravit die 18. Novembris 1811. Triennalis fuit inter Conjuges cohabitatio non quidem mutuo amore transacta, sed ex mutua animorum exasperatione irreconciliabilis discordiæ plena. Uno, et altero anno identidem data est opera Matrimonii consumationi, quam Mulier sequutam dicit „ *sempre forzatamente* „ In tertio vero anno communis quidem habitatio, non tamen comune fuit thorum; donec in illius exitu Joachima e viri domo aufugiens Melitensem Insulam reliquit, et Londinium petiit. Inde Neapolim reversa volvente anno 1817. statim per suum Procuratorem Matrimonium tamquam *ex vi et melu* initum de nullitate accusavit, quæ instantia a S. Congregatione dimissa fuit rescripto diei 17. Maii 1817. *Utatur jure suo coram Ordinario in prima instantia ad formam Constitutionis S. M. Benedicti XIV. Dei Miseratione.* Nihil tamen inde profecit Mulier, quia cum ipsa Neapoli moraretur, cumque ignotum esset Viri domicilium, Episcopus illius instantiæ rescribendam censuit „ *Attenta absentia Conjugum ab hac Insula, recurrat ad S. Sedem* „ . Ne igitur transacto jam inutiliter biennio, ulterius causa protraheretur, eam instaurandam, et absolvendam esse ab hac S. Congregatione obtinuit Joachima per rescriptum R. P. D. Auditoris SSm̃i diei 21. Novembris 1819. Tunc tandem locum habuit formalis litis contestatio per libellum a Muliere jam in Urbe moranti subscriptum, in quo prætensæ coactionis circumstantiæ narrabantur, unde confectis a defensore Matrimonii interrogatoriis actum est coram me formale Mulieris examen, quo absoluto, datæ sunt litteræ Melivetano Episcopo, ut juxta præscriptum in notissima Benedictina Constitutione testes inductos, et inducendos sub formali examine audiret, præsertim virum Franciscum Erba, eidemque præfigeret terminum ad deducendum jura sua in S. Congregatione per citationem ad confinia, qua-

quatenus ab Insula abesset, atque ignotum esset illius domicilium.

Injuncto muneri in omnibus satisfecit Episcopus, qui processum rite confectum remisit. In eo quotquot audiri poterant testes, adstante Matrimonii defensorem rogati sunt; excepto tamen viro, cujus adhuc ignoratur domicilium, exceptisque iis, quos dira pestis immaturo fato substulit e vivis. Causa igitur peroratur distributis allegationibus pro nullitate a Joachima Cutajar, contra quam ex officio animadvertit Matrimonii defensor.

Priusquam de intrinsecis causæ momentis, quibus ex una parte nullitas, ex altera validitas Matrimonii vindicatur, agam, præmonendum censeo defensorem Matrimonii animadvertere, Episcopum defecisse injuncto muneri citandi ad confinia Franciscum Erba, quia illius citatio cum injunctio termini duorum mensium ad deducendum jura sua affixa fuit ad valvas Ecclesiarum Cathedralis et Parochialis, et ad fores Palatii Episcopalis. Addit instante Joachima S. Congregationem sub die 29. Novembris præteriti anni in mandatis dedisse tribus Archiepiscopis proximæ Insulæ Siciliæ Panormitano, Messanensi, et Catanensi, ut hanc citationem renovarent contra Franciscum Erba, et nullo ab ipsis accepto responso nimium propera festinatione causam proponi.

At vero Episcopus in citatione ab ipso subscripta, et processui alligata ita loquitur, „ *Cum per testium fide dignorum examen comperierimus, eundem Franciscum Erba ab hac Insula pluribus abhinc annis discessisse, et ignorari actuale ejus domicilium et permanentiam, idcirco auctoritate Nobis commissa per hoc præsens publicum Edictum in valvis Ecclesiae nostrae Cathedralis, Paraeciae ejusdem Erba, et Palatii nostrae Residentiae hujus Civitatis tamquam locis convenientibus affigendum, tenore præsentium prædictum Franciscum Erba ad confinia citamus.*

Videant EE PP., utrum hisce edictalibus citationibus, de quorum affixione coram testibus refert Cancellarius Episcopalis in Civitate Valletta, quæ in extrema Melitensis Insulæ parte sedet, satis injuncto muneri fecerit Episcopus, cui S. Congregatio commise-

rat., Citationem ad confinia, quatenus vir ab Insula absit, et ignotum sit actuale ejus domicilium.

Quo vero ad instantiam pro nova affixione citationum in Insula Siciliae, eam mulieris defensor factam dicit non ex necessitate, sed ad præcurrendas difficultates forsitan objiciendas, unde removeretur causæ definitio, ut colligitur ex ipso supplici libello: Qua propter ex hac exuberanti diligentia nequit argumentari contra citationem jam legitime exequentam ex notissima regula, quod utile non debet per inutile viliari Reg. 57. in 6.

His prænotatis propius ad causam accedam, summam referens, quæ hinc, et inde deducuntur. Joachimæ Cutajar Defensor tria probanda sibi proponit. *Primum* ex metu reverentiali junctis sævitiis, et minis consensum tolli, et irritum fieri matrimonium; *Secundo* ex metu a matre sævitiis, et minis incusso extortum fuisse Joachimæ consensum in matrimonium; *Tertio* ex subsequuta cohabitatione, et copula non sequi matrimonii rati habitationem: eandem sequitur methodum in suis animadversionibus Matrimonii Defensor.

Ac de primo. Ad matrimonium valide contrahendum requiritur mutuus, ac omnino liber consensus; quæ quidem libertas tollitur sive ex vi exteriori physica, sive ex morali, quæ ex metu gravi præcedit. Metus enim ille, ex quo aliquid tanquam minus malum eligitur, quod alias quis in vera libertate positus non elegisset, removet liberum consensum ab actu, irritumque reddit matrimonium ex defectu consensus. Ita post *Text. in cap. Cum Locum de Sponsal. Reifsenstuel. in Jus. Canon. lib. 1. tit. 40. §. 3.*, *Sanchez. de Matr. lib. 4. disp. 12. num. 18.*, *Basilii Pont. de Matr. lib. 4. cap. 14. num. 2.*, et *Perez. eod. Tract. disp. 17. sect. 10. num. 3.*

Ex his gradum faciens mulieris Defensor sustinet, metum reverentialem erga parentes, qui non ex sola verecundia oritur, sed junctus sit sævitiis, ac minis ad extorquendum consensum in matrimonium, gravem metum esse cadentem in constantem virum, unde irritatur conjugium. Ita *Sanchez. de Matrim. lib. 4. cap. 6. n. 7.*, *Perez. eod. Tract. disp. 17. sect. 4. n. 3.*

n. 3., et Pirringh. in Jus. Can. lib. 4. tit. 1. sect. 4. n. 119. Hujus autem metus reverentialis probationem, utpote haud facilis demonstrationis tum ex parte inferentis, tum ex parte vini passi, satis erui posse contendit ex conjecturis, et adminiculis, ac etiam ex singulari, sed adminiculata testium depositione, si hæc simul juncta tanti sint, quæ moralem certitudinem constituent. *Ursaj. disp. 38. tom. 9. par. 1. n. 4. Rota coram Ludovis. decis. 526. n. 1.*

At matrimonii Defensor animadvertit, quod in præsentī casu mulieris, quæ expressis verbis consensum coram Parocho, et testibus præstitit, quæ non statim a viro discessit, sed cum eo per biennium, et ultra commune habuit thorum, ac maritales excepit amplexus, rigidissimæ exquirendæ sint probationes, ex quibus certo constet de metu gravi cadente in constantem virum, vel fœminam, et conjuncto cum atrocioribus factis, ut decrevit *Honorius III. in Cap. Consultationibus de Spons. et Matrim.*, et tradunt *de Justis de dispen. Matrim. lib. 2. cap. 12. n. 90. Pirringh. in Jus. Can. lib. 4. tit. 1. sect. 4. §. 5. n. 119.* Nec unquam dici potest metus gravis ad irritandas nuptias, nisi malum, quod timetur, sit grave in se, certo immineat, et vitari nullo modo possit, quæ si deficient extrema, metus levis tantum judicandus erit, et non cadens in constantem virum. Ita *Reiffen. lib. 1. decret. tit. 40. n. 19. Barbos. in vot. decis. 77. n. 47. S. Congregatio in Romana Nullitatis Matrim. 9. Augusti 1817.*

Hiscæ ex utraque parte in jure constitutis, quæstio secundo loco ad factum transit, utrum scilicet ex metu a matre sævitiis, ac minis incusso extortus fuerit consensus. Hic mulieris Defensor plures ex toto processu testes inducit, sive conjunctos, sive familiares, ut probet matrem asperrimi ingenii, clanculum, et pro sui tantum arbitrato, ipso etiam inscio patre matrimonium conciliasse cum Francisco Erba, quæ filiam adhuc puellam, quæ nondum decimum quartum annum attigerat, coegisse ad obsequendum ejus voluntati adhibitis infiniti maltratamenti, minacie, e sevizie; Eo demum progressa est matris ira, ut, dopo varie percosse, maltrat-

tamenti tirandola dalli capelli la condusse nell'ultima camera del Piano superiore, chiudendola a chiave con averle detto, che non mutando risoluzione di là la condurrebbe in Conservatorio per tutta la di lei vita,, de quo atroci facto, ejusque circumstantiis referunt una, et altera ancilla, quæ Joachimam in eo quasi carcere invenerunt - con diverse lividure, segni di recenti percosse, in specie una morsicatura al braccio,, quæque ita nolentem adhuc, ac repugnantem ad obsequendum matris voluntati induxerunt.

Injuste vero coactam fuisse Joachimam ad consentiendum ex eo deducit, quod non agebatur de impediendis indignis nuptiis, aut de avertendo damno filix obventuro ex inconsiderato amoris æstu, sed de cogenda per vim, et metum filiam nolentem ad consentiendum matrimonio cum determinata persona, quam elegerat Mater, oderat filia. Quod quidem contrarium est naturali libertati, quam sartam, inviolatamque servavit ipsa Sacramenti dignitas, quæ a parentum voluntate minime pendet; ut docet S. Thomas lib. 2. quaest. 104. art. 5. et pluribus exornat Ursaja tom. 9. disp. 38. de Spons. n. 32.

Cum igitur Joachima, quæ ita a Francisco Erba abhorrebat, ut - *vedendolo, parmi vedere lo stesso diavolo*,, ipsi matrimonio sociari nollet - *io assolutamente non lo voglio*,, attamen vi, metu, sævitiis a matre naturalis amoris oblita, coacta injuste fuit ad consentiendum, non quia mutaverit voluntatem, sed ne majora perpeti cogeretur; sequitur ut irritum sit, et numquam ligatum vinculum Matrimonii, in quo deficit voluntarius, ac liberæ mulieris assensus.

Has tamen testium depositiones animadvertit matrimonii Defensor tanti non esse, ut valeant probare eum gravem intercessisse metum, qui a SS. Ecclesix Canonibus requiritur ad irritandas nuptias. Ac primum falsam dicit, aut saltem inverisimilem totam de sævitiis historiam. Etenim Joachima a prima infantia usque ad propediem matrimonii penes aviam educationis gratia versata est, unde nequibus mater eam continuo verberibus, morsibus, aliisque sævitiis insectari Joachimæ pater, frater, et tres Avun-

avunculi testantur prorsus ignorare assertas sævitias, quas certe non ignorassent, si revera intercessissent. Id ipsum dicunt duo alii testes. Hinc concludit evanescere prorsus sævitiarum probationem eductam ex tribus tantum testibus, quibus quinque ex consanguineis, et duo extranei opponuntur.

Levis vero metus, non quidem gravis oriri poterat a comminata reclusiono in Conservatorium. Siquidem ex *Text. in Cap. Cum dilectus de his quæ vis metusque etc.* ille dicitur metus gravis, et cadens in constantem virum, qui timorem mortis, aut cruciatum corporis continet. Immo Joachimæ reclusio in Conservatorium faciliorem ipsi parabat viam, procul a matris unguibus, apud Ecclesiasticos Superiores, vel patrem, vel consanguineos præsidium, et tutelam inveniendi. Porro metus hujusmodi adeo levis nequit contractum matrimonium irritare ad tradita per *Piringh. in jus Canon. lib. 4. tit. 1. n. 117. Reiffenst. eodem tract. et tit. n. 330., et Vanesp. in jus Eccles. par. 2. tit. 13. cap. 9. num. 5. et S. Congreg. in Frising. 7. Martii 1718.*

Eo vel magis exceptionem ex metu sævitiarum petitam inutilem dicit, quod non probatur, metum perdurasse ad actum usque, et in ipso actu celebritatis matrimonii; poterat enim voluntas mulieris, quæ prius a propositis nuptiis abhorrebat, postea in verum consensum converti. Ita post *Text. in Leg. 1. et 9. ff. de eo quod metus caus. etc. Conscia de separ. Thor. lib. 1. cap. 8. n. 13. Rota in Recen. decis. 266. par. 18. n. 3. et cor. Ratta Decis. 128. n. 7.*

Imo in ipso celebritatis actu excluditur perduratio metus, cum Joachima libera ad Ecclesiam accesserit, nullum dederit signum interni dissensus, et interroganti Sacerdoti (ut ipsa refert) *gli risposi di si*. Quod si hæc responsio data fuit post tertio iteratam interrogationem, id verecundiæ potius, et inveterato apud virgines Melitenses usui, quam interno dissensui est tribuendum. Præsertim cum posteriora facta tum nuptialis convivii, tum Chorearum, tum fere triennalis cum viro cohabitationis consensum confirmant.

Tertio demum probandum aggreditur Joachimæ Defensor, ex cohabitatione et copula non sequi ratihabitionem matrimonii. Ut hæc ratihabitione valeat, irritum ab initio matrimonium reddere validum, duæ conditiones, ut ipse ait, concurrere debent. *Alteræ*, ut mulier, quæ vim, et metum passa est, sciat matrimonium esse nullum; *Alteræ*, ut cohabitatio et copula sit spontanea, et conjugali affectu exequuta. Ita Sanchez de Matrim. lib. 4. disp. 18. num. 5. Pirr. in Jus Can. tit. 1. sect. 4. num. 113. Reiffen. In jus. Can. lib. 4. tit. 1. num. 337. et 338.

At enim Joachima, quæ minis, ac sævitiis coacta est externum præbere consensum in viso matrimonio; invita etiam in cohabitatione perduravit, et obsequia præstitit matrimonialia vivente adhuc matre, a qua processerant vis, ac metus. Non igitur ex cohabitatione, et copula oriri poterat præsumptio ratihabitionis in ea fœmina, cujus voluntas numquam, durante metu, libera fuit.

Nec nudæ tantum præsumptioni, quod durante causa, perduraret effectus, insistit mulieris defensor, sed rursus in suæ clientulæ præsidium ad testes appellat, qui deponunt, quod ab initio matrimonii, et toto subsequentis cohabitationis tempore, numquam pax, et conjugalis affectus inter virum, et uxorem fuerint, sed continuata, et numquam interrupta discordiarum series.

Sed utramque conditionem pro ratihabitione rejicit matrimonii Defensor tum ex *Jure*, tum ex *Facto*. Etenim Honorius III. in cap. Consultationi de Sponsal. et Clemens III. in cap. ad id. de Spon. nullam adducunt limitationem sive de scientia nullitatis, sive de voluntaria cohabitatione, et de copula maritali affectu habitæ. Imo ex ipsa longa cohabitatione, et habitæ in prima nocte, ac sæpius repetita copula argumentum ducit consensu libere præstiti ab ipso Matrimonii initio. In facto etiam animadvertit, matrem actricis ad plures concessisse die 3. Decembris 1813. et post ejus obitum ex confessione Joachimæ per tres, aut quatuor menses perdurasse cohabitationem cum viro. Cum igitur sublata matre evanuerit quælibet metus causa, spontanea saltem tunc fuit cohabitatio, quæ magis magis-

gisque consensum confirmavit . *Reiffen. in jus Can. lib. 4. tit. 1. num. 338.*

Nec ullo in pretio habendos esse putat testes , qui de jurgiis , et dissidiis inter conjuges deponunt , quia de epoca posteriori celebritatis matrimonii loquuntur . Tandem ad vindicandam matrimonii validitatem , et respuendam exceptionem coactionis ex vi , et metu unam , alteramque adducit definitionem S. hujus Congregationis in *Lucorien. Nullitatis Matrimonii 22. Martii 1749. et in Augustana Nullitatis Matr. 20. Januarii 1759.*

Dubium igitur proponitur

An constet de nullitate Matrimonii in casu etc.

Negative .

ROMANA JURIORUM PAROCHIALIUM . Quæ jam ex officio in Congregatione 11. Julii 1818. proposita , ac resoluta fuit causa , nunc iterum in strenuo Partium certamine , distributis hinc inde allegationibus ad EE. Patrum judicium redit . FOLIUM illius diei exhibet *facti* narrationem , ac juriorum utriusque partis epitomen , quæ omnia hodie consulto omittam , ne inutili repetitione molestus sim . SEX tunc proposita fuere sequentia Dubia .

Sess. 24. cap. 13. et Sess. 25. cap. 13. de Refor.

- I. *An, et quo casu competat Archiconfraternitati Orationis , et Mortis Urbis efferre , et sepelire cadavera decedentium in agris in casu etc.*
- II. *An, et in quibus Ecclesiis eadem Archiconfraternitas jus habeat eadem cadavera sepeliendi in casu etc.*
- III. *An si pro dictis defunctis in Ecclesia Archi-*

chiconfraternitatis fiat aliqua pompa funebris, quae pars emolumentorum Parochis praestanda sit, in casu etc.

IV. *An, quomodo, et in qua Ecclesia cadavera pauperum decedentium in Urbe sine electione sepulturae Confraternitas efferre, et sepelire possit in casu etc.*

V. *An pauperes adscripti dictae Archiconfraternitati, et sepulchrum sibi eligentes in ejusdem Ecclesia; possint in ea tumulari in casu etc.*

VI. *An pro dictorum pauperum associatione, et in praefata Ecclesia tumulatione aliquod emolumentum competat Parocho in casu etc.*

Quibus responsum est ad I. affirmative ad formam Decreti Card. Guadagni a S. M. Pio VI. approbati, Ad II. affirmative ad formam constitutionis Pii IV. et Decreti S. Congregationis Visitationis Ad III. affirmative pro medietate ad formam Statuti Cleri Romani Ad IV. affirmative ad formam supradicti Decreti S. Visitationis Ad V. affirmative de licentia Parochi, et ad VI. Negative.

Statim petita, et concessa fuit facultas redeundi, cumque ex parte Collegii Parochorum petita etiam fuisset coram me reformatio dubiorum, quæ jam resoluta fuerant, et trium aliorum adjectio, mei muneris esse putavi irregularem reformationem, ac duorum dubiorum formulas rejicere, et unum tantum probare. Haud dissimile fuit S. hujus Consensus judicium cum renovata eadem instantia per memoriale in Congregatione 21. Augusti 1819. Collegii petitio rejecta fuit Rescripto, *Reproponatur sub iisdem dubiis, adjecto altero dubio admissio per decretum D. Secretarii diei 4. Maii proximi praeteriti.*

Interea postulatum etiam est nomine Parochorum, ut super eorum precibus exquireretur informatio, et votum Eminentissimi Urbis Vicarii, quod ab initio factum non fuerat. Siquidem super precibus nomine Collegii una cum documentis Sanctissimo Domino Nostro exhibitis contra Archiconfraternitatem, ex-

qui-

quisita de more fuerat informatio Eminentissimi Protectoris praesertim, ut ipsi Archiconfraternitati praefigeret terminum ad deducendum jura sua in S. Congregatione. Attamen nequid injuria negatum videretur, quod magis conferre posset ad rectum in causa reddendum judicium, rogavi Clar. Memor. Cardinal. Litta tunc Urbis Vicarium, qui suam reddidit informationem sub die 29. Februarii praeteriti anni, quamque exemplatam habent EE. Patres in *Summario pro Parochis*.

Tandem post plures concessas utrique parti dilaciones causa hodie reproponitur tum quoad SEX DUBIA jam resoluta in Congregatione diei 11. Julii 1818. cujus folium reassumere precor, tum quoad septimum NOVUM DUBIUM ad formam Decreti 14. Maii, et Resolutionis 21. Augusti anni 1819.

Paucis sese expedit in PRIMO DUBIO Archiconfraternitatis Defensor, dum ex litera Decreti Cardinalis Guadagni jus suae Clientis vindicat efferendi, et sepeliendi cadavera decedentium in Agris, sive proprius Parochus efferre, ac sepelire negligat, vel recuset ad formam etiam confirmationis, quam huic decreto adjecit S. M. Pius VI. Verum e contra Parochorum Defensor dum acquiescit resolutioni Sac. Congregationis quoad associationem in genere, et quoad etiam tumulationem cadaverum incognitorum, quo vero ad cadavera defunctorum in agris, quorum exploratae sunt parociae, postulat ut tumulatio expleatur ad formam juris communis. Vestrae erit sapientiae EE. Patres inspecta litera decreti Cardinalis Guadagni vel jam redditum judicium simpliciter confirmare, vel *modum* adjicere juxta distinctionem a Parochis propositam.

in SECUNDO DUBIO praecipue excitatur controversia a Parochorum Collegio, cujus Defensor putat privilegium Archiconfraternitatis cohibendum esse *ad casum* quo confratres in perquirendo cadavere erraverint locum, et *ad Ecclesias*, quae primae inveniuntur, sive extra, sive intra mœnia Urbis. Quoad *primum* illud demonstrare conatur ex littera concessionis privilegii, in quo adhibentur verba *in tali casu*, ex justa interpretatione, quae respondeat proposito

fini liberandi confratres a majori incommodo, et ex sententia S. Rotæ decis. 317. coram Ratt. Quoad alterum sustinet, eas esse commodiores Ecclesias, quæ sunt prope moenia Civitatis, quippe quæ tollunt Confratribus incommodum ulterius deferendi cadavera. Addit item hoc privilegium, et si esset illimitatum, tamen moderandum esse ad impediendos abusûs, qui hoc usque irrepserunt.

At e contra Archiconfraternitatis Defensor vindicat amplitudinem privilegii quoad electionem Ecclesiarum, quam concessam dicit suæ Clientulæ, non vero arbitrio Parochorum; dum enim privilegium usurpat verba SIBI (nimirum Archiconfraternitati) COMMODIORIBUS arbitrium electionis contulit in confratres ita erga Religionem, et humanitatem benemeritos, ut ex eorum voluntate, et electione pendeat eligere quod sibi commodius videatur. Respuit vero argumentum petitum ex necessitate cohibendi abusûs, tum quia negat in facto executiones, quæ contra Archiconfraternitatem afferuntur, tum etiam quia, etsi sepelliantur cadavera in Ecclesiis vicinioribus Urbi; cum tumultatio fieri nequeat, nisi in Parochialibus Ecclesiis, res semper in idem reincideret.

Pari argumento petito ex justa privilegii interpretatione rejiciendam censet alteram limitationem in casu tantum, quod confratres erraverint locum, in perquirendo cadavere. Verba enim *tali casu* non ad errores in loco, sed ad casum efferendi cadavera mortuorum extra Urbem referenda esse contendit. Idque post verba ipsius concessionis confirmat *tum* ex Archiconfraternitatis statuto typis impresso usque ab anno 1673. in quo nec vola, nec vestigium apparet oppositæ limitationis, *tum* ex constanti observantia, quæ longe sæculi lapsum excedit, quæque omnem meliorem titulum suppeditat, et quæ fuerit privilegio data interpretatio indigitat.

Quoad TERTIUM DUBIUM quæstio pendet a præcedentium definitione. Nam si penes EE. Patres in-

tati privilegium non solum efferendi, sed etiam sepeliendi cadavera defunctorum extra Urbem etiam in casu, quod defunctus fixum haberet domicilium, illiusque cadaver sepelire in Ecclesia Archiconfraternitatis, quin teneatur illud ad suam Parochialem Ecclesiam deferre, jam inde sequeretur, ut medietas emolumentorum debeatur Parocho, altera medietas addicenda sit Ecclesie Archiconfraternitatis, quæ ex privilegio in suo sepulchro cadaver excepit, ut definitum est sub die 18. Junii 1818.

Nulla tandem a Parochis excitatur controversia quoad quintum, et sextum Dubium, cujus definitioni acquiescunt, et cujus confirmationem postulat Archiconfraternitas.

De Septimo Dubio, quod nunc primum proponitur, facile erit iudicium reddere. Ex parte enim Archiconfraternitatis usque a die 29. Julii 1819. sollemnis apud acta emissa est declaratio numquam intendisse potiri privilegio, ut Capellanus stolam ferre, et absolutionem facere in Ecclesiis Parochialibus possit, si Parochus praesens sit, sed solum in casu, quo Parochus non adsit, vel adesse nolit. Id ipsum postulant Parochi, nec aliter iudicandum videtur, cum ita statutum sit in constitutione S. M. Pii IV.

Dubia proponuntur.

- I. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*
- II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*
- III. *An sit standum, vel recedendum a decisis in tertio dubio in casu etc.*
- IV. *An sit standum, vel recedendum a decisis in quarto dubio in casu etc.*
- V. *An sit standum, vel recedendum a decisis in quinto dubio in casu etc.*
- VI. *An sit standum, vel recedendum a decisis in sexto dubio in casu etc.*
- VII. *An, cui, et quomodo competat jus faciendi absolutionem super cadavera defun-*

clorum in agris delata ad Ecclesias Parochiales in casu etc.

Ad I. In decisis quoad omnia .

Ad II. In decisis juxta modum , scilicet , ut per Eñum Vicarium , et Eñum Protectorem auditis confratribus seligantur nonnullæ Ecclesiæ intra , et extra moenia , quæ commodiores ipsis futuræ sint per quascumque Urbis portas ingredientibus , quatenus nolint deferre cadavera ad propriam Ecclesiam , et Confratres sese abstineant a cantu , quatenus Ecclesias ingrediantur , dum Sacræ peraguntur functiones .

Ad III. In decisis pro medietate emolumentorum .

Ad IV. V. et VI. In decisis .

Ad VII. Affirmative Parochis ad formam constitutionis S. M. Pii IV. et Rituali Romani , et amplius in omnibus .

Sess. 24. cap.
14. de Refor.

ROMANA DISTRIBUTIONUM Exeunte anno 1814 Sacerdos Joseph Marianoni beneficium chorale , et Sacerdos Angelus Malagricci clericatum beneficium in Ecclesia S. Laurentii in Damaso per provisionem Apostolicam obtinuerunt . Uterque nacti sunt beneficium possessionem de mense Novembris ejusdem anni , at licet unus , et alter servitium chorale diligenter obirent , nihil tamen ex suis beneficiis percipiebant , quia apud Collegium Beneficiatorum , et Clericorum invaluerat stylus , ut , quidquid annuatim ex massa communi , deductis oneribus supererat , erogaretur in dimissionem mensualitatum , quæ usque ad numerum 44. insolutæ remanebant .

Scitu necessarium est quid de massa Collegii , et de mensualitatibus cautum sit in illius Constitutionibus , et defectum solutionis mensualitatum altius repetere . Statutum in Constitutionibus est , ut quilibet Beneficiatus percipere debeat annua scutata septuaginta , et Clericus Beneficiatus annua scutata quinquaginta . Capite vero XVII. cautum ita est ,, Item statuimus , si introitus , redditus , et proventus Collegii Beneficiatorum , et Clericorum aucti , vel diminuti fuerint , quod augeantur , vel minuantur proportionabiliter pro rata juxta dispositionem , et formam Bullæ erectionis ipsius Collegii ,, Sequenti vero capite XVIII.

præ-

præcipitur ,, quod ex omnibus redditibus , sive proven-
tibus Collegii Beneficiorum , et Clericorum fiat una
massa , cum omnia bona , et per eos quomodolibet re-
cuperanda debeant inter ipsos esse communia .

Usque ab anno 1778. hæc communis Massa ære alieno
gravata , et ob redditus imminutos impar cum esset
constituendo patrimonio sacro pro Beneficiatis , et
Clericis San. Mem. Pii VI. paterna pietas ejus indi-
gentiæ occurrit , concesso annuali subsidio scutorum
tercentum ad decennium ex redditibus Congregationis
SS. Conceptionis in eadem Ecclesia erectæ , et sus-
pensione pariter ad decennium trium Beneficiato-
rum , totidemque Clericatum Beneficiorum , obsi-
gnato in id Chirographo die 16. Februarii 1778. Præ-
decessoris æmulatus pietatem Sanctissimus Dominus
Noster anno 1801. unius ex Clericis Beneficiatis ,
cujus jam decennium proximæ erat expiraturum , ad
aliud decennium prorogavit .

Satis tamen hæc Pontificiæ indulgentiæ non fuerunt ad
æquiparandam introitum , et exitum . Nam de an-
no 1804. apud hanc S. Congregationem instetit Col-
legium exponens sibi quotannis deficere scut. 359.
quod confirmavit clar. mem. tunc Cardinal. Vice-Can-
cellarius , proponens in suo voto , ut sexdecim indi-
vidui ad duodecim reducantur , cumque reductione au-
geretur Missa ad annua scuta biscentum quadraginta ,
reductisque missis Conventualibus aliquod adhuc dees-
set , quin providentiæ sufficeret . Si autem loco abso-
lutionis ab applicatione Conventualium satius duceretur
reductio missarum pro diversis Benefactoribus eidem
Collegio addictarum , istae quotannis adscendunt ad
numerum 1246. , elemosyna vero ad scut. 186. 90. Fir-
mis igitur remanentibus Conventualibus , et ad quin-
gentum reductis missis pro diversis benefactoribus ,
satis huic maximæ Collegii inopiae esset perpetuo pro-
visum Collegii preces benigne excepit S. Congregatio
edito Rescripto sub die 15. Septembris 1804. ,, Af-
firmative pro suspensione collationis ad decennium
duorum beneficiorum choralium , et duorum cle-
ricatum beneficiorum vacantium , nec non alterius
beneficii choralis , et clericatus primo va-
caturi , et interim pro suspensione Missarum lectarum
juxta votum Regiæ Celsitudinis Emi Vice-Cancella-
rii , donec vacent dicta sua beneficia ,, , quod rescri-
ptum declaratum fuit in Congregatione diei 15. De-

cembris ejusdem anni dato responso „ *In decisis juxta modum , nempe pro suspensione collationis duorum beneficiorum choralium , et unius Clericatus Beneficiati vacantium ad decennium incipiendum a die Rescripti diei 15. Septembris anni 1804. nec non pro suspensione alterius beneficii choralis , et duorum Clericatum primo vacandorum pariter ad decennium a die vacationis exclusis iis , quae sunt de jure patronatus , et suspensionem Missarum lectarum duraturam esse , donec vacent dicta tria beneficia tantum , si tamdiu ,*

Elapso hoc decennio , cum ob sequentem interea hostilem Pontificiae Ditionis invasionem , et nondum restitutam solutionem fructuum Locorum Montium , nec non Canonum , et Censuum cum Locis Piis , iterum diminuti quam plurimum essent Massae communis redditus , Beneficiati , et Clerici Beneficiati novum obtinuerunt Rescriptum a clar. mem. Cardinali Carafa Vice-Cancellario in vim facultativi Rescripti obtenti per Secretarium Memorialium diei 16. Januarii 1815. quo altera decennalis suspensio concessa fuit *duorum Beneficiorum Choralium , et duorum Clericatum Beneficiorum nunc vacantium ad aliud decennium ab hodie computandum , nimirum a die 16. Maii 1816. editi Rescripti .*

Fervebat interea quaestio inter antiquos Beneficiatos , qui omnem redditum Massae communis sibi addicebant in solidationem mensualitatum non solutarum , et Marianoni , ac Malagricci , qui manibus vacuis chorale servitium obire tenebantur . Placuit tunc laudato Cardinali Vice-Cancellario novas postulare facultates a Sanctissimo „ *per imporre decisivamente perpetuo silenzio su tutto con l'oracolo della Santità Vostra ,* Annuit Sanctissimus edito Rescripto die 12. Januarii 1816. per Secretariam Memorialium „ *Sanctissimus attentis expositis remisit preces arbitrio , et prudentiae domini Cardinalis Vice-Cancellarii cum facultatibus ad effectum de quo in precibus necessariis , et opportunis . Contrariis quibuscumque non obstantibus ,* , ac tandem sub die 17. Januarii sequentis anni 1817. decrevit Eminentissimus Vice-Cancellarius „ *quod creditum resultans favore Anxianorum pro quadraginta quatuor mensualitatibus non solutis de-*

debeant in concursu modernorum Beneficiatorum Malagricci, et Marianoni praelative satisfieri imposito universis silentio,,

Tunc Malagriccii, et Marianoni e re sua putarunt Eminentissimi Comendatarii iudicium venerari, emissa tantum protestatione penes Notarium Sacchi, ne per lapsum temporis jura sua quidquam detrimentum caperent. Sed post biennii silentium preces Sanctissimo obtulerunt postulantes facultatem obloquendi contra præfatum Decretum, ac iterum deducendi jura sua contra retardatas mensualitates non solum, sed etiam emolumento servitii præstiti ad altare usque a die captæ possessionis.

Placuit Sanctissimo in audientia diei 30. Januarii 1819. viam Oratoribus aperire ad deducendum jura sua in S. Congregatione, apud quam BIS actum jam fuerat anno 1804. de collibrando introitu, et exitu Massæ Beneficiatorum, utque quæstionis status in aprico poneretur, plura ante causæ præpositionem exquirenda mandavit, ac ne interea Oratores sine ullo stipendio servitium præstare tenerentur, eorum favore solutionem mensualitatum currentium fieri jussit. En verba Rescripti,, *Sanctissimus prævia aperitione oris remisit præces ad Eminentissimum Vice-Cancellarium, qui audito in scriptis Collegio referat de Ecclesiae Constitutionibus ad rem facien., et consuetudine quoad præteritum de erogatione subventionem provenien: ex Chirographo S. M Pii VI., et indultis S. Congregationis, transmissis actuali statu activo, et passivo reddituum ad Collegium spectan:, et redditione rationum a Camerariis, qui administrarunt, exhibenda, permissa Oratoribus inspectione librorum ejusdem administrationis, et non retardata eorumdem favore integra solutione mensualitatum currentium conficien: solvis exceptionibus, et sine præjudicio jurium utrinque competentium,,*

Statim, quæ mei erant muneris, adimplere curavi transmissis Oratorum libello cum Rescripto Sanctissimi, et omnibus documentis ad Eminentissimum, ac Reverendissimum hodiernum Vice-Cancellarium, et emeritissimum Sacri Ordinis Decanum, ut juxta illius tenorem habita prius Informatione, ac genuina fa-

etorum serie S. hujus Consensus judicium exquire-
re possem. Sed ne hæc omnia præmitterentur obsti-
tit Collegium Beneficiorum, a quo promotus fuit
instantia apud R. P. D. Auditorem Sanctissimi pro
reportatione Rescripti, inutili tamen conatu, cum
sub die 5. Augusti ejusdem anni illorum libellum
Præsul ille dimiserit Rescripto „ *Utatur jure suo co-
ram eadem S. Congregatione Concilii* „

Promota inde fuit coram me judicialis instantia a Col-
legio, quam differre conatus sum, donec petita red-
deretur informatio. Sed ne tunc quidem paruit Col-
legium, ut patet ex folio illius Camerarii, ab Emi-
nentissimo Vice-Cancellario remisso, qui ne diutius
responsum protraheret tandem sub die 11. Julii præ-
teriti anni libellum, ac documenta reddidit hæc tan-
tum breviter addens „ *Incredibile dictu est quot tri-
cae excitatae fuerint, quot morae interpositae ab utra-
que parte contendentium, de tribus hisce capellis, ve-
rum peropportune a Sanctitate Sua, questio omnis
ad hanc S. Concilii Congregationem remissa fuit. Ni-
hil itaque mihi superest, quam hic adnectere ea docu-
menta omnia, quae penes me tamdiu inutilia reman-
serant* „

Hodie igitur sub conciliata dubij formula proponi-
tur causa, distributa ex parte tantum Collegii alle-
gatione, cum nequeat Sacerdos Marianoni supplere
expensis legalis defensionis, ac mortuo interim
Malagriccio cujus hæredes nequeunt vadimonium
sequi.

Sacerdoti Josepho Marianoni omnes sui Beneficii fru-
ctus deberi a die legitimæ captæ possessionis explo-
ratam in jure est tum ex generali SS. Canonum
sanctione, tum ex peculiaribus pii Collegii Constitu-
tionibus. Cum enim illi fuerit per Apostolicam Pro-
visionem collatum beneficium, illiusque apprehen-
derit possessionem, jus ad rem, et in re acquisivit
Cap. 2. de Praeb. ut fructus quoscumque ex suo be-
neficio provenientes sibi addiceret, quique alimen-
torum loco succederent. Celebrem in hanc rem post
SS. Tridentinum Concilium, *Sess. 24. cap. 14. de Re-
for.* Sanctissimus Pontifex Pius V. edidit constitutio-
nem, quæ incipit *Durum nimis* editam die 13. Ju-
lii

lji 1570. in qua ita sancivit „ *Revocamus , et abolemus omnia , et quaecumque privilegia , consuetudines , et statuta quarumcumque Ecclesiarum etc. etiam juramento , confirmatione Apostolica , aut alio quovis praesidio munita , ac etiam supra hominum memoria , et longissimo , ac quocumque tempore etiam continuo observata , sive pro solvendis Ecclesiarum , vel Praelatorum debitis , sive pro supportandis illorum oneribus , sive aliis etiam majoribus , maximis , et urgentissimis causis concessa etc. quod vacantibus ipsarum Ecclesiarum dignitatibus , canonicatibus , praebendis , beneficiis , fructus , ac etiam quotidianae distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno , aut longiore , vel etiam breviori tempore proventuri , Mensae Episcopali , seu Capitulari , aliove loco , integre , vel partim remaneant , seu applicentur , aut in communes usus cedant , seu inter alios canonicos , et personas Ecclesiae seu Capituli dividantur .*

Innumeræ sunt S. hujus Congregationis definitiones , in quibus reprobatur quævis consuetudo , per quam novus provisos de aliquo Canonicatu , vel Beneficio privaretur perceptione fructuum , qui cederent in utilitatem aliorum Capitularium . Ita in *Sagolien 11. Julii 1590. , et Laodicen 11. Octobris 1592. Tom. 21. Decret. pag. 822. in Andrien Participationis 15. Decembris 1700. lib. Decr. 50. pag. 519. , in Hydruntina Servitii 28. Novembris 1705. lib. 55. Decret. pag. 422. , in Mutheraten Participationis 24. Septembris 1735. , et in Tudertina Mediae Annatae 8. Augusti 1744.*

Quin etiam cum de hujusmodi consuetudinis viribus in Ecclesia Tricericensi quæsitum fuisset de anno 1801. et fuse , ac docte materiam exhausisset tunc temporis Secretarius , nunc emeritissimus , ac Ejus S. Ordinis Præfectus , eam reprobendam ita censuit S. Congregatio , ut nec sistere amplius eam voluerit , etiamsi fructus primi anni , qui non percipiebantur a novo proviso transirent post ejus mortem ad hæredes , ut videre est in laudato eruditissimo voto , quod in omnibus probavit S. Congregatio sub die 12. Septembris 1801.

Quod vero spectat ad peculiare Constitutiones , quibus Capitulum S. Laurentii in Damaso regitur , licet sub

cap. 10. statuitur ut „ quilibet Beneficiatus debeat habere singulis annis scuta septuaginta . Non ita tamen taxative hæc verba carpenda sunt , ut si in aliquo , aut pluribus annis ex defectu reddituum portio beneficiæ summam scut. septuaginta non attingat , debeat suppleri ex redditibus sequentium annorum cum præjudicio eorum , qui postea de aliqua Beneficiali Præbenda provisi fuerunt . Nam hic casus videtur prævisus in ipsis constitutionibus , ubi sub capite 17. ita sancitur „ *si introitus , redditus , et proventus Collegii Beneficiariorum , et Clericorum aucti , aut diminuti fuerint , quod augeatur , vel minuatur proportionabiliter pro rata juxta dispositionem , et formam Bullæ erectionis ipsius Collegii .*

Hæc favore Marianoni ex jure communi , et ex Constitutionibus animadvertenda videntur . At contra Collegii Defensor servandum esse putat Decretum die 17. Januarii 1817. editum a cl. mem. Cardinali Carafa , utpote conforme *Consuetudini* differendi solutionem mensualitatum . Hanc vero consuetudinem vim legis habere autumat , quia longæva est , superiorum auctoritate probata , Juri conformis , et ab ipso Marianoni accepta , et ut longævi temporis decursum probet , illius initium a fere sæculo deducit ex *Historico Bovio* , et ex Codicibus distributionum ab anno 1740. Auctoritatem vero Apostolicam intercessisse putat , ex quo in Chirographo S. M. Pii VI. narratum fuit posticipata solutio mensualitatum ; eamque etiam præ oculis habuerit S. Congregatio , dum anno 1804. Collegii indigentia operam tulit per suspensionem Præbendarum , et Missarum . Sed vestra erit sapientia , EE. PP. , judicare , an hæc obiter exposita , et deducta ad probandam reddituum deficientiam , quæ causa fuit concedendæ gratiæ , tanti sint , quæ explicitam approbationem secumferre queant .

Juri etiam conformem dicit hanc consuetudinem . Cum enim stipendium detur pro Choralis servitio , ex hoc ipso servitio oritur jus ad mensualitates , hinc in concursu seniorum , qui prius servitium præstiterunt , et juniorum , qui posterius debeant seniores præferri ex regula qui prior in tempore , potior in jure .

Demum ait ipsum Marianoni agnovisse hanc consuetudi-

dinem, cum in supplici libello SSmo Domino Nostro exhibito confessus est triennem dilationem ad percipiendas mensualitates, ut ita exemptionem a Choro obtineret. Nemo vero potest contra propriam confessionem insurgere. At Marianoni animadvertit se confessum fuisse nudum factum dilationis, non vero illius justitiam, unde ex ejus confessione nulum trahi potest argumentum, nisi id quod inter partes est indubitatum, nimirum mensualitates non esse solutas. Addit insuper Pontificium Rescriptum pro dispensatione a Choralis servitio numquam fuisse executioni datum, ipsumque solvisse punctaturas singulis diebus, quibus a prædicto servitio vacavit.

Hæc sunt quæ ab utraque parte deducuntur, sed animadvertendum puto ad rectum reddendum judicium necessarium videri, ut separentur mensualitates currentes a præteritis; insuper distinguatur consuetudo relinquendi in suspensum duodecim mensualitates, de quibus loquitur Decretum Cardinalis Carafa, et quæ communiter dicuntur pro funere, a consuetudine suspendendi cæteras mensualitates ad effectum prælative satisfaciendi anxianos beneficiatos. Animadvertendum etiam est, quod si concedatur, Gratias a San. Mem. Pii VI., et a Sanctissimo Domino Nostro, nec non a Sac. Congregatione respexisse ad modum satisfaciendi mensualitates antea decursas, et non solutas, non ideo sequeretur, ut interea remporaretur solutio currentium juxta vires reddituum iis, qui singulis mensibus chorale servitium præstiterunt.

Ut hæc rite secerni possent consulto in Rescripto diei 30. Januarii 1819. quæsitum est de erogatione subventionum provenien. ex Chirographo Sa. Mem. Pii VI., et Indultis Sac. Congregationis, de statu activo, et passivo reddituum ad Collegium spectan. et de renditione rationum a Camerariis „ . Sed hæc omnia, licet ab Eminentissimo Vice - Cancellario requisitum, noluit præstare Collegium, ut liquet ex folio Camerarii a laudato Eminentissimo remisso.

An , et quae mensualitates , et a quo tempore debeantur Beneficiato Josepho Marianoni a Collegio Beneficiatorum in casu ec.

Non proposita cum sequen .

Sess. 25. Cap. 8.
de Ref.

TUDERTINA REDDITIONIS RATIONUM, ET CONCORDIAE. Exorta controversia redditionis rationum ab Administratoribus Montis Pietatis Tuderti erecti, quæ in actu Visitationis demandata fuit ab Episcopo, modo Eminentiarum VV. iudicio subicitur ac inita deinceps concordia. Postquam rogatus fuit idem Episcopus de sua informatione auditis partibus, res tota commissa fuit Eminentissimo Domino Rivarola, ut, perpensis omnibus circumstantiis, dignaretur votum suum aperire. Cum revera in hoc elucubratissimo voto nihil desiderandum supersit vel facti, vel juris ad rectam causæ definitionem, illud hic transcribo.

„ Ad usuras tollendas; curandaque Pauperibus subsidia de anno 1563. quidam Tuderti Cives, nonnullique Forenses in Societatem, seu Confraternitatem adlecti fundarunt in ea Civitate *Montem Pietatis*, quem Sanctæ memoriæ *Pius Quartus* motu proprio interposito solemniter erexit. Ne quid honorum, et reddituum, quæ jam in Montem collata, quæque conferri postmodum contigissent, distrahi, vel in alios usus converti posset quavis ex causa, magis quoque pii usus, et majoris utilitatis; cautam in primis, vetitumque sub excommunicationis, et interdicti poena; omnimoda dein, ac privativa Episcopo pro tempore existenti quoad causarum, et differentiarum cujuscumque generis examen, cognitionem, definitionem ablegata jurisdictione.

Pium

„ Pium opus administrarant semper, prout adhuc administrant Confratres; quibus administratoris, ac Thesaurarii munere fungentibus in florenti Montis Pietatis statu annum quoque stipendium tributum est. At Reipublicæ fervente regimine, cum caput octomillium quingentum, et ultra scutorum, ut fumus evanuerit; vixque summa scutorum quatuorcentum octoginta septem superfuert præter fundum in censu designatum pro valore scutorum octoginta quinque, et obulorum nonaginta quatuor; anno 1800. post faustum Summi Regnantis Pontificis adventum iidem Confratres in actu electionis novorum Officialium fuerunt auctores, ut gratuita per ipsos, et absque ullo prorsus emolumento opera præstanda foret per integrum officii tempus, quod erat pro singulis ad biennium præfinitum; utque rebus in pristinum dumtaxat restitutis, quemadmodum anxiiis mentibus pii viri prospiciebant, emolumentorum ratio haberi posset; omnium adprobationem promeruit resolutio, cui quidem in alia Congregatione Mensis Martii sequentis anni 1801. confirmatio accessit Episcopalis auctoritatis.

„ Hoc in statu, hisque sub regulis Mons erat de anno 1803. quum *Octavianus Ciccolini*, et *Leonardus Santorelli* Thesaurarii, et administratoris respective munera susceperunt. Quid ipsos agere; quo sese modo gerere, lapsoque biennio rationem reddere suæ gestionis unumquemque debuisse novis, qui erant eligendi, Officialibus, facile deprehenditur; aliter tamen factum, retinuerunt hi munera, exercueruntque per annos fere quindecim, ac prope exitum anni 1812 Cur ita, et quibus evenerit artibus ignoratur. Substinet *Octavianus Ciccolini*; substinet *Santorellius*; id contigisse annuentibus, aut saltem silentibus Episcopo, et Confratribus, utcumque tamen se res habuerit, exploratum est, sub eorundem administratione, et cura Pietatis Monti hæreditatem accessisse cujusdam pii Testatoris *Francisci Innocenzii*, qui cum substantiam suam in pauperes distribuendam reliquisset, Summus Pontifex PIUS SEPTIMUS rescripto clar. mem. Card. Carandini Sac. hujus Congregationis tunc Præfecti, de mense

Septembris anni 1806. in Tuderti Montem deferri iussit, ut iidem pauperes pro singulorum indigentis non semel, sed futuris quoque temporibus permianer juxta Montis Pietatis regulas persuerentur.

” Providam autem consilium, sed eventus fefellit. Hæreditas Innocenzi licet valoris fuerit scutorum circiter *trium millium*; ex hujusmodi tamen augmento Montem Pietatis nihil fere, aut valde parum utilitatis habuisse liquet. Thesaurarius enim *Octavianus Ciccolini* universam pii operis gestionem arreptus, omniaque sibi licere forte ratus, nedum de fructibus bonorum superextantium, obventæque hæreditatis Innocenzi disposuit, sed sortes quoque frugiferorum nominum exegit ad vim usque circiter scutorum supra mille, alienavitque stabilia; administratorem etiam a Sanctissimo deputatum quandoque sese simulans, quin unquam tamen vel minimam pecuniæ quantitatem investimento uti par erat, collocandam censuerit.

, Hæc diu manere in abscondito non potuerunt - *Pluries pauperes Civitatis* - ita Episcopus in sua epistola ad hanc S. Congregationem data quarto Kalendas Maii anno 1818. - *ad me recursum habuerunt, declarantes Montem Pietatis oclusum fuisse; nec amplius pecuniam mutuam dari pignoribus præstitis; deposita fuisse proprio Marte distracta contra etiam naturae legem. Nec non fundos absque licentia fuisse alienatos; ac proinde ipsos pauperes vel inopiam marcescere, vel pecuniam cogi mutuam accipere ab usurariis, qui aevo nostro quam maxime excreverunt. Sacram quo circa Visitationem aggressus, reperii statum Montis ad exitium usque perductum esse. In libris dati, et accepti vel parum descriptum, vel deplorabili confusione signatum. Indixi quocirca, ut infra competens temporis spatium D. Ciccolinius, caeterique Officiales rationem redderent. Mandatis minime paruerunt. Plures menses lapsi sunt, et Ciccolinius, qui duæ, et capit erat inter administratores, tamquam dormiens, Superioris voces audire contempsit. Ut omni lenitate, patientia, et charitate primum procederetur, ad eundem saepe misi duos Equites Confratres eos nempe, qui in novis Officiales renunciati fuerant,*
ut

ut ipsum ad rationem reddendam inducerent, ac ad damna Monti allata reficienda curarent, quia omnibus compertum erat, eum nonnullos fundos magni ponderis alienasse contra Apostolicas sanctiones, et Ecclesiae decreta; ac proinde Ciccolinius propriae conscientiae consulere. Haereditatem siquidem Innocenzi, quam Pontifex in fundum statuerat, magna ex parte inter Officiales divisam fuisse liquet, ut sibi mercedem indebitam vindicarent, indebitam inquam, tum quia ex decretis Congregationum Confratrum, approbante Episcopo statutum fuerat, per Officiales operam gratis praestandam esse, usque dum Montis negotia in melius redigerentur; tum quia labores Officialium attenta Montis tenuitate pene ad nihilum reducebantur. Ciccolinius paternis hortationibus nil aliud respondebat, nisi Episcopum in se iniuste procedere, et ex animi livore. Videns ego eundem in sua obstinatione persistere, et contra negotia Montis in praeceps abire, ut meam conscientiam exonerarem etiam coram hominibus, ad Canonicam, et legalem monitionem deveni, tam Ciccolinio, quam Santorellio, et Ceva (custos hic erat Montis stipendio conductus ab Reipublicae tempore, nec inter Confratres adscriptus) qua nisi fundos absque licentia alienatos in pristinum restituerent, profitebar me declaraturum, eos in censuras contra bona Ecclesiae alienantes incidisse. Post primam Canonicam monitionem proprium Parochum ad Ciccolinium direxi semel, et iterum, ut salutaribus monitis illum, si fieri posset excoeteret, suspensis interim reliquis monitionibus. Flocci monitiones fecerunt Ciccolinius, et Santorellius; **CEVA VERO** se praesentavit, et in scriptis edixit, se quoad summam pro mercede receptam, submissurum mandatis S. Congregationis Concilii; declarando tantum, se, cum Montis Officialis non fuerit, sed solum custos subalternus designatus ab administratore non ab ipso Monte, sed ab illo stipendium bona fide recepisse.

„ Plura hinc moliti tum Ciccolinius, tum Santorellius penes S. Pœnitentiariam, penes Congregationem Boni Regiminis, et Santissimi Auditorem, ut sese a Censura-

rum laqueis eximerent; onusque si fieri posset, excuterent reddendæ rationis gestæ administrationis. At nihil nisi, ut mandatis parerent Episcopi, consequi potuerunt, ablegata dumtaxat redditionis rationis cognitione ad hanc S. Congregationem.

” Omnia ad examen revocata sunt, expunctæque ab Officialibus Montis *Benedicto Benedettoni*, et *Angelo Leoni* introitus, et exitus partitæ singulæ. Horum iudicio si standum foret, debitorem in scutis *ter-mille tercentum triginta octo*, et *obulis viginti sex* renunciari Octavianum Ciccolini oporteret. At plura quoad hujusmodi liquidationem, statutamque debito quantitatem observanda. Vix tamen hujus redditionis rationis, indeque scitentis Ciccolinii debiti notitia delata ad hanc S. Congregationem, illico indicatum est - *Ponatur in folio*, et *interim scribatur Episcopo*, qui mandet per *deputatos Montis fieri inscriptionem hypothecariam super bonis stabilibus Octaviani Ciccolini ad formam Motus proprii Sanctissimi pro summa liquidata.*

” Verum obice comperto deficientis certi tituli ad inscriptionem necessari, me suadente, insinuatam est, ut iudiciale decretum reportandum quovis modo curarent ipsi Montis Pietatis moderatores; utque hoc pacto judicialis hypothecæ fieret inscriptio, quod quidem factum nec ne fuerit, minime constat.

” Verum opportunius interea visum est tum Episcopo tum S. Montis moderatoribus, tum omnibus ejusdem Confratribus, amice rem si fieri posset cum Ciccolinio componere. Valde hoc enim, vehementerque obsistente superius expositæ rationum expunctioni, præten-sæque scutor. 3338. quantitati, quoddam sibi quæ-rere præsidium studuit ex nova partitarum expunctione, quam ipse committere censuit cuidam Parocho S. Mariæ - *in Camuccia* - nucupatæ, et *Angelo Moseoni*, satis forte peritis viris, et quidem honestis, quorum tamen auctoritas non alia esse poterat, quam quæ ejusdem Ciccolinii fuisset. Quid hi tamen? Licet omnia gesserint juxta mandantis votum, nihilominus haud potuerunt non renunciare Ciccolinium debitorem in scutis *tercentum quatuordecim*, et *obolis novem*, adjecta insuper declaratione partitas *emolu-meri-*

mentorum Ciccolinii, et Santorelli per ipsos admittas ab exitu omnino fore excludendas - perchè devono prestare il di loro servizio gratis, come apparisce da un atto di Congregazione, finchè il Monte suddetto ritornerà nel suo primiero stato - unde Ciccolinii debitum a scutis 314. et ob. 09. evehi ad scuta circiter noningentum conspicitur.

27 Rebus sic stantibus in eundem concordiam consilium magis invaluit. Confratribus juxta morem convocatis, audito Ciccolinio, Episcopo adprobante, in eam sententiam convenisse omnes constat, quod scilicet - Il Signor Ciccolini dichiarerà con publico Istromento, esser debitore per tante alienazioni da lui fatte di scudi Millecentoquarantasette, e baj. cinquanta, e per detto Capitale pagherà annualmente sua vita durante per frutti compensativi la somma di scudi venticinque. Darà per l'ipoteca un fondo libero, e sicuro. Seguita poi la di lui morte potrà il detto S. Monte immediatamente conseguire l'intero pagamento di Scudi Millecentoquarantasette, e bajocchi 50., ben' inteso, che dal giorno della seguita morte fino al libero pagamento della ridetta somma dovranno correre i frutti compensativi alla ragione di scudi 5. per ogni centinajo, ed anno - Cautum præterea - Resterà poi libera al S. Monte l'azione contro il Signor Leonardo Santorelli per la ricupera di scudi 130. indoverosamente da esso percetti per pretesi onorarij nella qualità di Amministratore, e così contro il Signor Giuseppe Ceva di Scudi 566. pure indebitamente percetti per pretesi emolumenti nella qualità di custode di detto Monte - sed postmodum quoad hosce resolutio fuit - di condonare tanto al primo quanto al secondo un terzo del loro rispettivo dare, ed il rimanente conseguirsi dopo la loro morte, e loro vita naturale durante pagarne i frutti compensativi alla ragione di scudi 2. 40 per ogni cento, ed anno, come esige il Monte dal Denarino sopra i pegni; ben inteso che debba farsi publico Istromento, e darsi un fondo libero, su cui possa prendersi Iscrizione Ipotecaria dai suddetti Debitori.

- Conventionem, et resolutionem unanimi omnium suffragio confirmatam transmisit ad hanc S. Congregationem Episcopus, exorans ut ab EE. VV. RR. quoad unum, ac alios, quoad nempe *Ciccolinium, Santorellium, et Ceva* conventio ipsa, ac resolutio comprobetur. Mihi rem censuistis ablegandam, ut omnibus perpensis *Voluntatem* aperirem. Honorifico muneri satisfaciam quomodocumque mihi datum erit.
- Inquirendum primo, atque constabiliendum, quod, et quantum vere sit *Ciccolinii DEBITUM*, qua in remorari nec decet ineptissimam cavillationem, quæ in Foliis ab eiusdem Ciccolinii defensore nuper exhibitis obtruditur, creditorem scilicet scutorum *trium, vel quatuor* circiter, non vero debitorem ab ipsis Montis Officialibus Leoni, ac Benedettoni fuisse compertum Ciccolinium, id enim falsum, et manifeste falsum. Legitur quidem in præfatae redditionis rationis capite quinto, „ *Avento il nominato Ciccolini reso i conti etc. fu canonizzato creditore di scudi 3. 95.* „ At si erat Creditor, cur postea novo Thesaurario tradidit scuta duo, et obulos sexaginta septem? Ita subter legitur „ *Consegnò inoltre al nuovo Tesoriere dopo li sudetti Conti in denaro scudi 2. 67.* „ Cur id? Quia „ *viceversa fu canonizzato debitore per numero quattro depositi non consegnati in somma di scudi 97. 52.* „ ceu liquet ex eodem cap. quinto.
- Mendacium ergo est, et putidum mendacium Ciccolinii jactatum quodvis creditum licet in pusilla quantitate. Debitor ipse semper fuit, prout modo etiam est, ob gestam, de qua agitur, administrationem, gestumque munus Thesaurarii, et quidem in summa valde majori. Quantitas enim illa scutorum 97. 52. in præfata cap. quinto superius enunciata gestionem respicit, et administrationem honorum, quæ pauca Tuderino Pietatis Monti post Rempublicam superfuerunt; nihil commune habet cum aliis, quæ postmodum de anno 1807. ipsi Monti accesserunt hæreditatis *Innocenzi*. Omnibus vero in unum congestis, omnibusque una comprehensis in expunctione Officialium Leoni, et Benedettoni, debitum Ciccolinii resultat in scutis 3338. 26. quod quidem trutinæ subjiciendum.

- „ Præmonui superius in liquidatione hujusmodi plura fore observanda, DUASQUE præsertim *ex activo statu* partitas arbitror expungendas, alteram scilicet in *cap. septimo* relatam „ *Per spese irregolari, e dubbie* „ in scutis 935. 73. „ atque alteram „ *prodolto de' danni arrecati dal Ciccolini* „ ut in *cap. nono* in scutis 709. 42.
- „ Pauca quoad primam partitam scutor. 935. 73. Statim ac *de expensis* res erat, quæ utpote „ *irregolari, e dubbie* „ credito Ciccolinii admissæ a revisoribus non fuerunt, et ab exitu proinde exclusæ non erant certe inter *introitus* partitas, et in activo statu Ciccolinii debito ad censendæ. Non enim referri potest in *activum* statum quod respicit *expensas*.
- „ Expensæ siquidem conflant exitum, non introitum: Expensæ proinde, quæ admitti non possunt, nec debent, quæque admissæ revera non sunt, minuant exitum, at non augent introitum, quem certe partitis exitus, impensisque conflari nequaquam contigit. Demendam hinc ex activo statu *ob calculi errorem* censeo partitam scutorum 935. 73.
- „ At demenda mihi quoque videtur altera summa scutorum 709. 42. Continet hæc pretensa quædam *danna, recati al Monte dall' Amministrazione Ciccolini* „ sexque conflata partitis conspicitur, ut in *cap. nono* sæpius memoratæ redditionis rationis, singulas expendere præstat.
- „ Prima occurrit, *per le pigioni della casa venduta nel Marzo 1812. in scudi settanta, che si affittava per scudi sei all' anno; danno dunque recato per anni sette in scudi quarantadue*. Fructus hi sunt igitur alienatæ domus, quæ ac si alienata non fuisset, in calculo habetur inter activa Montis Pietatis capitalia, quæque fructus proinde parere debuisse contenditur, ad rationem etiam scutorum circiter *novem* in singula centum, et annos. Aliæ dein *quatuor* occurrunt partitæ, scilicet scutor. 126. 43., scutor. 18., scutorum 370. 76., scutor. 19. 50., quæ omnes credito Montis Pietatis adscribuntur pro fructibus *cambiorum extintorum*. Hæc namque habentur etiam, ac si *non extincta*, semperque imo vigentia favore Montis extitisent; jure num id autem, vel injuria?
- „ Scio plane tum ex jure, tum ex Motu proprio erectio-

nis hujus Montis, tum ex peculiaribus ejusdem regulis, atque constitutionibus, vetitas esse alienationes quorumcumque bonorum, et effectuum, licet ex causa magis pii usus, majorisque utilitatis. Scio quoque nedum bona, sed et pecunias huiusmodi, ut etiam papillares, *civili* inspecto jure, suapte natura fructus parere adversus illos, quorum favore cessisse constat. At vero in themate res est de *Administratore*, ac *Thesaurario* Bonorum, effectuum, et pecuniarum *pii loci*, scilicet Montis Pietatis, cujus gestio ad lancem adjudicanda est Canonici juris, quod hac in re potissimum *civilis correctorium* esse non ambigitur.

„ Quæ fuerint administrationis hujus, et Montis Pietatis vices, ærumnosis illis Gallici Regiminis temporibus non bene liquet; Præsumptio est omnibus susdeque versis rebus, administrationem ipsam haud feliciter procedere potuisse præter quoque administratoris negligentiam, et culpam. Absentis, ac forte tunc profugi *Vicarii Generalis* responsum Administratori Ciccolinio datum suadet, ordinarias ultra facultates, utraque consuetas regulas quidquam gerere ipsum debuisse, de rebus enim obloquens locorum piorum respondit „ *con sicura coscienza in vigore anche delle facoltà suddelegatemi per autorità Pontificia da Monsignor Francesco Gazzoli Vescovo di Todi accedo col mio consenso, ed approvazione a quanto mi richiede* „ Hoc in statu rerum Administrator, ac Thesaurarius Ciccolinius domum vendidit septuaginta scutorum valoris; et ultra scuta *Mille* cambiorum sortes exegit, quod quidem, nec proprie sapere alienationem videtur. Quod sit onus Administratoris, cuique notum; gestæ scilicet administrationis rationem reddere; neque tamen posse neque debere *ante* redditas rationes creditorem, aut debitorem renunciari. Modo id agitur; expunctæque jam semel, iterumque vario semper exitu rationes modo ad examen revocantur. Quo jure quamobrem, quo pacto venilitæ domus, extinctorumque cambiorum fructus debito Ciccolinii adscribi possunt, si adhuc latuit, *nun*, et in qua *Summa* pro domus pretio, et cambiorum exactione ipse Ciccolinius debitor existat?

- „ Sexta superest partita, quæ vim exhibet scut. 132 73., quæque in *cap. nono*, ut superius innui continetur in summa scutor. 709 42.
- „ Sexta hæc partita credito Montis adscribitur - *per fructi dei scudi 935. 73. irregolarmente spesi, come all' articolo settimo calcolati a scudi 2. 40. per cento, solito Denarino dei pegni, e per soli anni sei, che importa un danno in tutto di scudi 132. 73.*
- „ Isthæc vero partita excluditur *da per se*. Nunquam fieri potuit, ut fructus solverentur pro capite, quod non debetur. Supra jam dixi, Ciccolinii debito, et in activo Montis statu adscenseri non posse summam illam scutor. 935. 73. - *per spese irregolari, e dubbie - dicere consequenter debeo, et substineo, pro ea ipsa summa multo minus expeti a Ciccolinio fructus posse, ac debere.*
- „ Duabus igitur ex activo statu, qui ad scuta 3338. 26. evehi contenditur, subductis summis scutor. 935. 73. scutorumque 709. 42. quæ simul junctæ vim conflant scutorum 1695. 11.
- „ Quid vero? Num hoc certum, et liquidum erit Ciccolinii debitum? Aliam partitam iudicio meo subducendam quidem existimo. Ejus debito, et in activo Montis statu adscripta est in *cap quarto* Partita scutorum 282. Qua de causa? Legitur in ipso *cap. quarto* „ *Pigione della casa a scudi quattordici all' anno, che apparisce non percetta, ed arretrata nella somma di scudi 46. Frutti de' cambi considerati per approssimazione a tutto l' anno 1818. ; e che ci appariscono arretrati, e non esatti dal Signor Ciccolini, i quali montano alla somma di scudi 236. ,, ; quæ duo punctim constituunt præfatam summam scutorum 282. At quo jure summæ hujus debitor Ciccolinius constituitur, si nec obolum exegisse fatentur Montis Officiales, et Revisores?*
- „ Sunt enim ipsi, qui ajunt pensionem domus - *non percetta, ed arretrata* - Sunt ipsi, qui affirmant, fructus cambiorum pro labitu etiam calculatos scilicet „ *per approssimazione* „ fore „ *arretrati, e non esatti* „ Si Ciccolinius non exegit, exigant noviter electi administratores, quod non exactum inveniunt, prout jam exegisse credendum est. Pro inexactis haud enim

vel ex pacto, vel ex lege tenebatur. Si vero Ciccolinius ob negligentiam, culpamque suam non exegit, quod debebat, quodque poterat exigere; nec amplius ob deteriore factam debitorum conditionem exigi potuit, quod erat exigendum, probata culpa, probataque Montis jactura ex una tantum Ciccolinii culpa derivata, tunc solum, nec certe aliter fieri posset, ut loco damnorum partita scutorum 282. ejus debito adenseatur. Nunc igitur, et pro nunc saltem demenda est, qua dempta status activus, et Ciccolinii debitum reducitur ad scuta 1411. 11.

„ Huic summæ quidquid tamen addendum est favore Montis Pietatis, et Ciccolinii debito addenda sunt scilicet scuta 90. et oboli 90. quorum ipse Ciccolinius, subductis scutis sex, et obol. sexaginta duobus in ejus reditum relatis in cap. 5. debitor superest „ *per N.º quattro depositi non consegnati* „ ut ex eodem cap. quinto resultat. Qua de re Montis Pietatis activus status, et Ciccolinii debitum constituendum in scutis 1502. 01.

„ Quid autem hisce Ciccolinius? Plura in medium profert, ut fere ad nihilum redigat proprium debitum; sed fere omnia inepta. Corruit primum partita emolumentorum, quæ tum sibi in scutis *quotuorcentum viginti*, tum Leonardo Santorelli in aliis scutis *centum triginta* debita, ac soluta proponit. Ipsa revisio, et liquidatio, a benevolis facta revisoribus per eundem Ciccolinium deputatis abundat sane pro omnimoda partitæ, et partitarum hujusmodi emolumentorum exclusione. Pansum ab iis, qui per Ciccolinium deputati sunt, judicium habendum est, ac si datum ab eodem Ciccolinio. Non ultra igitur quærendum foret, statim ac voto unanimi revisores hi pronunciant „ *tanto il sudetto emolumento del Signor Ciccolini, come quello del Signor Santorelli non si deve, perchè debbono prestare il loro servizio gratis, finchè il Monte sudetto ritornerà nel suo primiero stato; come da un' atto di Congregazione ec.*

„ Sed ipsa Congregationis resolutio quæstionem dirimit. Die 13. Novembris anni 1800. per Montis Confratres statutum fuit „ *che attesa l'attuale suo stato* „ : jacturam enim fecerat scutorum octomilliam quingentam

rum circiter, non permette, che possa passarsi ai Signori Officiali emolumento alcuno, e così si dichiarava, che i medesimi debbano servire gratis, vigente hac lege, ac stante suis viribus resolutione susceperunt munera, et exercuerunt Ciccolinius, et Santorellius; Lex ipsa, ipsaque resolutio nec revocari, nec moderari postmodum unquam contigit; Exerit namque adhuc vim suam. Ipsa ita jubente lege, placuit Ciccolinio, placuit Santorellio, etiam præter tempus a Montis Regulis præfinitum, et per annos fere quindecim in exercitio munerum, nedum sponte, sed proprio Marte continuare, quin unquam rationem reddiderint. Eritne modo igitur, ut contra legem probari valeat emolumentorum perceptio? Apage plane. Nec responsione indigent, quæ adversus ipsam legem, et resolutionem Ciccolini Defensor in exhibitis foliis conglomerat. Somnium delirantis est, de ipsius resolutionis nullitate querelam proponere. Somnium item, et vere putidum commentum, quod ex obventa hæreditate *Innocenzi* melior facta fuerit conditio Montis, quodque proinde ab eo tempore ab anno saltem 1807. iterum esse debita cæperint hujusmodi emolumenta.

Quo enim vitio nullitatis resolutio afficitur? Quia pauci fuerunt confratres, qui eam ediderunt; quia iis accessit duplici suffragio *Vicarius Generalis* ab Episcopo Delegatus? Ita in exhibitis foliis; At quid absurdus? Nec enim constat quot in ea Congregatione, viginti jam retro lapsis annis habita, intervenerint Confratres, multoque minus constat, quot esse debuerint, ut propter numerum legitima, et valida dici posset. Adserit Ciccolinius, in ea Congregatione sex intervenisse Confratres; nec certe inficiatur omnes in eandem convenisse resolutionem. Adfuit etiam *Vicarius Generalis*, qui præter necessitatem duplici suffragio calculum adjecit præfatæ resolutioni. Num vero suam hisce in rebus auctoritatem interponere Ordinarius prohibetur? Num ex quo interposuit, ideo corrumpit resolutio, eaque dein resolutio, quæ nedum utilis, sed necessaria quoque fuit pro Montis regimine, quæque idcirco de subsequenti anno 1801. ab ipsomet Episcopo iterum confirmari promeruit? Quæ danda enim erunt Officialibus emolumenta, si nec erat

erat quidem post superventam hereditatem Innocenzi, quod ipsius Montis indigentis, et necessitatibus occurreret, cum fundi, sortes cambiorum, capitalia distracta fuerint. Dum ergo nullitas proponitur, audiri abnormia possunt.

„ Hæc autem quoad Ciccoliniam, et Santorelliam Joseph Ceva, Custos Montis Pietatis nihil quoad emolumentum commune cum iis habet. Haud enim ipsum tetigit, haud respicere Congregationis memorata resolutio potuit. Hæc tetigit, respexitque Confratres Montis, quos inter iidem Confratres, accedente Ordinarii auctoritate, ea decernere potuerunt, quæ Montis necessitatibus magis opportune censuerunt. At Joseph Ceva extraneus erat, non Confrater; isque suam operam pro Montis custodia locavit ante ipsam resolutionem de Republicæ nimirum tempore, ut asseritur usque ad annum 1817., mercede illa, quam habuit, constituta, quam que proinde tum ex contractu, tunc bona fide receptam, uti indebitam neque adversus ipsum, neque adversus Ciccoliniam repeti posse arbitror. Bonificanda quamobrem Ciccolinio partita sc. 337. 50. quot Josepho Ceva persolvisse pro custodis munere patet.

„ Bonificandam quoque censeo partitam alteram scutorum 48.23., quot ipse Ciccolinius impendisse ait pro facto ad Urbem itinere, ut hereditatis Innocenzi applicationem favore Montis reportaret, aliaque ageret negotia, litesque expediret in ejusdem Montis commodum, et utilitatem. Urget plane omnis præsumptio hujusmodi expensas fuisse factas. Nihil enim, et fere nihil, procul pecunia, et impensis perficitur, nec proprio sumptu omnia hujusmodi agere Ciccoliniam debuisse contendere potest. Hæc imo de mandato Episcopi peregrisse, non quidem inficiantur in Cap. nono Revisores; unum ipsi ajunt, „ *La partita può esser dubbia* „, quod quidem accedente præsumptione, cui partita ipsa nititur expensarum, satis est, ut quæ vera, et realis admittatur.

„ Cætera, quæ Ciccolinius jactat prætensa credita, omnino penitus tum facti, tum juris fundamento destituta sunt: nulla enim probatione substinentur partita illæ scutor. quinque, sex, decem, undecim, quatuordecim

cim, viginti scutorum, quas enumerant exhibita nuper folia. Idem quoad partitam alteram scutorum 385. 86., quæ „ *incassati al Monte, e messi sulla prestanza de' Pegni* „ a revisoribus per ipsum Ciccolinium deputatis admittuntur, una dumtaxat sub ejusdem Ciccolinii adsertione. Quid enim *facti* solutiones sunt, et *facti* probationibus demonstrandæ. Quod verbis nititur nihil est, et pro nihilo habetur hac in re. Nihil est ergo, unde partitæ hujusmodi admitti valeant.

„ Auscultandus nec est Ciccolinius dum clamitat, chartas, monumenta, justificationes oblatas fuisse; proindeque probare non amplius posse jam factas solutiones, nullibi namque constat, quando et cujus opera oblata ipsi fuerunt hujusmodi monumenta. Oppositum imo constat, nec monumenta desunt, nec acceptilationes, factarumque solutionum fidem perhibent *Libri* quoque administrationis ejusdem Ciccolinii *character* conscripti. Hisce desuper expunctio, et liquidatio facta est, et cap. 6. Ciccolinii credito adscribitur partita scutorum 178. 08. „ *Per liti, scrittura pubbliche, dazj camerali in parte, e communitativi, ed altro, come da ricevute, e dal libretto di suo carattere.* „ Admissæ sunt jam igitur partitæ, quæ admitti poterant, ac debebant; nec iterum, vel in majori quam par est, summa admittendas, æqui justique ratio patitur.

„ Ciccolinii quamobrem debitum duabus bonificatis partitis scutor. 337. 50., et 48. 23. quæ simul junctæ vim conflant scutor. 385. 73. reducitur ad scuta 116. 38, ulteriusque reducitur etiam ad scut. 986. 38. si scuta centumtriginta, quæ in emolumentorum causam indebite percepit Santorellius hunc adversus, non vero contra Ciccolinium condicere lubeat. Potius quam unum, tutius, ac melius est, ut quisque noscit, duos persequi debitores.

„ De fructibus nunc quærendum, et in qua summa, et a quo tempore debeantur. Menti teneant Emi PP. nedum ex civili, sed ex Canonico potissimum jure quæstionem esse definiendam, incertique debiti vel in genere, vel in specie neutro jure sive civili, sive Canonico exigi fructus posse, Canonice præterea Sanctio-

nibus enim sit omnino iudicium conformandum, illud quoque indubium est, certi quoque debiti, ac certæ quantitatis fructus nec posse quidem condici, nisi perspicua intercedente probatione; quod paratam pecuniæ occupationem, tutumque administratorem habuerit investmentum; quodque vel dolo, vel culpa lata propriæ ut consuleret, utilitati, occupationem ipsam, ipsumque investmentum neglexerit.

„ Ad rem itaque Ciccolinii debitum fuisse hætenus incertum si non in genere seltem in specie, ex ipsa pluries factarum liquidationum diversitate patet apprimè. *Modo* enim renunciatus est debitor scutor. 3338. *Modo* scutor. 314. *Modo* etiam scutor. circiter noningentum, si Ciccolinii, et Santorelli emolumenta subducantur; *Modo* ex voto Confratrum, et Episcopi constitutum est debitum in scutis 1147. 50. sine præiudicio emolumentorum a Santorellio, et Ceva perceptorum. Nunc tandem prout mihi videtur universum Ciccolinii debitum in scutis 1116. 38. resultat. quatenus magis lubeat unicum habere sponsorem, Si vero scuta 130. indebite percepta directe ab ipso repetenda forent per S. Montis Administratores, tunc debitum in scut. 986. 38. esset constituendum. Quod quidem, ut certum liquidumque sit ad probationem indiget S. hujus Congregationis. Nullos hinc fructus fuisse *quoad præteritum* debitos consequitur.

An vero, et in qua summa *quoad futurum tempus*? Ex more fructus deberi, et ob emergentis inde damni lucrique cessantis causam ambiguum non est omnium jurisconsultorum, et Canonistarum consensu; vix idcirco post pansam S. hujus Congregationis resolutionem, quoad certam debiti, de quo agitur quantitatem nectere moras cæperint Ciccolinius, et Santorellius pro quantitibus ab eisdem respective debitis, vixque ab iis quo Montis negocia gerunt, promptam esse pro certo interesse occasionem investiendi præfatam quantitatem, fuerit legitima probatione demonstratum; ex tunc pro eodem interesse fructus a Ciccolinio ac Santorellio deberi, non dubitandum.

„ Nimirum plane fuisse, abitor indulgentes tum Con-
fra-

fratres , tum Episcopum , quam fere ad Ciccolinii , et hæredum libitum ablegata quoad tempore potestate dimittendi debitum in ea majori quantitate scutorum 1147. 50. præfinitum convenerunt etiam , ut sua durante vita fructus persolverit in annuis scutis viginti quinque ; post obitum vero persolverent hæredes ad rationem scutorum quinque in singula centum , et annos . Non enim cum Ciccolinio , ob tot annorum gestionem debitore agendum est , ac si cum pauperibus res foret de pignorum , et mutuatae pecuniæ restitutione . Ciccolinius nec pauper est , nec mutuam habuit a S. Pietatis Monte pecuniam ullam . Debitor is est ob causam administrationis ; nullaque ratio subest , cur mitius expedire cum ipso negotium oporteat , quam cum alio rei alienæ , et loci pii gestore , et administratore . Alienæ substantiæ administrator , quod ex reddita ratione debitum resultat respondere adstatim tenetur . Hoc etiam Ciccolinii onus , cui si protinus non facit satis ad *quanti interest* teneri non pigeat . Idem de Santorellio sentiendum . Et ipse restituere debet vim scutor. 130. pro indebite , et contra legem perceptis emolumentis , quorum si differat restitutionem , et ipsum teneri ad *quanti interest* , consequitur .

„ Post hæc , quid de proposita per Episcopum , et Confratres CONCORDIA sentiam , non est opus ut EE. Vestris ulterius , ac magis aperiam . Quæ una potest Ciccolinio indulgentia adhiberi , ea tantum est , ne ad pecuniæ vim , quam debet , protinus refundendam adigatur . Si EE. PP. conveniant , dilatio quidem ipsi impertiatur pro tempore , quo aliud fieri investimentum posset , solvatque , ut supra , fructus ; libero tamen fundo , qui oneri , de quo agitur , ferendo par sit , hypothecæ , et inscriptioni legitimæ submisso .

„ Potissimum vero illud interest , ut *Conscientiæ suæ* consulant Ciceolinus , et Santorellius . Quæ mens eorum fuerit , quodve consilium , non quæro . Ex iis , quæ videntur , et patent , in Censuras incidisse tum ex jure , tum ex Tridentino , tum ex Motu proprio erectionis Montis Pietatis valde dubitandum est -

Dubia proponuntur .

I. *An , in qua summa , et contra quem*

Die 24. Martii 1821.

constet de credito Montis Pietatis in casu etc.

II. *An, in qua summa, et a quo tempore debeantur fructus in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit probanda Concordia in casu etc.*

IV. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione in casu etc.*

Sess. 23. Cap.
1. de Refor.

BALNEOREGIEN. VISITATIONIS SS. LIMINUM QUOD CURAM ANIMARUM. Postulatum in relatione status Ecclesiae vigilantissimi Episcopi Balneoregiensis, labente anno 1807. transmissa, proponitur, quod iisdem verbis exscribam.

Alter ex Canonicis Curatis Ecclesiae Cathedralis Balneoregiensis, qui territorium, ubi plures habitatores reperiuntur, intra fines suae Paraeciae habet, dum tales Agricolaes aegrotant, putat suo muneri satisfacere, si illis Sacramenta tantum administret deferendo simul cum Viatico etiam S. Oleum, cujus unctione eosdem, quando in periculo mortis constitutos putat, corroboraret, quin postea amplius eos inviset, et agoni assistat, quod ut ipse asserit, ita consuetudine inductum est. Repugnat Rituale Romanum, adeoque circa talem assertam consuetudinem, ut S. Congregatio sapientissimum iudicium proferre dignetur vehementer exopto.

Priusquam hoc postulatum Supremo Vestro Consessui iudicandum subjiceretur, Informationem, et votum ab eodem Episcopo exquisivi, auditis Capitulo, et Canonico Curato in scriptis, simulque demandatum eidem Episcopo fuit, ut omnibus juris, et facti remediis

diis Canonicum Curatum adigeret, ut per se, vel per substitutum agricolis agonizantibus assisteret.

Canonicus Bonaventura Paporozzi, ad quem spectat agricolarum præsertim cura, Episcopum tamquam de factis non recte instructum traducit; additque, se absque præcedenti Peritorum ordinatione ruriculis infirmis numquam Sacramenta administrasse, semperque obligatorias hujusmodi Ritualis Romani dispositiones retinuisse pluribus documentis comprobare conatur. De certa scientia testatur Capitulum, non in Sacramentis administrandis solummodo, sed aliis in casibus Canonicum Curatum infirmis opem tulisse, quoties fuerit requisitus.

Quod toto conatu sustinere præsumitur, est consuetudo pro immemorabili asserta, cujus natura in eo reponitur, quod ruris ægrotis nec Sacramenta, nec quidvis aliud præstare teneatur memoratus Curatus, nisi vocetur, et ad equitandum commodum ipsi præbeatur ob loci distantiam.

Probat hoc siquidem Canonicus Paporozzi plurium seniorum suæ paræciæ, ac Civitatis jurata confessione, qui semper ita vidisse, atque a suis majoribus ex obligatione peragi audivisse referre non dubitant. Pro eadem consuetudine stare videtur etiam Capitulum in transmissa resolutione Capitulari, cum non aliter rusticis ægrotantibus consuli posse asserat. Quomodo vero super his sentiat Episcopus ex Informatione patet, in qua *admitto*, inquit, *hodiernum Canonicum Curatum Paporozzi in caeteris muneris sui partes adimplere. Nihil oppono contra assertam consuetudinem, qua ruricolæ adiguntur, ut in eorum necessitatibus Parochum non solum certiore reddere, sed de equo providere debeant. Sed his admissis quaestio soluta non est; sed discutiendum remanet, an possit Parochus in domesticorum diligentia tuto quiescere, ita ut cognita alicujus ex ruriculis aegritudine ab onere liberetur ipsum adeundi, donec non tantum vocetur, verum etiam commode ad ejus domum traducatur, et Sacramentis administratis, eundem ad mortem usque curae et assistentiae agricolarum committere, quos satis instructos existimet.*

Nihil dicam de pauperibus, qui aliorum ope indigent,
ut

ut Parochum ad se equitando traducant, nihil de domesticorum negligentia si forte tales fuerint, (nec ad impossibile recurro) quibus magis cordi esset temporale lucrum, quam spiritualis necessitas infirmorum; solum addam, quod si asserta consuetudo indiscriminatim servanda esset, de extremis auxiliis morti proximis praestandis, non Parochus, sed domestici respondere deberent. Tuta sint ergo jura Parochialia, salva sit consuetudo, quae affertur, sed Parochus forsitan excusabitur, si ex eo quia domestici ipsum, quando infirmus post suscepta Sacramenta cum morte luctatur, vocare, et traducere omittant, spirituali et quandoque necessario ad salutem auxilio destituatur.

Et dum sapientissimo Emrum Vestrum judicio decernendum submitto, an allatis in circumstantiis teneatur Parochus, vel per seipsum, vel per alium Sacerdotem agonizantibus usque ad mortem assistentiam praebere addens, quod transactis annis raro casus agonizantium Agricoliarum evenerit, et eo quo fieri potuit meliori modo eisdem opitulatum fuerit,

Magnum, ac necessarium ministerium est moribundis opem ferre in eo praesertim statu, a quo vel felicitatis vel poenarum pendet aeternitas. *Dionys. Carthus. de quat. novissim. art. 37.* Hinc inter praecipuas Parochi curas haec assistentia ab ipso agonizantibus praestanda debet numerari. Etenim Rituale Romanum tit. de visit. et cura infirmorum ita praecipit, „ Parochus in primis meminisse debet non postremas esse sui muneris partes aegrotantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus curae suae commissis aegrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur; sed ultro ad illum accedat, „ et alio in loco „ *Ingravescente morbo Parochus infirmum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet,* „ Nihil enim conformius Parochi obligationi videtur, quam ut ovibus suis succurat eo praesertim tempore, quo maximam luctam substinere coguntur, nihilque magis consonum Parochi curae, ut non sit mercenarius pastor, qui venienti lupo oves sibi commissas relinquit, sed potius sit bonus Pastor, qui animam suam poneret, si opus esset, pro ovibus suis.

Hinc

Hinc optandum esset, ut a Canonico Curato Balneo-regensi ea ipsa spiritualia subsidia afferrentur rusticis, quæ civibus subministrantur.

Ipsi enim haud suffragari videtur consuetudo etsi inmemorabilis, quæ ipse rucolas adit dumtaxat, dum et vocatur, et equitandi commodum idem præbetur. Hæc enim consuetudo nedum Rituali Romano opponi videtur, sed etiam animarum saluti, quæ scilicet in extremo agone positæ, quamvis Sacramentis munitæ, attamen spiritualibus indigent auxiliis contra rugientis Leonis rabiem, qui circueus quærit eas devorare, quod fieri forsân lacrymabili ipsarum facto posset, quia Parochus iterum vocatus non fuit, vel quia ægrotantis domestici equum, quo carere etiam possunt, illi non præbuerunt. Porro consuetudo quæ peccandi occasionem præbet, quæ opponitur animarum bono, rejicitur a Sacris canonibus tamquam irrationabilis. Etenim *ex can. consuetudinis dist 11., non usque adeo (ea est) valitura momento ut rationem vincat aut Legem*. Ut autem sit rationabilis non debet opponi utilitati Ecclesie *Cap. 7. et cap. ult. de consuet. Suarez lib. 7. de legib. cap. 6. num. 10. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 17. quaest. 5.*

Verum plura favore Canonici Curati animadverti possunt. Et in primo quidem *Barbos. ad Conc. Trid. Sess. 25. cap. 2. de ref.* tradit, eos qui a Parochi residentia distant, esse succurrendos juxta locorum antiquam consuetudinem. Jamvero consuetudo, quæ favet Canonico Paparozzi excedit hominum memoriam, ad quam introducendam non leves extiterunt causæ. In rusticis enim illis tuguriis per quatuor, et etiam quinque millia passuum a civitate dissitis utpote pauperrimis Parochus diutius morari non posset. Deficit enim victus, quo defatigatum corpus reficiat, ac locus deest, in quo caput veleat reclinare. Deinde ob loci distantiam impendere deberet *delle m:zze, ed intiere giornate di settimane, e settimane* (verba sunt Canonici Curati Paparozzi) *e che però solo fare si devono ad occasione soltanto del bisogno, e di esser chiamato, affine di non discapitare, e tenere indietro le continue occupazioni pastorali della Città, e risguardanti eziandio gl'infermi della mede-*

sima, e per cui il Paroco a tenore di quanto dispone il Rituale Romano considerare si deve come legittimamente impedito, e solo procurare deve, che per mezzo di laiche persone siano gl'infermi visitati.

His accedit Villicis non displicere, ut juxta consuetudinem a Parocho auxilia spiritualia percipiant; nec unquam hac de re conquesti sunt, imo propriam hanc obligationem fateantur Parochum vocandi, ipsique equum subministrandi, adeo ut, si contingat quem equo carere, hunc vicinus commodat ægrotantis familiæ.

Rationum momenta, quæ Canonico Curato adversantur, quæque ipsi favent hactenus exposui. Dubium igitur proponere superest ab EE. VV. dirimendum.

An, et quomodo teneatur Canonicus Curatus aegrotos rurículas visitare, eisque assistentiam præbere, dum morti proximi reperiuntur in casu etc.

Sess. 24. Cap.
10. et Sess. 25.
Cap. 3 de Re-
orm.

BALNEOREGIEN. VISITATIONIS SS. LIMINUM. QUOAD INVENTARIUM. In eadem relatione status Ecclesiæ Balneoregiensis anno 1817. transmissa hæc alia continentur *postulata*, quæ in præsentī causa resolvenda propono EE. VV. sapientiæ ipsius Episcopi utens verbis.

„ In Sacra Visitatione per notificationem indixi, ut
 „ singuli tam Ecclesiarum Rectores, et Beneficiorum
 „ possessores, quam Confraternitatum, aliarumque
 „ piarum Institutionum Officiales legale inventarium
 „ omnium honorum, jurium etc. ad Ecclesias, Be-
 „ neficia, Confraternitates, aliaque loca pia spe-
 „ ctantium conficerent, illudque juxta formulam
 „ præscriptam non solum in Appendice Concilii Ro-
 ma-

„ mani, sed in Diœcesana, aliisque Synodis, in ca-
 „ pitibus distributum, et juramento firmatum in
 „ Cancellaria Episcopali exhiberent, sub pœna scu-
 „ torum quinque usibus piis applicandorum. Tran-
 „ sacto jam anno nonnulli Ecclesiastici conficere,
 „ et tradere inventarium recusarunt, quasi juramen-
 „ ti religionem verentes. Cum experientia cognove-
 „ rim absque juramenti cauthela, nihil veri ex in-
 „ ventariis erui posse, et cum contra laudati Con-
 „ cillii, et Synodi Diœcesani præscriptionibus esset,
 „ eadem non jurata admittere, inventaria absque ju-
 „ ramento recipere recusavi, sed pœnam minime
 „ exegi. Considerans Concilium Romanum *tit. 12.*
 „ *cap. 1. de fid. Instrum.* non pœnam pecuniariam,
 „ sed censuras comminatum fuisse contra eos, qui
 „ inventaria infra annum non exhibuissent, sequen-
 „ tia dubia S. Congregationis decisioni proponenda
 „ statui.

In his tria postulat *primo*, an omnes, quorum men-
 tio fit in dicto *Cap. de fid. Instrum.* adigendi sint ad
 exhibitionem legalis inventarii juramento firmati: *Se-*
cundo, an et ad illius renovationem singulis decenniis:
Tertio an contra reluctantes procedi possit pœna pecu-
 niaria jam comminata, derelictis Censuris in dicto
Capite de fide Instrum. statutis.

Exquisita fuit Episcopi ejusdem informatio, et votum
 auditis in scriptis Capitulo, et Rectoribus Ecclesia-
 rum recusantibus exhibitionem inventarii, simulque
 requisita fuit copia Constitutionum Synodalium ad
 rem facientium, ut tutius EE. VV. possent proferre
 judicium.

In ea Episcopus hæc habet „ *Sperabam utique sua-*
sionibus, et patientia Canonicos omnes Cathedralis
Ecclesiae absque alio urgentiori stimulo ad inventa-
rium hujusmodi tradendum me adducturum, et ideo
in longum protraxi mandata EE. VV. eidem Capitu-
la patefacere. Non omnino spes frustrata remansit:
Nam quidam ex Capitularibus hoc temporis interval-
lo paruerunt, et absque objecta juramenti formidine
ad unguem, quod exigebatur, præstiterunt. Sed re-
manent adhuc inventarium hujusmodi tradere recu-
santes ex titulo miticulosæ conscientiae, quæ, ut
 N ajunt

ajunt, nullo pacto legi juramenti acquiescere valet „
 De Capitulari resolutione, ac aliorum reventium
 tradere Inventarium juratum inferius redibit sermo.
 Sacrum Concilium Romanum tit. 12. de fid. Instrum.
 cap. 1. ut conservationi prospiceret bonorum Eccle-
 siæ ita statuit. Omnibus beneficiorum Rectoribus, et
 locorum piorum administratoribus etiam exemptis sub
 poena etiam interdicti contra Capitula, et Collegia
 ipsa, suspensionis contra Clericos Sacris Ordinibus
 initiatos, et excommunicationis contra Laicos, et re-
 liquos Clericos in minoribus constitutos in virtute San-
 ctæ obedientiæ præcipimus, ac districtissime man-
 damus, ut . . . bonorū omnium, quovis ratione ad
 eadem Capitula, Collegia, Ecclesias, Beneficia, Ho-
 spitalia, Confraternitates, et Congregationes pertinen-
 tium, quorum cura ipsis sive in communi, sive in par-
 ticulari commissa reperiatur, legale inventarium con-
 ficere, et perfectum . . . suis Episcopis pro recogni-
 tione, et approbatione simul exhibere habeant, et de-
 beant, servata in omnibus methodo, et instructione,
 quam hic dabimus in Appendice „ Porro in fine In-
 structionis, quoad modum conficiendi Inventaria
 §. XXVI. XXVII. et XXVIII. ubi subscribendi
 forma describitur, ita legitur. Io N. Rettore . . .
 ho fatto il sud. Inventario. E così giuro „ Io N. sono
 stato presente mentre si è fatto l' inventario e così
 giuro „ Io N. per commissione di N. non sapendo
 esso scrivere mi sono sottoscritto per lui, e così
 giuro „ .

Hæc ipsa ordinatio conficiendi inventarium facta fuit a
 S. Carolo Boromæo Parochis, ut patet in 4. part.
 actor. Mediol. et de hac obligatione inventarium con-
 ficendi agit Girald. in animadv. ad Barbos. de Off.
 et pot. Parochi part. 1. cap. XIII. num. 33. et addi-
 tione subjecta. Sed et ante Concilium Romanum
 Synodus Balneoregiensis sub Episcopo Honuphrio Eli-
 sei anno 1711. celebrata, quæque in ea diocesi obser-
 vatur, jubet confectionem hujusmodi inventariorum,
 atque in appendice ubi de modo agitur ea subscri-
 bendi verba leguntur *E così giuro*.

At Canonicus Hieronymus Vettori, qui a Capitulari
 absuit resolutione (de qua inferius sermo erit) scri-
 pto

pto hæc rationum momenta affert, ob quas ab inventarii jurati traditione se abstinet. Licet enim hæreticum esset cum Valdensibus, Manichæis, et Anabaptistis asserere cujuscumque juramenti illicitudinem, nihilominus verba, quæ leguntur in Epistola Catholica S. Jacobi Cap. 5. v. 12. *nolite jurare quodcumque juramentum* ita interpretantur ab Innoc. III. in Cap. *Etsi Christus* 26. *Jurejuran.* ut non liceat jurare sine necessitate, et quidem pro re vera, licita, et honesta. Ac præterea ex verbis Prophetæ Jeremiæ C. 4. v. 2. *Jurabis . . . in veritate, judicio, et justitia*, deducunt Canonistæ, et præsertim ex verbo *judicio* pro licitudine juramenti interesse debere maturam considerationem necessitatis, et utilitatis jurandi, ita ut res adeo egeat juramento, ut sine hoc comprobari nequeat Lauren. in *For. Eccl. lib. 2. quæst. 755. num. 2.* Sanchez in *Decalog. cap. 4. num. 2.*, Castropal. *lib. 1. part. 5. num. 2.* Et ratio est, quia juramentum, quamvis sit licitum et bonum, non est ex eo genere bonorum, quæ sunt frequentanda, uti oratio, elemosina, sed ex eo genere bonorum, quæ, posita necessitate, bona sunt: ut explicat auctoritatibus adductis Bonac. *T. 2. disp. 4. quæst. 1. punct. 3. n. 1.* Ex his in facto concludit Canonicus Vittori, se non posse inventarium tradere juratum, cum jurisjurandi exulet necessitas, quia rerum omnium notitia, quæ suum Canonicatum respiciunt, ex instrumentis erui potest in Episcopali Cancellaria existentibus.

Quod ex defectu necessitatis deduxit Canonicus Vittori, deduxerunt etiam ex defectu veritatis in Capitulari resolutione il ex Canonicis, qui jurati inventarii traditionem recusarunt. Gravibus enim stimulis conscientiam suam agitari metuunt si Episcopo pareant, cum annum redditum præbendarum ignorent. Nemo enim ex iis libros confecit exitus, et introitus, præsertim cum nonnulli ex ipsis vel paulo ante deportationem ob non præstitum usurpatoribus velitam a Sanctissimo jusjurandum, vel paulo post ipsam præbendam adepti sint, ac loco bonorum, quæ vendita fuerunt a Gallis, modo pensione fruuntur. Ex his sic concludunt, *Ciascuno de' Canonici finora repugnanti dichiara, che non avrà difficoltà di dare*

un assegna anche con giuramento tanto di quel che provisoriamente percepisce dalla R. C. A. di . . . compenso per i beni alienati . . . quanto dei fondi, che già possedeva la rispettiva prebenda desumendola dalle assegne esistenti nella Cancellaria Vescovile; tra le quali dalla più recente data nel 1790, alla bo. me. di Monsig. Martino Cordella immediato antecessore dell'odierno Monsig. Vescovo; quantunque il ripeterla si giudichi superfluo stante la seguita alienazione. Sed nec de invenditis bonis Massæ communis juratum inventarium tradi posse autumant ii Capitulares ob lites, quæ vigent super iis cum Principe Santa Crocæ cæterorum bonorum emptore, nisi prius ad exitum perducatur jam incæpta transactio. Eadem rationum momenta affert Canonicus Joannes Dominicus Vezosi, cujus præbendæ bona ad neutram Capitularem Massam pertinentia dum deportatus erat, alienata fuere, si parva officina excludatur; ac proinde infert, non nisi hujus, et pensionis censum tradere posse.

Episcopus vero EE. PP. judicio subicit, *An excusationes, quæ offeruntur tanti sint momenti, ut Legem Ecclesiasticam etc. tali conventu, tanta ponderatione latam, et in pluribus synodalibus constitutionibus tam ante, quam post Romanum Concilium repetitam, et jam ab anno 1711. in Synodo Balneoregensi sub Episcopo Honuphrio Elisei præscriptam, tamquam conscientiae laqueum valeant insimulare?*

Et re sane vera si formido, quæ a parendo retrahit Canonicos Balneoregii, vim tantam haberet, numquam prorsus jurare licitum esset, cum humana cognitio ex pluribus causis errori obnoxia esse possit. An nesciunt in juramento, ut rectum sit, non requiri neque metaphysicam, neque physicam rerum cognitionem, sed sufficere tantum moralem? Miror equidem, quomodo extensor consultationis Canonicus Bonaventura Paporozzi, homo præsertim in rebus agendis diligentissimus, non reminiscatur quale emolumentum sibi obveniebat ex bonis alienatis, et sic de cæteris antiquioribus Canonicis dicendum.

Appellant ad statum; quem anno 1790. absque juramento exhibuerunt Dignitates, et Canonici, sed per-

peram ; ad proprium enim commodum tunc temporis reditus extenuarunt , ut ipsi quoque fatentur . Dicendum igitur optimo jure praescriptum fuisse in talibus assignationibus juramentum , sine quo veritas non apparet , et hoc juramentum non a peritis , ut reuertes insinuant , sed ab ipsis Beneficiorum possessoribus Concilium Romanum , et Dioecesana Synodus requirunt .

Sed in praesenti rerum statu ad propositum finem nihil obstaret , quod in consultatione asseritur , paralos nempe esse Canonicos notam juratam tradere de fundis , qui ad uniuscujusque praebendam ante confiscationem spectabant , desumendam ex assignationibus datis ab anno 1790. , de compensatione , quam nunc a R. C. recipiunt , sed desinant qui ita opinantur clamores emittere de incongruitate compensationis hujusmodi , et praesertim Canonicus Joannes Dominicus Vezzosi , quem licet putem non adaequate ad jacturam percipere emolumentum , tamen tunc solum , ut arbitror , commiserationem merebitur , cum ex parte sua illam non omiserit praebere probationem , quam leges Ecclesiasticae requirunt .

Quanti demum faciendum sit vobis Canonici Hieronymi Villorii , qui ultra Canonicae praebendae assignationem , teneretur etiam tradere statum Beneficiorum simplicium , quae possidet ex folio , quod insero lit. C. , EE. VII. , ea qua pollent sapientia , judicabunt .

Sed ad integrum Capitulum revertendo , prorsus inanis mihi videtur excusatio , quam consultationis extensor , in cuius verbo caeteri subscripserunt , in medium affert , pro exemptione assignandi bona , ad utriusque Capituli massam , ut ajunt spectantia , quae ad Hastam una cum separatis praebendis exposita minime fuerunt . De uno aut altero fundo , et quidem exigui valoris , controversia adhuc viget inter has duas mensas Capitulares , et D. Principem Santacroce . Forsan consultationis extensor ignorat , quod in instructione apposita in calce Concilii Romani §. 22. 23. 24. de Controversiis , et litibus pendentibus insinuat , nam alioquin facile cognoscere potuit , nihil tales causas impediendi afferre ad inventarium conficiendum . Immo non ultimum commodum ex inventariis bene comparatis

promanari existimo, quod ex hisce appareat, non solum quantum Ecclesia possidet, sed etiam jura, quae sibi competere possunt, innotescunt. Hinc post tot rerum vicissitudines opportunum putabam, ut in inventario ante assignationem praesentis provisoriae compensationis describeretur quantum Praebendae dum integrae erant respondebant, quod facili ratione ab antiquioribus praecipuae Canonicis praestari poterat.

Sed ne durius cum fratribus agam, licet nihil aliud mihi proposuerim, nisi eorum, et Ecclesiae utilitatem, libenter amplecterer, ut statum efforment prout in consultatione se paratos esse protestantur, dummodo formam Concilii Romani, quae pene cum Synodo Diaecesana concordat, observent, et Camerarii seu alii a Capitulo deputati, non solum mensae communis, sed etiam Ecclesiae, et Sacristiae descriptionem proferrant; uno verbo necessarium ducerem, ut id quod numquam satis accurate factum est, nunc fiat, et ad sarta tecta jura Ecclesiae servanda inventarium legale, et juramento firmatum in Episcopali Cancellaria servandum, omni praecelusa tergiversatione, a reluctatibus Canonicis tradatur.

Inquirendum secundo est, an hoc inventarium juratum singulis decenniis sit renovandum. Licet Concilium Romanum nihil habeat quoad renovationem inventarii; attamen Xistus V. in suo Motu proprio sub die 29. Aprilis 1587. cui adhæsit S. Concilium Romanum, statuit, illud fieri debere per singulos successores in administratione intra annum a capta possessione, non vero singulis decenniis, quod forsitan nimis onerosum visum est. Verum Episcopus dicit, plerasque Synodales constitutiones jubere eam renovationem quolibet decennio. Quoad hoc duo sunt in jure observanda. Primo Episcopus in Synodis non posse quidquam statuere, quod obviet Canonicis institutis, cum nequeat inferior superioris legem abrogare, corrigere, immutare, aut quidquam ei detrahere, vel addere, textu claro in *can. Inferior. dist. 21. Cap. Cum Inferior. de majorit et obed. et in Clem. ne Romani de elect. et ut late probat Bened. XIV. de Syn. Dioec. lib. 9. cap. 1.* Alterum vero est posse leges Superioris per inferiorem adjuvari, etiam alicujus

rei adjectione; aliud enim est legem Superioris tollere, corrigere, immutare, eique aliquid detrahere vel addere in commodum privatorum contra spiritum legis, quod inferiori prohibetur, et aliud est eam adjuvare aliquid addendo, ut melius servetur. *arg. cap. ult. de constit. in 6.* quia non tollitur vel imminuitur prioris legis observantia, sed promovetur, quod sane inferiori licet. *Menoch. lib. 2. de Arbitrariis Judic. cas. 398. num. 46. Reiff. in lib. 1. decretal. tit. 2. §. 4. num. 75. et 76.* Cum vero in themate non afferantur particulæ Synodorum, quæ renovationem legalis inventarii bonorum, ac jorium Ecclesiæ præcipiunt singulis decenniis Vestræ Sapientiæ, et simul æquitatis erit EE. PP. declarare, an Episcopus possit cogere renuentes ad renovationem præfatam quolibet decennio, et an id expediat.

Tertio tandem inquirendum superest, an contra reluctantes procedi possit poena pecuniaria jam comminata, seu potius per Censuras juxta S. Concilium Romanum. Si vetera Sacrorum Canonum statuta perquirimus, a plerisque pecuniarias poenas probari, ab aliis vero improbari deprehendimus, cum primis experientia compertum, foret pecuniarias poenas magis timeri, quam spirituales censurarum, quæ utpote spiritum tangentes a crassis, et obcæcatis hominibus contemnuntur; aliis vero exploratum esset, facilius ea crimina admitti, quorum poena facile condonatur. Fuisse utramque sententiam expendit *Bened. XIV. de Syn. Dioec. lib. 10. Cap. 9.* Sed hæc controversia sublata est a Tridentino, quod nedum pecuniarias poenas decrevit contra irresidentes sive Episcopos, ut *Sess. 6. Cap. 1. de Ref.*, sive Clericos ut in *Sess. 24. Cap. 12.*, sed præterea hanc facultatem Episcopis vindicavit etiam contra Laicos in *Sess. 25. Cap. 3. de Ref.* ex quibus ita concludit laudatus Pontifex *Bened. XIV. loc. cit. num. 6. Unde nemini fas est dubitare, licere Episcopo mulctas pecuniarias delinquentibus indicere, si ad eorum emendationem, aliarumque terrorem eas conducere extimaverit.*

At in themate obstare posset Concilium Romanum censurarum poenam imposuisse tam Clericis, quam laicis inventarium conficere reluctantibus; unde cum

res non sit amplius integra, et pœna a Concilio fuerit jam statuta, non licere Episcopo pecuniariam poenam imponere derelicta spirituali: atque id Sacræ hujus Congregationis auctoritate probari posset. Cum enim in Synodo Brundusina statutum fuerit, ut Sacerdotes, alique inferiores Clerici inservire deberent Ecclesiæ, cui erant adscripti juxta Tridentini *Sess. 25. Cap. 6. de Ref.*, singulis festis, in Octava Corporis Christi, et solemnibus supplicationibus sub pœna ducatorum quinquaginta Seminario applicanda; Sacra Congregatio die 19. Julii 1818. admonendum censuit Episcopum, ne hanc poenam exigeret, quia Tridentinum *eodem loco* statuerat dumtaxat interdiciendum esse Sacrorum exercitium deserentibus Ecclesiam, cui fuerant adscripti.

E contrario autem dici posset aliquando Episcopis licere spirituali poenæ pecuniariam adjungere Exemplum est in *Cap. quod. super his de majorit. et obed.* ubi statuitur Episcopos, suo arbitrio Abbates, et Sacerdotes sibi subditos posse compellere *per censuram Ecclesiasticam ad Synodum venire*. Quamvis autem Tridentinum *cap. 2. sess. 24. de Ref.* ubi etiam exemptos ad Synodum ire-statuit, nihil de poena dixerit; nihilominus S. hæc Congregatio ejusdem interpretis censuit, posse Episcopum illorum contumaciam censuris, aliisque poenis coercere, ut testatur memoratus Pontifex Benedict. XIV. *loc. cit. lib. 3. cap. 12. num. 1.* et in *sequenti numero*, probat posse Episcopum spirituali poenæ censurarum etiam pecuniariam adjungere. Utriusque autem poenæ vel cumulationem, vel pecuniariæ dumtaxat inflictionem, spirituali seposita locum habere in casu, de quo agimus, duo suadent. Primum scilicet Xistum V. in suo Motu proprio diei 29. Aprilis 1618., cui inhæsit S. Concilium Romanum, arbitrariam facultatem tribuisse Episcopis coercendi reluctantes inventaria legalia conficere, eosque (verba motus proprii sunt) *ad id per censuras, et poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia sibi benevisa cogant, et compellant*: Alterum vero est in Synodo ab Episcopo Elisei licet ante Concilium Romanum anno 1711. celebrata, quæ tamen

ple-

plene observatur in Balneoregiensi Dioccesi juberi inventarii jurati confectionem *sub poenis arbitrio nostro infligendis*.

Hisce omnibus Eminentissimorum Patrum judicio subjectis sequentia dubia dirimenda propono.

- I. *An omnes, quorum mentio fit in tit. 12. cap. 1. Concilii Romani, adigendi sint ad exhibendum legale inventarium juramento firmatum in casu etc.*

Et quatenus affirmative

- II. *An tale inventarium renovandum sit singulis decenniis in casu etc.*
- III. *An contra reluctantes procedi possit poena pecuniaria jam comminata, seu potius ea derelicta satius sit, censuras, et poenas in dicto Capite Concilii Romani statutas per novam notificationem imponere in casu etc.*

DERTHONEN. SPOLII, MANUTENTIONIS, ET REDINTEGRATIONIS. Non semel judicialiter actum est in Romana Curia inter Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Assumptionis, vulgo *di Piazza Civitatis Novarum*, et Parochos S. Petri, S. Andreae, et S. Nicolai ejusdem civitatis. Anno enim 1715. expeditum fuit coram A. C. Ansidei a Capitulo contra præfatos Parochos Monitorium super manutentione in possessione præsertim pulsandi Campanas die Sabathi Sancti ante cæteras Ecclesias Parochiales ejus loci,

Sess. 24. Cap. 7. de refor.

benedicendi eadem die fontem baptismalem, et Cereos Pascales præfatarum Paræciarum cum interven-
tu Parochorum, hisque distribuendi dicta die Olea Sancta, nec non recipiendi tertiam partem Sexterii unius frumenti pro tumulatione Cadaverum in Collegiata juxta transactionem initam anno 1709. Anno etiam 1717. die 15. Januarii sub A. C. Cincio obtinuit Capitulum mandatum de manutendo in præfatis juribus, sequentique die idem A. C. Cincius suam protulit sententiam, qua Parochi succubere. Curarunt tunc hi, ut in petitorio judicio causa cognosceretur, atque ab Auditore Sanctissimi voti compotes facti, Sacræ huic Congregationi fuit causa ablegata, ac die 19. Novembris 1718 sexdecim proposita fuere dubia, quæ in sequenti Congregatione diei 3. Decembris resoluta. Ex his, quæ transcribo, dumtaxat ad præsentem spectant controversiam. *I. An constet de Matricitate Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Novarum, seu potius de alio titulo, aut specie superioritatis. II. An jus benedicendi fontem, et Cereum Paschalem in die Sabathi Sancti spectet privative, ad dictam Ecclesiam Collegiatam, et quatenus affirmative. III. An Parochi Ecclesiarum SS. Petri, Andreae, et Nicolai in dicta die Sabathi Sancti teneantur accedere ad dictam Ecclesiam Collegiatam, et præstare per se, vel mediantibus eorum Deputatis assistentiam personalem benedictioni fontis, et Cerei. IV. An dicti Parochi possint in die Sabathi Sancti pulsare Campanas ante signum Collegiatae. VI. An competat Ecclesiae Collegiatae jus recipiendi ab Ordinario Oleum S., illudque privative distribuendi, et consignandi Parochis XII. Starium frumenti occasione funerum Patris, aut Matris familias, aliaque oblationes funebres an, et pro qua rata dividi debeant inter Ecclesiam Collegiatam, et Parochos. Hac autem fuerunt S. Congregationis responsa. Ad I. negative quoad primam, et affirmative quoad secundam partem, Ad II. Affirmative Ad III. Affirmative, ad IV. Negative, Ad VI. Affirmative arbitrio tamen Episcopi. Ad decimum secundum dilata. Quæ omnia confirmata fuerunt die 7. Decembris 1720. dubio „ An, et in qua parte sit standum vel recedendum a decis*

respondit Sacra Congregatio standum esse in decisio-
 quoad primum, 2. 3. 4. 6., ad decimum secundum ser-
 vandam esse concordiam anni 1555. Hæc autem re-
 sponsio ad dub. decimum secundum iterum confirma-
 ta fuit die 14. Aprilis 1725. dum eo repropósito S. Con-
 gregatio censuit standum esse in decisio.

Licet mandatum de exequendo has resolutiones obti-
 nuerit Capitulum anno 1726. ab A. C. de Abbatibus,
 nihilominus opus fuit anno 1728. alio mandato ejus-
 dem A. C. de Abbatibus, quo injunctum fuit Episco-
 po Derthonen., ut procederet contra inobedientes Sac.
 Congregationis resolutionibus ad exequutionem poe-
 narum, et comminationem censurarum.

Antequam ulterius transeam, moneam oportet Eños
 PP. me consulto omittere, ne nimius sim, concor-
 diam superius memoratam, quæ anno 1555. inita fuit
 inter Capitulum et Parochos super possessione perci-
 piendi emolumenta funeralia, cum ea referatur in
 Summario a Capitulo distributo. Referam duntaxat
 plures accessisse Derthonensis Curiaë sententias, ac al-
 teram Metropolitanæ Januensis, quibus Capitulum in
 possessione manutenendum esse statutum fuit ad tra-
 mites relatæ concordiaë. At cum Parochi novas excitarent
 turbas, altera inita fuit transactio an. 1709. quæ in manda-
 to superius relato A. C. Ansidei nominatur, quam pariter in
 memorato Summario perlegere precor E. V. Tertia tan-
 dem superaccessit anno 1728. conventio, quæ tamen mu-
 tuo partium consensu inobservata remansit.

Cum anno 1806. Derthonensis Dioecesis Casalensi jam
 fuerit unita, easque moderaretur Episcopus Joannes
 Crysothomus Villaret, hic legem tulit, quo omni-
 bus Parochis facultatem fecit baptismalem fontem be-
 nedicendi. Quia tamen aberat Episcopus, Capitulum
 Vicarium Generalem adiit Canonicum Salina, ut sar-
 ta, tecta que sua jura servaret, a quo declaratum
 fuit, illud decretum non afficere Capitulum, cum Pa-
 rochi alio titulo, quam *plebanitatis* tenerentur ad
 conveniendum ad Ecclesiam Collegiatam die Sabathi
 Sancti pro benedictione fontis Baptismalis. Sed post
 biennium rediit Episcopus Villaret, qui statim præ-
 scripsit omnimodam exequutionem lati a se Decreti,
 non obstante *quovis privilegio, vel quavis consuetu-*

dine a Capitulo afferenda pro privata benedictione
Fontis Baptismalis in Sabatho Sancto .

Evenit quoque, ut a Gallico regimine demandata fuerit
Coemeteriorum constructio, in quo fidelium cada-
vera sepelienda essent, hinc Parochi Capituli posses-
sionem super perceptione funeralium desiisse autama-
runt, cum illud, utpote jure sepeliendi privatam,
nec peragere exequias, nec emolumenta percipere
posse contendant .

Restitutis rebus S. Congregationi preces obtulit Capitu-
lum, ut ad primæva jura redintegraretur, et ad
cautelam declararetur competere Capitulo jura huc
usque memorata . Hæ Vicario Apostolico remissæ
fuere die 13. Januarii 1816., ut opportuna documen-
ta transmitteret auditis Parochis, et Capitulo . Vix
cognitis precibus, in Secretaria apposuerunt Parochi
protestationem cum consuetâ clausula *nihil transeat*,
unde die 3. Augusti 1816. postquam documenta re-
missa fuerant a Vicario Apostolico rescribere opus
fuit *ponatur in folio citata parte* . At memorati Paro-
chi preces exhibuerunt SSmo Sacræ dein huic Coa-
gregationi ablegatas, in quibus exposuerunt „ *bra-
mando ora di progredire nel giudizio (coram S. Con-
gregatione) gli Oratori Parochi supplicano la S. V.
d' ammetterli ad una dilazione, affinchè possano al-
lestire nuovi documenti comprovanti le ragioni, ed i
fatti, che si addurranno nella scrittura del loro Av-
vocato* ; super quibus rescriptum exit. *instent citata
parte* . Tunc preces iteravit Capitulum in quibus
prioris supplicationis verba exscribens postulavit, ut
possessorium prius exlperetur iudicium : sed cum
prima instantia tum possessorium, tum petitorium
iudicium promovere videretur, ac etiam Parochi
nihil transeat apposuissent, et præterea factorum do-
cumenta exhibere polliciti essent ad possessionem la-
bectandam, rescribere necesse fuit, ut citatis Paro-
chis causa proponeretur . Sed Capitulum, ut posses-
sionis iudicium citius expediretur, coram Derthonen-
si Apostolico Vicario Parochos in jus vocavit postu-
lans purgationem spoli, et redintegrationem ad pos-
sionem jurium . Opposuerunt illi iudicis incompe-
tentiam cum introductum, et radicatum dicerent in
S. hac

S hac Congregatione iudicium; super quo incidenti iudicans Ordinarius, se Judicem competentem declaravit, a qua sententia ad Metropolitanum Januensem appellarunt Parochi, qui Derthonensis Curiae iudicatum revocavit, ac Capitulum in expensis condemnavit.

Illico a Capitulo provocatum fuit ad S. Sedem, precesque renovatæ S. huic Congregationi, quæ tum Derthonensem Episcopum, cum Januensem Metropolitanum de sua sententia rogavit præfixo litigantibus termino. Causa itaque super possessione, ac spolio dumtaxat proponitur, nec non super iudicatio Curie Archiepiscopalis Januensis in ea tantum parte, quæ respicit condemnationem Capituli in expensas. Silent Parochi, quorum dumtaxat folia quædam remisit Ordinarius: Capitulum vero allegationem typis impressam distribuit, in qua refellit rationum momenta a Parochis in memoratis foliis recensita.

Quæritur in primo dubio an constet de Spolio, ita ut sit concedenda manutentio, et quatenus opus sit, redintegratio in possessione, seu quasi iurium benedicendi private fontem et Cereum Paschalem cum interven- to parochorum, pulsandi campanas ante cæteras Paræcias, et Sacra distribuendi Olea. Capituli defensor utrumque extremum in hac Spolii causa adesse probat; primum scilicet legitimam possessionem in Capitulo spoliato tot mandatis A.C. et S. Congregationis resolutionibus, ac decretis firmatam, atque etiam in petitorio iudicio, ex quo coloratur possessio; in qua Capitulum permansit ad annum usque 1807. ut ex Episcopi Derthonensis informatione patet, inductis testibus, et libris Capitularibus, qui in Archivio servati plene probant favore etiam Ecclesie ex *Rot. Rec. dec. part. 19. dec. 152. num. 7.* et ex quibus patet etiam non semel Parochos attentasse contra horum iurium possessionem, pro qua Capitulum semper vigilavit, eosque refrænandos curavit. Evidens autem est alterum extremum usurpativæ possessionis penes Parochos. Nec enim usurpatorum notam effugiunt ob decretum, quod intercessit, Episcopi Villaret, cum spolium æque committatur, dum privata auctoritate quis aliena usurpat, ac dum iudicis decreto nullo,

et

et injusto id fit *Surd. Cons. 28 num. 24. Cyriac. Controu. 500. num. 41. Rot. Rec. part. 13. dec. 375. n. 10. et part. 18. dec. 90. num. 2.* Jamvero decretum Episcopi Villaret, primo nullum fuit ex defectu citationis *text. in Cap. Eccl. S. Mariae de const. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 348. Ubert. de citat. cap. 14. num. 102.*, qui suppleri nequivit extrajudiciali Capituli interpellatione *Rot. dec. 204. part. 18. reser. num. 6.*, vel qualitate decreti, utpote liti inter personas privatas ad instantiam parochorum contra privata jura Capituli, non vero per modum legis universalis, vel demum qualitate decernentis Episcopi Villaret, qui utut amplissimis facultatibus prælitus nequibat simplici decreto alterius juri quæsito derogare, quod nec tollere solet Summus Pontifex, ac præsertim in themate, cum accessisset rejudicatæ auctoritas post rem tum in possessorio, cum in petitorio fuisse discussam distributis utrinque allegationibus. Ex his concludit præfatus defensor constare de spolio, ac proinde esse Capitulum ad sua jura redintegrandum. Sed ex hujus judicii natura sequi autumat in secundo dubio refectionem expensarum tum judicialium tum extrajudicialium, ut post *Text. in l. 2. Cod. ad leg. Aquil. ibiq. Glos. in verb. Aqua firmavit Rot. in Cornetana Spolii 6 Jun. 1777. §. 6. cor. Sentmanat*; quin de bona vel mala fide Spoliantium inquiri debeat *Rot. loc. cit. dec. §. 7.*

Agitur in tertio dubio an servanda sit sententia Curiae Archiepiscopalis Januensis non quidem quoad competentiam, cum a Capitulo succumbente appellatum fuerit ad S. Congregationem, cujus competentiam Parochi sustinent, sed quoad condemnationem expensarum. Hujus sententiæ nullitatem conatur ostendere, qui Capituli jura tuetur, primo ex defectu jurisdictionis, quia Metropolitanus utpote inferior S. Pontifice judicare non poterat de competentia inter Tribunal Ordinarium Episcopi, et Tribunal Delegatum S. Sedis, ac proinde de competentia sui superioris, sed necesse erat, ut Parochi de avocatione causæ a Derthonensi Curia rogarent vel ipsum Sanctissimum, vel Tribunal Signaturæ, aut Auditorem Sanctissimi. Alteram nullitatem desumere nititur ex capite inju-

sti-

sitiæ cum nec ex informatione, quam ab Ordinario exquisivit S. Congregatio, nec ex rescripto *instet citata parte* sequatur iudicii contestatio, quod non a commissione, aut decreto citandi, sed a citatione dumtaxat suum sumit exordium *Rot. recent. part. 17. dec. 161.*, unde ruen te sententia, concidit etiam condemnatio in expensis, quæ potius sunt Capitulo a Parochis compensandæ ceu temerariis litigantibus.

In quarto dubio sermo est de possessione juris peragendi exequias in Collegiata, percipiendi emolumenta funeralia non obstante constructione Coemeterii publici, quam possessionem firmam manere debere censet Capituli defensor. Jus enim exigendi funeralia, et peragendi exequias non ex tumultatione, sed ex transactione anni 1555., cujus observantia demandata fuit a S. Congregatione. Quamquam et illud notandum sit cæmeteria causa publicæ valetudinis subrogata fuisse singularum Ecclesiarum sepulturis, ita, ut quæ Ecclesia jus habebat tumultandi in propriis sepulchris, nunc jus istud exercent in publico Cæmeterio; ac proinde non sublatum jus sepeliendi fuit, sed tantum variatus locus; quod profecto non impedit emolumentorum perceptionem, et jus peragendi exequias.

Dubia proponuntur.

- I. *An constet de Spolio, ita ut Capitulo Collegiatae Novarum sit concedenda manutentio, et quatenus opus sit, redintegratio in possessionem, seu quasi juris privati benedicendi Fontem, et Cereum Pascholem in die Sabathi Sancti cum interventu Parochorum S. Petri, S. Andreae, et S. Nicolai vel per se, vel mediantibus eorum Deputatis, nec non in eadem die pulsandi Campanas ante caeteras Ecclesias Parochiales, atque in possessione distribuendi in Feria V. Olea Sancta caeteris Parochis in casu ec.*

Et

Die 24. Martii 1821.
Et quatenus *Affirmative*.

II. *An sit locus refectioni expensarum judicialium, et extrajudicialium favore Capituli Collegiatae Civitatis Novi in casu ec.*

III. *An Sententia Curiae Archiepiscopalis Januensis sit servanda quoad condemnationem expensarum, seu potius expensae sint compensandae in casu ec.*

IV. *An Capitulo Collegiatae Novi sit concedenda manutentio in possessione juris peragendi exequias in propria Ecclesia, et percipiendi emolumenta juxta solitum, non obstante constructione publici caemeterii in casu etc.*

Die

Die Sabathi 14. Aprilis 1821. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

EUGUBINA PRAEPOSITURÆ. Vacante per obitum Ignatii Hondedei Præpositura, quæ prima post Pontificalem dignitas est in Eugubina Cathedrali, duo ex Canonicis, qui de *Massa veteri* nuncupantur, testimoniales ab Episcopo obtinuerunt litteras, quibus uti possent apud S. Sedem, penes quam Præbendæ, utpote primæ Dignitatis, conferendæ jus erat, atque potestas. Primas obtinuit Canonicus Joseph Pecci, qui pluribus jam ab annis in eadem Ecclesia Theologi munereungebatur sub data 10. Martii præteriti anni, dein alias obtinuit Canonicus Alexander Elisei sub die 19. ejusdem mensis. Placuit **SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO** primo gratiam conferre, ejusque favore pridie Idus sequentis Aprilis Apostolicæ collationis literæ expeditæ fuerunt ea sub lege, ut eo ipso vacaret Theologalis Præbenda, quam idem Sanctissimus vigore reservationis contulit in Sacerdotem Fortunatum Benedetti.

*Sess. 22. cap. 2.
et sess. 24. cap.
12. de Reform.*

Statim Proposituræ possessionem nactus est Peccius, Sed id ægre ferens Canonicus Elisei exeunte sequenti mense Septembris preces eidem Sanctissimo obtulit, exponens sibi, „ *de jure spetta il dritto di ozione* — unde de nullitate provisionem accusans postulavit, ut sibi fas asset apud hunc amplissimum Ordinem jura sua experiri. Annuit Sanctissimus edito Rescripto per Secretariam Memorialium die 30. ejusdem mensis, quo remissæ fuerunt preces ad *S. Congregationem Concilii cum facultatibus necessariis, et opportunis, etiam cum clausula de aperitione oris.*

Ut primum mihi delatæ sunt Canonici Elisei preces, Episcopum super iis requisivi, ut audito Capitulo,

et Praeposito Pecci suam redderet Informationem, suumque aperiret votum transmissis Capitularibus Constitutionibus. Tum Antistes, tum Capitulum contrariam Elisei sententiam amplectuntur. Tunc tribus concordatis Dubiis dicta haec dies est definiendae causae, distributis hinc inde allegationibus.

Actor Canonicus Elisei contendit Apostolicas literas, quibus Praepositura collata est Josepho Pecci, nullas, irritasque esse ob vitium subreptionis, quia in precibus a Peccio Sanctissimo oblatis reticentum est, inter Eugubinae Ecclesiae Canonicos optioni locum esse, cum aliqua Praebenda vacaverit. Cum enim id reticeatur, quod sciens Summus Pontifex aut nullimode, aut saltem difficiliter gratiam concessisset, gratia ipsa irrita reddetur ad tradita per *Pirringh. in jus. Can. de Rescript. sect. 3. num. 74. Reiffenst. in jus. Can. eod. tit. §. 7. num. 162. Rota in Leodien. Canonatus 3. Julii 1761. §. 7. coram Frangip., et in Firmana Capellaniae 3. Julii 1767. §. 8. coram Azpur.* „

Urget etiam Elisei Defensor ex hac optione jus oriri singulis Canonicis transeundi ad vacantes Praebendas, cui quidem juri vulnus inflixit collatio facta favore Pecci, quia Summus Pontifex ignoravit jus illud, quo potiuntur Canonici. Ex hac igitur reticentia in precibus Pecci derogatum fuit juri alteri quaesito, quod numquam voluisse praesumitur Pontificem, nisi id expressis verbis fuerit declaratum *Peret. in Cod. de Prec. Imp. offer. §. 4. Rota in Compostellana Parochial. super novis literis 11. Martii 1763. §. 3. coram Caprara Praesertim quia Peccius jam in Capitulo Praebendam Theologalem obtinebat, ac proinde vetitum ipsi erat per optionem Capitulo competentem ad aliam transire praebendam Gonzalez. Reg. 8. Cancell. glos. 34. num. 81. Garzias de Benef. par 5. c. 4. num. 134. S. Congreg. in Ast. 26. Februarii 1601.* Nec dici potest Peccium, qui utpote Canonicus Theologus inhabilis erat ad optandam Praeposituram, dispensatum ab hoc impedimento per literas Apostolicas fuisse. Nam statim ac Summus Pontifex ignorabat optionis jure potiri Capitulum, nec potuit, nec voluit dispensationem indulgere.

Ut autem in facto probet, Canonicos Eugubinae Ecclesiae optionis jure donari; quatuor adducit Testes Sacerdotes, qui referunt „ *Che i Canonici di minor Prebenda subentrano alla vacanza delle Prebende maggiori, e tutti vi hanno indistinto diritto di ozione, e la scelta poi dipende da Roma, o dallo stesso Capitolo, a norma della Regola 9. della Cancellaria*
Vacando poi la Propositura tutti i Canonici componenti l'intero corpo del Capitolo hanno comune, ed indistinto il diritto di ottarvi, nè esiste caso, nel quale siasi veduto il Canonico Theologo, o Penitenziere alla detta Propositura prescelto, nè mai si è saputo, che v'abbia ottato, e la scelta frà gli aspiranti, trattandosi di Dignità, dipende sempre dalla volontà del Sommo Pontefice.

Id ipsum confirmat Notarius sese referens ad Resolutiones Capitulares ab anno 1570., usque ad annum 1817. Unde Canonici Elisei Defensor concludit, Peccium nec rite, nec recte institutum fuisse in Praepositura vigore literarum Apostolicarum, quae vitio subreptionis inquinabantur, ac proinde ad illam optare tantummodo posse suum Clientem, cum caeteri omnes Canonici juri optionis valedixerint.

E contrario novi Propositi Defensor negat vel obreptionis, vel subreptionis vitio laborare Apostolicas literas favore sui Clientis obsignatas, cum in iis nec falsum expositum, nec ulla reticita fuerit veritas, cujus cognitio Pontificem a concedenda gratia retraxisset. Hoc in casu vetitum est, et ipsi supremæ authoritati injurium, beneficium aperiitionis oris concedere *Cardinalis de Luca de Jurid. dis. 8. nu. 6. Rot. eorum Crescentio decis. 116.. num. 6. et cor. Olivatio dec. 629. n. 1.*

Enim vero qualitas Canonici Theologalis, qua Peccius fruebatur, non solum expreis verbis Summo Pontifici exposita fuit tum in supplici libello, tum in literis testimonialibus Episcopi, sed imo ita eam prae oculis habuit Pontifex, ut in Bulla collationis ejus vacationem eo ipso indixerit, ejusque collationem S. Sedi reservaverit. Si igitur Pontifex probe novit agi de prima Dignitate cathedralis, si expresse

expositum fuit optantem ad illam esse Canonicum Theologum, et nihilominus gratiam obsignavit, quae postea executioni demandata est, si demum vacantem, et S. Sedi reservatam Praebendam Theologalem in alium contulit, nequit modo irritam hanc gratiam reddere, quam supremus collator et potuit, et voluit concedere.

Quo vero ad optionem Capitulo competentem, eam negat in factio Peccii Defensor, et ex jure nullum praebere impedimentum gratiae concedendae contendit. Ex actu siquidem Capitulari constat - *che questo Capitolo, e singoli Canonici non hanno mai goduto il dritto dell'opzione* - Id ipsum confirmat Episcopus in sua Informatione - *nulla unquam extitit in Capitulo Cathedralis Eugubinae Canonicatus optandi species* ,, Quin contrarium probent Testes a Canonico Elisei inducti, qui facile conciliantur cum praedicto actu Capitulari. Licet enim verum sit, posse omnes Canonicos in casu vacationis alias optare praebendas, licet aliquando contigerit eos ab una ad aliam fuisse translatos, statim vero ac additur - *la scelta poi dipende da Roma, e dallo stesso Capitolo* - et quoad Proposituram, - *la scelta fra gli aspiranti, trattandosi di dignità, dipende sempre dalla volontà del Sommo Pontefice* - Sequitur inde non agi de vera optione qua Praebendati in aliquibus aliis Cathedralibus fruuntur, et cujus vigore jus habeant juxta certas *antiquitatis* regulas ad consequendum vacans Beneficium, sed de eo generali jure, quo omnes Ecclesiastici, quibus nullum obstat Canonicum impedimentum, donantur instandi penes collatores pro assequendo Beneficio.

Vera enim optio est jus quoddam, quo antiquiores Canonici propria dimissa Praebenda, aliam vacantem, quae reservata non est, intra certum tempus eligere, et consequi valent, ut post *Monet. de opt. cap. 1. n. 13. Barbos. de Can., et Dignit. cap. 30. num. 1. et seq. Scarfant. ad Ceccopier. lib. 4. tit. 6. n. 1.* S. Congr. in *Sutrina Stalli 7. Julii 1770.* Pugnant hinc inter se, ut Canonici jus habeant verae, ac realis optionis, et tamen concurrentium electio pendeat a voluntate Capitali, vel Summi Pontificis. Nam optio jus tribuit

optanti assequendi Beneficiam, nec locum Superiori collatori relinquit, nisi in casu, quo optans jus suum intra legitima tempora exercere neglexerit *Text. in cap. fin. de cons. in 6*

Arguit etiam Pecci Defensor nullam in Cathedrali Eugubina dari posse optionem ex iis, quæ notantur in actu Capitulari, „ *perchè quivi non sono prebende distinte, ma Massa comune* „. Nam Bonifacius VIII. in *cap. ult. de consuet. in 6.* expresse loquitur de consuetudine, vi cujus antiquiores Canonici gradatim meliores, si voluerint, possint cum vacant per se, vel per alios optare præbendas „ Hinc cum inter Eugubinos Canonicos de *Massa veteri* nulla sit Præbendarum distinctio, sed illæ omnes æquale Præbendatis conferunt emolumentum, quod ex communi *Massa* profluit, deficit subjectum optionis, quia deficit inferior Præbenda, quæ cum meliori possit commutari.

Ita ad rem tradit *Barbos. de Canon. et Dignit. cap. 30. num. 4.* „ *Aut est certus numerus Canonici, et totidem etiam Præbendæ, sed eæ distinctæ non sunt, imo bona sunt quoad dominium Capituli communia, super quibus bonis quasi in confuso, absque actuali aliqua distinctione institutus numerus Præbendarum correspondens numero Canonici; et tunc si Capitulum per Officiales suos bona administrat, et de fructibus collatis tot facit æquales portiones, quot Canonici, non potest etiam introduci hæc consuetudo; cum enim non sit dare unam ex his portionibus melioribus, non cadit electio, neque optio* „.

Addit insuper quod etiam si vel ex statuto, vel ex consuetudine vigeret optio in Capitulo Eugubino, tamen hoc jus silere prorsus deberet in casu vacationis Præposituræ, quæ est prima post Pontificalem Dignitas. Ex regula siquidem quarta Cancellariæ Summo Pontifici reservatæ sunt primæ Dignitates in unaquaque Cathedrali Ecclesia. At optio exerceri nequit quoad Beneficia, quæ S. Sedi sunt reservata, ut post *laud. Textum in cap. ult. de cons. in 6.*, passim tradunt *Barbos. de Can., et Dign. loc. cit. numer. 22. Monet. de optio. Canonic. cap. 3. num. 37. Rota in Recent. decis. 285. num. 2. par. 9. et decis. 140. num. 8., et 9. par. 10.*

Unde concludit inutili labore quæstionem institui tum de optione in genere, tum an ea exerceri queat a Canonico Theologico, cum res sit in præsentî causa de libera collatione facta a Summo Pontifice in vim generalis reservationis cujuscumque Primæ Dignitatis, quo in casu omne optionis jus evanescit.

His perpensis, aliisque rationum momentis, quæ ab utraque parte afferuntur, dignentur EE. Patres dirimere quæ sequuntur, dubia

I. *An sit locus apositioni Oris in casu etc.*

II. *An Canonicus Theologus Pecci dicendus sit rite, et recte institutus in Præpositura Ecclesie Cathedralis Eugubinae in casu etc.*

Et quatenus negative

III. *An, et cujus favore sit locus optioni in casu etc.*

Ad I. Negative, et amplius.

Ad II. Affirmative, et amplius.

Ad III. Provisum in præcedentibus.

Sess. 22. cap. 4. et sess. 25. cap. 4. de Reform. **R**OMANA CAPELLANIAE. Fr. Raymundus Capizucchi Sacri Palatii Apostolici Magister ex Ordine Prædicatorum priusquam in amplissimo Purpuratorum Collegio cooptaretur, anno 1676. usumfractum tot Bonorum annui redditus scut. 107., et ob. 60. donationis titulo contulit in Fr. Josepho Cenci, qui tunc inter Ephebos ejusdem Religiosæ Familæ versabatur. Has condiciones in publicis Donationis Tabulis adjecit; ut Donatarius statim ac per solemnem professionem vota nuncupasset, libere frueretur annuo redditu scut. 60. *pro suis Religiosis indigentis*; post mortem vero Donantis consequeretur superxtantia

tia scuta 47. et ob. 60. cum onere duarum Missarum in qualibet hebdomada celebrandarum in loco sibi beneviso.

Vita autem functo Donatario annum hunc reditum donans contulit in Primogenitum ex familia Cincia, et sic de Primogenito in Primogenitum masculum in perpetuum, ita ut in perpetuum teneantur, et obligati sint celebrari facere in Ven. Ecclesia S. Thomae Paraecia de jure patronatus familiae Cinciae regionis arenulae, et in Capella, seu Altari S. Francisci Missas de requie quatuor qualibet hebdomada; atque hisce Primogenitis jus tribuit eligendi, et nominandi Capellanum cui tenerentur pro elemosyna dictarum Missarum persolvere annua scuta viginti quinque ultra subministracionem pro dicta celebratione utensilium necessariorum, et restantia scuta annua octuaginta duo, et ob. 60. in beneficium, commodum, et utilitatem primogeniti pro tempore tendant, et cedant.

Voluit demum Donans, ut in quovis casu, quo vel Donatarius, vel Primogeniti ex familia Cincia deficerent in adimplemento Missarum, vel quod masculina Primogenitorum linea exaresceret; tunc jus praefatum eligendi, et nominandi Capellanum in dicta Capella S. Francisci Ecclesiae Parochialis S. Thomae ad Rev. Priorem pro tempore existentem in Conventu S. Mariae supra Minervam una cum omnibus introitibus integre, et absque ulla diminutione spectent, et pertineant, dictique introitus erogentur ad beneficium, usum, commodum Sacristiae arbitrio dicti Patris Prioris.

Exaruit reapse linea masculina Primogenita familiae Cinciae circa annum 1744., et tunc frustra obnitente Comitissa Portia Cenci, quae sententia A. C. rejecta fuit, jus nominandi Capellanum, et omne Pii Legati emolumentum transiit ad Sacristiam S. Mariae supra Minervam, cujus Prior ad annum usque 1804. donantis voluntatem in omnibus adimplere curavit. Eo anno expositum SSmo fuit a Priore tunc temporis conventus, „ come il fu Cardinal Capizucchi lasciò per testamentaria disposizione al suo Convento della Minerva un Legato di sc. VENTIGINQUE con la legge di celebrare o far celebrare 4. messe di Requie la Settimana nella Cappella di S. Francesco nella Venerabile Chiesa Pa-

rocchiale di S. Tommaso a Genci, che sono annue Messe numero 208., ma poichè alla giornata un tal legato si rende gravoso,, ideo postulavit,, un adeguata riduzione,, et voti compos factus est per Rescriptum R. P. D. Secretarii Rev. Fabricicæ S. Petri sub die 17. Augusti ejusdem anni, quo concessum est,, Missarum onera in posterum adimpleri cum centum et decem Missis quolibet anno celebrandis,,.

Sed brevi annorum circulo omnia subvertit hostilis Pontificiæ Ditionis occupatio, et honorum omnium ad Ecclesias spectantium usurpatio, et nonnisi proxime elapso anno Capitalia superextantia ex donatione Cardinalis Capizucchi recuperavit V. Sacristia, quorum annui olim reditus scut. 107. 60. modo cohibetur ad scuta 72. 40. Interea novus Parochialis Ecclesiæ S. Thomæ Rector Petrus Giorgi sui muneris esse putavit integram Missarum satisfactionem curare in sua Ecclesia juxta Donantis voluntatem Actum primum est coram R. P. D. Auditore SSm̃i super pertinentia causæ, quam prior putabat spectare ad S. Congregationem Visitationis, a qua obtinuerat facultatem celebrandi Missas in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, e contra Parochus postulabat remitti ad hanc S. Congregationem, quod obtinuit per decretum diei 22. Maii 1819.

Tunc rogavi Eñm Urbis Vicarium ut super instantia P. Prioris pro reductione, et translatione Missarum, quæ ob acta judicialia coram R. P. D. Auditore SSm̃i suspensa remanserat, votum suam aperiret, et novam a Parocho exhibitam eidem remisi. Die 8. Martii præteriti anni; cum nondum superextantia Capitalia recuperata erant, ut superius monui, informationem reddidit cl. me. Cardinal. Litta in hæc verba,,

„ Raymundus Cl. Me. Cardinalis Capizucchius labente Anno 1636. Capellaniam juris patronatus laicalis erexit in Ecclesia S. Thomæ, uti dicunt, ad Cincios de Urbe cum onere celebrationis quatuor Sacrorum in singulas hebdomadas. Dotem porro constituit in sorte scut. 2725. quæ annua scut. 107. et oblos 60. reddebant, uti asseritur,,

„ Cum R. Prior pro tempore Coenobii S. Mariæ supra Minervam de Urbe activo jure nominandi potitus fuis.

- „ fuisset , annui Capellaniæ redditus negligi caeperunt
 „ ex quo factum est , ut ad scuta 56. et obol. 85. in
 „ annos singulos imminuti fuerint. Hac de causa lau-
 „ datus Prior contendit se petiisse , atque obtinuisse
 „ diminutionem , ac traslationem Missarum , et re-
 „ vera ex eo tempore Sacra centum quotannis cele-
 „ brare cæpit , quinquaginta videlicet in altari a Car-
 „ dinali designato , et alia quinquaginta in Ecclesia S.
 „ Mariæ supra Minervam . Hujus autem concessio-
 „ nis monumentum a nemine hactenus mihi exhi-
 „ bitum fuit . „
- „ Interea cum exteris in Italia dominantibus . Religio-
 „ sorum patrimonia gravissimum acceperunt detri-
 „ mentum factum est , ut publicis demum rebus
 „ compositis , laudatus Coenobii Praesul supplex adie-
 „ rit E. V. V. exorans Missas , de quibus agimus , ad
 „ minorem numerum reduci , sibi que concedi , ut eas
 „ in sua Ecclesia celebrare posset . Utque preces rationi
 „ inniti ostenderet , annuos Capellaniæ redditus ita im-
 „ minutos esse exponit , ut summam vix aequent scut
 „ tor. 4. et obol. 33. id scilicet malum ex eo dimana-
 „ quia fructus Locorum Montium decurtati admodum
 „ sunt , ac capitalia censuum sibi sumpsit publica
 „ tunc temporis dominatio . „
- „ Quamquam haec omnia spernenda profecto non sint
 „ attamen id pondus eisdem tribui debere non antu-
 „ marem , quod Orator contendit . In primis enim ,
 „ quidquid sit de locis Montium , quorum fructus
 „ nullum decrementum post ultimam calamitatem
 „ passi sunt , ad Census quod attinet , qui maxi-
 „ mam fundorum partem constituunt , Summus
 „ Pontifex Edicto imperavit , publicum Aerarium re-
 „ pendere debere quidquid locis piis exterorum jus , ar-
 „ bitriumque abstulerat . Suas hinc Orator asserit
 „ instantias proposuisse Administrationi , uti vocant ,
 „ debiti publica a Supremo Principe constitutae pro
 „ hac indemnitate recipienda . Jam vero si haec ces-
 „ satio fructuum Censuum temporaria est , si non ita
 „ multo post tam capitalia , quam fructus eorum-
 „ dem Capellaniæ reddendi sunt , quisquam plane
 „ intelligit perpetuam hanc Missarum reductionem

- ” impertiendam non esse, cum onerum imminutio
 ” fructuum imminutioni debeat respondere.
 ” Idem de translatione Missarum dicendum videtur.
 ” Etenim non modo eidem obstat lex foundationis,
 ” ac dissensus Rectoris Ecclesiae S. Thomae ad Cin-
 ” cios, verum etiam nulla adest utilitas, vel neces-
 ” sitas, quae eam concedendam esse suadeat.
 ” Hinc totis viribus pro superius recensita compensatio-
 ” ne obtinenda incumbendum censerem, eaque con-
 ” sequuta Missas ad aequam lancem pro stabili, tuta-
 ” que fructuum ratione in perpetuum librandos fore
 ” existimarem.”

Concordatis in contradictorio quatuor dubiis Cau-
 sa proponitur distributis ex parte tantum Sacristiae
 et Prioris S. Mariae allegationibus, cum Parochus ob
 tenuitatem reddituum suae Paroeciae nequeat sup-
 plere expensis.

Quæritur in *primo Dubio*, an locum habeat caducitas
 a legato contra Sacristiam ob cessationem celebra-
 tionis Missarum, et omissionem nominationis Ca-
 pellani. Hanc caducitatem Parochus eruere conten-
 dit ex præsumpta Donantis voluntate. Si enim illa
 expresse cavet, ut si vel Fr. Joseph Cenci, quem
 summo opere diligebat, et in quem primum suae do-
 nationis compendium contulit, si Primogeniti de
 Cinciis, quos Patronos nominaverat, per annum ab
 implemento oneris Missarum, vel nominatione Capella-
 ni abstinuissent, statim et primum, et alteros ab omni
 jure, et emolumento extorres fecit, ita etiam cum
 Moderatores Sacristiae et Prior Conventus per plures
 annos neglexerint nominare Capellanum, et Mis-
 sas celebrare non fecerint juxta donantis præscri-
 ptum, eos caducitatis poena plectendos esse videa-
 tur. Nam ubi eadem militat ratio, eadem militare
 debet juris dispositio ad *Text. in Leg. Illud ff. de Leg.
 Aquil.*

Sed defensor Sacristiae caducitatem excludit *tum* quia
 nunquam hæc poena comminata reperitur in Tabu-
 lis donationis contra Sacristiam, quæ imo substitu-
 ta est iis omnibus, qui ob inadimpletas conditio-
 nes a legati emolumento cecidissent. Nec certe hæc
 poena, quæ maxima est, potest quovis argumento
 etiam ex majoritate rationis trahi ad alium casum,
 alias-

aliasque personas contra quod Donator expressit ad *Text. in Leg. Paterfamiliaff. de haered. instit. Fusar. de subst. quaest. 575. num. 1. Rota in Recent. decis. 215. num. 9. par. 15. et cor. Oliv. decis. 603. num. 9.* Tum quia ad evitandam odiosæ caducitatis poenam quælibet vel levis sufficit causa, nec anquam aliquis in eam incurrisse censetur, nisi concurrant positiva culpa, malitia, ac dolus. *Cardinalis de Luca de fideicom. disc. 88. n. 11. Rota cor. Ansal. dec. 271. n. 24. cor. Molin. dec. 1081. n. 19. et cor. Olivat. d. dec. 603. n. 1., et 2.* Tum demum quia reapse plurimæ, ac momentosissimæ causæ, intercesserunt differendi nominationem Capellani, et diminuendi suffragia absque ulla suorum Clientum culpa. Quæ quidem causæ petuntur ex hostili invasione status Ecclesiastici, ex usurpatione bonorum omnium ad loca Pia spectantium, ex diminutione reddituum, eorumque dilata restitutione usque ad proxime præteritum annum.

Ex primi Dubii resolutione pendet secundi iudicium.

Nam si nulla caducitatis poena plectendi videntur Sacristiæ Moderatores, et Prior, sequitur ut ex aperta Donantis voluntate sartum, tectumque sit jus Priori nominandi Capellanum pro satisfactione Missarum, et addicendi Sacristiæ commodo superstantes Legati Pii redditus.

In tertio Dubio quæritur de loco, ubi celebrandæ sint Missæ. Fatetur Sacristiæ Defensor ex voluntate Fundatoris celebrationem faciendam esse in Parochiali Ecclesia S. Thomæ, sed orat ut consulatur Sanctissimo pro derogatione legi foundationis ad hoc, ut celebratio expleri possit in Ecclesia S. Marie supra Minervam. Sed Parochus urget executionem voluntatis Donantis, cum nulla suppetat justa causa eam commutandi, quod certe fieri non posse, nisi urgente necessitate, et justa concurrente causa sæpe sæpius decrevit hæc S. Congregatio, præsertim in Civitatis Castellanae Capellaniæ 2. Maii 1818., et in Mantuana ejusdem diei, et anni.

Urget etiam Parochus satisfactionem utensilium, de quibus expresse meminit Cardinalis Capizucchi, dum pro Capellano scuta viginti quinque assignavit „*ultra subministrationem pro dicta celebratione utensilium*

lium necessariorum,, quorum utensilium jacturam fecit ob translationem Missarum ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ.

In quarto demum Dubio contendit Defensor Sacristiæ constare de reductione Missarum ex Rescripto Secretariæ Rev. Fabricæ lato ex Audientia Sanctissimi, vi cujus Missæ ad numerum centum decem redactæ fuerunt. Porro adversus Summi Pontificis Rescripta obloqui nequit, nisi prius facultas data sit cum clausula *de aperitione Oris*. Præsertim cum laudato Rescripto adjecta inveniantur verba,, *contrariis quibuscumque non obstantibus*, unde eruitur derogatio etiam voluntati Donatoris ut post *Text. in Cap. 1. de Const. 126. tradit Rosa de exequat. Litt. Apost. p. 1. cap. 5. num. 183., et Rota in Augustana, seu Constantien. Canonatus 12. Mart. 1756., §. 10. coram Caprara.*

Verum enim vero Parochus nihil obstare putat Rescriptum appositum precibus, in quibus verum reticendum, et falsum expositum dicit. Etenim in supplicii libello narratum minime est, Sacristiam frui integro legato a Cardinali Capizucchi relicto, ut ex eo detractis Missarum eleemosynis, et utensilibus superextans emolumentum in Sacristiæ utilitatem erogaretur; nec etiam expositum quod Donator suam piam largitatem ita conclusit,, *Licet introitus praesentium, et aliorum pro tempore faciendorum investimentorum in aliqua parte deficerent, nihilominus semper, et donec remaneat debita elemosyna pro celebratione dictarum missarum, ut supra ordinata, ipsae missae semper absque ulla reductione celebrentur*, Sed e contra falso expositum fuit, Cardinalem Capizucchi reliquisse,, *al Convento della Minerva un Legato di scudi venticinque con la legge di celebrare, o far celebrare quattro messe di Requie la Settimana*, unde obreptionis, et subreptionis vitium scatet, quo Pontificium Rescriptum inficitur ad *Text. in cap. Illud de Jurepatron. in 6. Rota coram Riminaldo decis. 31. num. 20., et in Compostellana Parochialis super novis literis 16. Februarj 1753. §. 2. coram Elephantutio.* Quod si tunc nulla fuit causa concedendæ reductionis; eo magis nunc, cum ex exhibito calculo an-
nui

qui reditus sunt in scutis 72. , et obol. 40., posthabita quavis reductione, Missæ in integro numero celebrandæ sunt juxta foundationem .

Dubia igitur proponuntur .

I. *An Religiosi S. Mariæ supra Minervam in vim cessationis a celebratione missarum Capellaniæ erectæ in Ecclesia Parochiali S. Thomæ ad Cincios a clar. mem. Cardinali Capizucchi , et omissionis nominationis Capellani decesserint a beneficio nominationis Capellani , et administrandi bona dictæ Capellaniæ in casu etc.*

Et quatenus affirmative .

II. *An , et ad quem spectet nominatio dicti Capellani , et administratio bonorum in casu etc.*

III. *An præfati Religiosi celebrare queant missas dictæ Capellaniæ extra Ecclesiam S. Thomæ ad Cincios contra statutum in Instrumento erectionis an. 1676. in casu etc.*

IV. *An , et quomodo constet de prætensa reductione missarum in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus .

Ad II. Affirmative , et spectare ad Priorem pro tempore existen. in Conventu S. Mariæ supra Minervam .

Ad III. Negative .

Ad IV. Dilata , et obtenta aperitione Oris providebitur .

Quinque subjiciuntur Causæ ad præteritæ Congregationis Folium spectantes, quæ ob aliarum gravitatem indecisæ remanserunt.

Sess. 24. C. 14.
De Reform.

ROMANA DISTRIBUTIONUM.

Dubium I. *An, et quæ mensualitates, et a quo tempore debeantur Beneficiato Josepho Marianoni a Collegio Beneficiorum in casu etc.*

Dilata, et ad Emum Vice-Cancellarium, qui cogat Collegium ad exhibendam redditionem rationum indicata erogatione omnium subventionum provenien. ex Chirographo S. M. Pii VI., et indultis S. Congregationis, et dignetur referre cur solutis currentibus mensualitatibus non sint ex annuo superextante redditu solvendæ si quæ sunt mensualitates adhuc debitæ, et cur in posterum si redditus augeantur vel minuantur non sint proportionabiliter pro rata augendæ, vel minuendæ mensualitates ad formam Bullæ erectionis, et prout de jure.

Sess. 25. C. 8.
de Reform.

TUDERTINA REDDITIONIS RATIONUM, ET CONCORDIÆ.

Dubium - I. *An, in qua summa, et contra quem constet de credito Montis Pietatis in casu etc.*

II. *An, in qua summa, et a quo tempore debeantur fructus in casu etc.*

III. *An, et quomodo sit probanda concordia in casu etc.*

IV. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolute in casu etc.*

Ad I. Affirmative, et constare de credito Montis Pietatis contra Octavianum Ciccolini in summa scut. 986., et ob. 28., atque de credito contra Leonardum Santorelli in summa scut. 130. juxta votum Em̃i Relatoris.

Ad II. Affirmative a die interpellationis requisitorum Pauli De Castro, dummodo fructus non excedant scuta sex pro quolibet centenario, et anno; et fiat legalis inscriptio pro summis respective debitis.

Ad III. Provisum in præcedentibus.

Ad IV. Affirmative juxta votum Em̃i Relatoris.

BALNEOREGIEN. VISITATIONIS SS. LIMINUM *de Ref.*
QUOAD CURAM ANIMARUM.

Dubium - *An, et quomodo teneatur Canonicus Curatus aegrotos rurículas visitare, eisq̄ue assistentiam praebere dum morti proximi reperiuntur in casu etc.*

Affirmative ad formam Ritualis Romani, et Episcopus curet providere Paræciæ Capellanum Curatum, ne ruriculæ, vel Civitatis incolæ spirituali assistentia careant.

BALNEOREGIEN VISITATIONIS SS. LIMINUM
QUOAD INVENTARIUM.

Sess. 24. Cap.
10 et Sess. 25.
Cap 3. de Re-
form.

Dubium - I. *An omnes, quorum mentio fit in tit 12. Cap. I. Concilii Romani adigendi sint ad exhibendum legale inventarium iuramento firmatum in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An tale inventarium renovandum sit singulis decenniis in casu etc.*

III. *An contra reluctantes procedi possit poena pecuniaria jam comminata, seu potius ea derelicta satius sit censuras, et poenas in dicto Capite Concilii Romani statutas per novam notificationem imponere in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Dilata, et Episcopus transmittat particulas Synodorum.

Ad III. Affirmative ad primam partem, et quoad secundam arbitrio, et prudentiæ Episcopi.

DERTHONEN. SPOLII, MANUTENTIONIS, ET REDINTEGRATIONIS.

Dubium - I. *An constet de Spolio, ita ut Capitulo Collegiatae Novarum sit concedenda manutentio, et quatenus opus sit, redintegratio in possessionem, seu quasi juris privati benedicendi Fontem, et Cereum Pascholem in die Sabathi Sancti cum interventu Parochorum S. Petri, S. Andreae, et S. Nicolai vel per se, vel mediantibus eorum Deputatis, nec non in eadem die pulsandi Campanas ante caeteras Ecclesias Parochiales, atque in possessione distribuendi in Feria V. Olea Sancta caeteris Parochis in casu ec.*

Et quatenus *Affirmative.*

II. *An sit locus refectioi expensarum judicialium, et extrajudicialium favore Capituli Collegiatae Civitatis Novi in casu ec.*

III. *An Sententia Curiae Archiepiscopalis Januensis sit servanda quoad condemnationem expensarum, seu potius expensae sint compensandae in casu ec.*

IV. *An Capitulo Collegiatae Novi sit concedenda manutentio in possessione juris peragendi exequias in propria Ecclesia, et percipiendi emolumenta juxta solitum, non obstante constructione publici coemeterii in casu etc.*

Ad I. et II. *Affirmative in omnibus.*

Ad III. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Ad IV. *Affirmative in omnibus.*

SPOLETANA COLLATIONIS PAROECIAE. Vacante Paroecia S. Crucis in Diocesi Spoletina, Gregorius Cataldi idoneus præ aliis ab Examinatoribus in concursu habitus est, acceptisque ab Episcopo bullis Collationis possessionem obtinuit, fideique professionem emisit die 2. Martii 1819. Sed cum nondum Sacerdotio initiatus esset, Oeconomus Curatus fuit ab Ordinario deputatus, qui Paræciam interim administraret. Ut autem ipse per se posset eam exercere, Sacri Presbyteratus collationem ab Episcopo exoravit, qui tamen ejus votis minime annuit; sed potius alterius vacantis Paroeciæ vulgo *di Pesca* concursum suavit. Atque in eo etiam die 27. sequentis Julii ab Examinatoribus idoneus habitus fuit. Verum contra hunc concursum non nihil opposuit Episcopus, translationemque in alteram hanc paræciam petenti negavit, nec S. Ordinationem, ut priorem saltem, cujus erat possessionem adeptus, per se posset exercere, ipsi concessit; deinde iterum vocatus fuit ad concursum tum pro Paræcia *S. Crucis*, tum pro alia scilicet *di Pesca*, cum hujus nunquam collationem obtinuerit, illius autem collatio obtenta nulla, et invalida diceretur, eo quod concursus publica edicta ipsius Ecclesiæ valvis affixa non fuerint. Ne autem proprio facto quæsito sibi juri valediceret, conditionem propositam minime acceptandam censuit. Sed potius cl. me. Card. Mattei se implorasse auxilium narrat Orator, cujus ope factum dicit, ut epistolam a Cancellario datam die 4. Aprilis 1820. acceperit, qua ipse ad curæ exercitium a nemine eousque impeditum mittebatur, ac sollicitudo Ordines Sacros suscipiendi injūgebatur. Hic tamen animadvertam oportet PP. EE., hanc epistolam in copia mihi traditam fuisse, quin tamen ullo publicæ auctoritatis præsidio fulciatur, ut in judicio probet.

Post hæc semel iterumque instituisse penes Episcopum asserit Orator, ut ad Sacros Ordines promoveretur. Sed interea nova facta est eidem Cataldio indictio concursus pro *S. Crucis* Paræcia, quæ iterum vacare dicebatur, eo quod intra annum Sacerdotium non suscepit. Sed cum id ex sua culpa non evenit

hanc poenam pati recusans supplex S. hujus Congregationis auxilium imploravit .

Rogavi Episcopum de informatione , et voto , ut auditis praesertim Examinatoribus Synodalibus , et Promothore Fiscali referret de Oratoris aetate , moribus , et dispositione ad statum ecclesiasticum , de idoneitate quoad scientiam , et de causis denegatae Ordinationis , et quomodo provisum esset quoad curam animarum .

Vix haec rescripsi, Episcopus translatus fuit ad Ecclesiam Tiburtinam . Quare eadem requisivi a Vicario Apostolico Ecclesiae Spoletinae, cujus responsum per extensum exscribam „ *Acolithus Gregorius Cathaldi mediocri praeditus ingenio, bonis moribus, bonaque spei . . . novem, et viginti annos natus . . . sub datum diei 2. Martii anni 1819. possessionem Parochialis Ecclesiae sub titulo S. Crucis in hoc Spoleti districtu, utpote dignior in concursu de more prae-habito fuerat assequutus. Diverso inde periculo in altero concursu sub die 27. Julii eiusdem anni pro Ecclesia Parochiali Pesciae suum est expertus ingenium; nam cum tunc Episcopus Spoletinus hodie Tiburtum Franciscus Canali pro sua diligentia fuerit prudenter suspicatus, Gregorium Cataldi in hoc concursu ope alterius sacerdotis concurrentis responsis satis fecisse, utrumque excludendum fore decrevit. Haec ex actis Cancellariae, Examinatoribus Pro-Synodalibus, et auditis patent. Hinc dubium idem pro felicitate alterius concursus ortum, nam suspiciones iisdem ferme causis fulciebantur; insuper sive ex oblivione, sive ex industria cur in janua Parochialis Ecclesiae S. Crucis fuerint omissae consuetae edictales literae pro concursus indictione vehementi dubio super validitate laudatus angebatur Episcopus; ideoque ad dubium, litemque omnem dirimendam mens ejusdem Episcopi erat, ut vel in tertio concursu, sincero facto periculo, alteram Parochialem Ecclesiam . . . promereretur, vel ad examen ordinandorum per tempora accederet .*

Ab utroque hoc periculo se Cataldius immunem judicabat. Interim effluxit annus, et ad Sacerdotium non

promotus ex SS. Canonum statutis e Parochia S. Crucis decessisse Episcopo videbatur .

Si Episcopi iudicium tunc Cataldi nimis grave erat, cur querimonias suas inter legitima tempora ad Summum Vestrum Tribunal non detulit? An aliae fuerint Episcopo ab his causae pro denegata ordinatione melatent, nec alias Promothor Fiscalis congerit.

Illa autem, quae praefertur, fel. Record. Eminentissimi Cardinalis Mattei Littera Episcopo data erat sub die 25. Martii 1820. ab anno, et amplius Parochiae S. Crucis habitae possessionis: Parochialis Ecclesia S. Crucis ex eo tempore, et usque nunc Oeonomo provisa fuit, qui naviter animarum curam gerit.

Hæc quoad factum. Nonnulla quoad jus hic observanda, quæ in quæstione proposita locum habere possunt. Ac primo quidem concursum in Paræciis conferendis per publica edicta necessario indicendum esse patet ex cit. Sess. 24. Cap. 18. de Reform.: quod magis etiam declaratum fuit a S. Pio V. in Bulla in Conferendis 51. Deinde promotos ad regimen Ecclesiarum Parochialium ipso jure, et absque ulla monitione præcedente privatos existere Ecclesia sibi commissa, nisi infra annum ad Sacerdotium non conscenderint, expresse statutum est in Concilio Generali Lugdunensi sub Gregorio X. celebratum, ac refertur in c. Licet 14. de elect. in 6., ubi etiam Canon cum in cunctis §. Inferiora eod., corrigitur, juxta quem privationis poena non incurrebatur nisi per sententiam iudicis, ac monitione præmissa: Tandem certum est ex Concilio Trid. Sess. 14. Cap. 1. de Reform., Episcopos posse suis Clericis interdicere ascensus ad S. Ordines ex quacumque causa etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter.

Porro ex his sequitur, Clericum Cataldi e suo decessisse jure cum intra annum Sacros Ordines non suscepit, nec ad Sacram Congregationem recursum habuerit. Quin succenseri possit Episcopo Canali tunc Spoletino, modo vero Tyburtino, ipsum in causa fuisse, cur Clericus Cataldi Sacros Ordines suscipere

nequiverit. Fugit enim primo ob ejus translationem an aliquam causam haberet, ob quam distulit Ordinationem illius. Licet autem Vicario Apostolico lateat hæc causa, clare tamen in Informatione legitur, Episcopum Canali prudenter suspicatum fuisse, ope alterius usum fuisse Cataldi in utroque concursu, unde severiori experimento rem committendam esse duxit. His contra Oratorem accedit in primo concursu ad vacantem Ecclesiam S. Crucis omissa fuisse edicta, quæ adeo solemniter præscripta fuerunt a S. Concilio, et a Summis Pontificibus Pio V. et Bened. XIV.

Verum dici pro Clerico Cataldi posset, Episcopos auctoritate interdicens ascensum ad Sacros Ordines abuti non posse, ac prætextu occulti criminis arbitrio suo a S. Ordinibus impedire, sed prout re ad Greg. XIII. delata rescripsit hæc S. Congregatio *ap. Fagnan. cap. Ad Aures num. 22. Quotiescumque Ordinarius recusaverit quemquam ordinare, committendum esse Metropolitanæ, vel viciniore Episcopo, ut ab eodem Ordinario prius exquirat, cur recusaverit; quo causam legitimam non allegante, liceat illi eundem recusatum ordinare* „. In nostro autem casu de bonis moribus Oratoris, ac bona ejus spe testatur Vicarius Apostolicus, et nulla alia causa affertur, ut ab ordinatione arceatur, nisi quod suspicatur Episcopus, eidem alios forsitan opem tulisse, ut responsis satisfaceret. Cæterum, quantum in Cataldio erat, ipse non neglexit suam ordinationem. Is enim nedum antequam Card. Mattei cl. me. exoraret, sed etiam post hujus interpositum patrocinium Episcopum rogavit promotionem ad SS. Ordines. Nam vix accepit epistolam a Cancellario, qua curæ exercitium injungebatur Antistitem adivit, qui tunc Ordinationem distulit causa S. Visitationis. Hac peracta, reversoque Episcopo, preces instauravit; sed frustra. Cum igitur caducitatis poena negligentibus tantum ordinationem suam inflicta sit a SS. Canonibus, videtur Cataldi immunis esse debere ab hac poena, qui potius nimis

ægræ dilatam vidit suam Ordinationem, quam maxime optabat, ut suam tandem Paroeciam per se posset exercere, sed noluit tantum novo sese examini subicere, cum jam per publicum concursum semel atque iterum suæ idoneitatis experimentum egerit. Suspicio autem, quod alter forsitan opem ei tulerit, ut responsis satisfaceret, dici posset, quod expoliare illum non deberet jure certo, quo gaudet; cum ea, ut asseritur, suspicionis limites non transierit. Quod si intra tempus legitimum ad hanc S. Congregationem suas hac de re querimonias non detulerit, modestiæ adscribi posset, eo quod forsitan ei nimis grave fuerit in proprium Episcopum reclamare. Defectus vero publici edicti affixionis ad valvas Paræciæ vacantis pro concursus indictione, si ex ejus culpa non processerit, nec in eo puniendus videretur. Præterea defectus iste fortasse non innotuit tantum post concursum expletum: si prius innotuit, poterat prius emendari cum nullius detrimento, non posterius cum damno illius, qui cum præ aliis idoneus habitus fuerit, ad Præciam jus sibi quæsiverat. Quod quidem jus Episcopus quoque in Cataldio agnovit tum expeditione bullarum in illius favorem, tum possessione concessa, tum demum fidei professione recepta. Addi etiam posset, quod cum nullus postea reclamaverit pro edictis in Ecclesia vacante non affixis, juri suo omnes cesserint. Atque hoc magis etiam præsumi potest ex eo, quod in Spoletina Diæcesi, ut refert Vicarius Apostolicus in sua responsione, multæ Paræciæ vacent et sæpissime incassum Concursus indicantur.

Tandem quidquid sit de hoc defectu in primo concursu hoc abfuit omnino in secundo, in quo etiam idoneus præ aliis habitus est idem Cataldius.

Sed hisce omnibus perpensis cum iis, quæ in sua informatione habet Vicarius Apostolicus, quid de hac questione decidendum sit, Vestrum erit judicare PP.EE.

Du-

I. *An Gregorius Cataldus e jure utriusque Parœciæ exciderit in casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An, quomodo, et in qua sit instituendus in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

Sess. 23. Cap. 25. et sess. 24. Cap. 1. De reform. Matrimonii.

NULLIUS ORBETELLI JURIMUM PAROCHIALIUM. Unica Parochialis Ecclesia Prioratus nuncupata sub titulo S. Mariæ in Cœlum Assumptæ extabat in loco Orbetelli; qui spirituali subest jurisdictioni Abbatis Commendatarii Monasterii SS. Vincentii, et Anastasii ad Aquas Salvias. Eam Parœciam anno 1582. in Collegiatam erexit cl. me. Cardinal. Farnensius Abbas Commendatarius. Divini enim cultus, et animarum salutis promanaturum incrementum conspexit si in illa (scilicet Parochiali in Collegiatam erigenda) unus Archipresbyteratus Prioratus (sunt verba bullæ erectionis) nuncupatus, qui itidem præminentiam et jurisdictionem haberet, et curam animarum dilectorum in Christo parochianorum ejusdem Ecclesiæ principaliter exerceret, et quatuor Canonicatus, et totidem præbendæ pro totidem Canonicis, qui simul cum Archipresbytero hujusmodi Capitulum constituerent, ac in animarum curæ exercitio eundem Archipresbyterum coadjuvarent. Hinc Collegiatam constare decrevit ex uno Priore Archipresbytero, qui inibi caput existat, et principaliter curam animarum hujusmodi exercent. . . in Capitulo duas voces habeat, et in Ecclesia hujusmodi omnimodam superioritatem, et jurisdictionem exercent, nec non ex quatuor canonicis, qui simul cum dicto Archipresbytero Capitulum ejusdem

Ecclesiae constituent horas Canonicas , Missas . . . celebrare , et personalem residentiam facere , ac in Animarum curae exercitio eundem Archipresbyterum coadjuvare , et deservire teneantur sine alicujus praejudicio „ .

Defuncto Card. Farnesio in executionem dictae erectionis Card. Aldobrandini Cl. Me. cui praefata Abbatia fuit commendata in Visitatione peracta anno 1591. decrevit „ *che il Priore debba servire alla detta cura dell' anime per se stesso due Settimane, e i quattro Canonici una Settimana per uno due ne tocchino al Priore, e quattro alli Canonici, dichiarando che questo s'intende solo, quanto al dare il SSimo Sacramento agl' Infermi, Battezzare, dare l'Estrema Unzione, e non quanto al dir delle Messe . Statutum etiam fuit ut libri Matrimoniorum , et baptismatum custodirentur „ sotto duplicate chiavi, quali si consegnino all' Eddomadarario , e lui all' altro , tanto che vada sempre per turno, e per consegna „ Memoratum curae exercitium per turnum sequenti anno 1592. ab altero Visitatore delegato P. Joanne Bruno Societatis Jesu confirmatum fuit , sed temporarie hisce verbis „ *lo stesso per ora si dichiara di nuovo, e determina „ Anno etiam 1622. in Sacra Scrutatione peracta dum Abbas erat Cl. Me. Card. Ludovisius haec habentur „ Il Signor Priore . . . abbia li libri necessarij per scrivere i Battesimi, i Matrimonj, i Morti , et Cresimati , et tutti i soliti della sua Chiesa . . . tenga conto di quelli , che non si sono comunicati la Pasqua con dare i Bollettini , e riscuoterli dopo l' ottavo , e avvisati parimenti mentre sono dissobbedienti , gl' interdica l' ingresso nella Chiesa . Pubbli chi in Chiesa tre volte l' anno l' Editto dell' osservanza delle Feste, e contro i Bestemmiatori , e che gli Sposi fatte le denunzie . . . non possino praticare insieme in conto veruno con far loro celebrare il Matrimonio per verba de praesenti dopo un Mese, sotto pena di scudi 25. e sia caso riservato e prima che publichi i Matrimonii l' esami ni se sanno le cose della fede , e differisca di farlo fino l' abbiano imparate . . . visiti l' infermi etc.**

Præterea in Visitationibus annorum 1693. 1721. et 1728. statutum confirmatumque fuit onus celebrationis , et

applicationis Missæ pro populo diebus festivis esse unius Prioris Archipresbyteri *principalis Parochi*, Missarum vero conventualium reliquis diebus onus esse Canonorum. Rursus anno 1743. Vicarius Apostolicus Orbetellensis in suo proclamate ad extirpandos juxta Encyclicam Bened. XIV. plures abusus in Matrimonii celebratione irreptos ita sub num. 3. statuit „ *Si dichiara , che in questa Città il peso di adempire a tutto ciò spetta al Signor Priore Arciprete , e non ai suoi Coadjutori , ancorchè la celebrazione del Matrimonio seguisse nelle loro Settimane* „ Tandem Commendatarius Card. Petrus Pamphylus recolendæ Memorix qui per seipsum sacram Visitationem explevi- anno 1772. hæc retulit sub titulo „ *De Capitulo, et Canonis* „ *Capitulum ex tresdecim Canonicalibus præbendis constituitur , quarum prima est dignitas , quæ per concursum confertur , gerens curam animarum aliosque quatuor Canonicos Coadjutores habens in administratione Sacramentorum, aliorumque , quæ ad curam pertinent Deinde sub titulo „ De cura , et administratione Sacramentorum „ Prior pro tempore cui animarum cura incumbit omnibus Dominicis, aliisque diebus festis Sacrificium pro populo offerat juxta Concilium Tridentinum . . . Quo vero ad doctrinam Christianam tam Prior supradictus , quam alij Canonici Coadjutores pueros in Fidei rudimentis edoceant ,*

His omnibus accedit anno 1736. actum die 28. Aprilis fuisse de juribus tum Prioris, cum Coadjutorum in Sacra hac Congregatione. Disceptatum enim fuit nendum de emolumentis utrinque competentibus, se præterea utrum etiam Coadjutores tenerentur ad parochialem concionem diebus festis inter Missæ celebrationem. Hæc vero sunt verba folii illius diei „ *Archipresbyter contendit eos teneri diebus Dominicis aliisque de præcepto, quibus animarum cura ab ipsis exerceri debet . inter Missarum celebrationem populo prædicare , eique Catechismum facere , juxta posteriora Decreta ut supra a Visitatore per Eñm Abbatem deputato edita (nimirum a P. Bruno) et e converso iidem Canonici præmittentes in facto animarum curam principaliter incumbere dicto Archipresbytero , seque esse*

simplices illius coadjutores nec ullius roboris esse predicta S. Visitationis decreta (quibus statutum fuerat concionem habendam esse ab unoquoque in sua hebdomada) tum quia bullae erectionis, et censurae SS. Canonum adversentur, tum etiam quia constet, ea executioni numquam demandata fuisse, autumant, se minime obstringi posse ad subeundum memoratum onus. Card. de Alteriis tunc Commendatarius Abbas in sua informatione dixit Priori, „principaliter injunctum exercitium Curae, Canonicis vero tantum in eo illum coadjuvare, quod ni fallor, opinor, intelligendum et adimplendum esse in iis solummodo, quae Priori per se solum exequi prudenter redduntur admodum difficilia, prout sunt ea, quae Parochus quotidie debet exequi, et pro cura non unius Parochiani, sed etiam plurium, et in horis, et locis distinctis paratus esse debet, non vero pro aliis, quae ter, aut ad summum quater in mense et certis diebus, et modo, et pro omnibus simul unitis Parochianis per eum exequenda sunt pro modicis temporibus dimidiae horae circiter pro qualibet vice, sicuti sic et faciliter adimpletur onus praedictum praedicandi. Hinc proposito primo dubio An Prior Archipresbyter Collegatae Ecclesiae S. Mariae Orbetelli teneatur praedicare, et explicare Cathechismum per se ipsum omnibus diebus festivis; seu potius teneantur quatuor Canonici Coadjutores hebdomadis, quibus ipsi animarum curam exercent in casu etc., responsum fuit Affirmative quoad primam partem; negative quoad secundam.

Præmittenda hæc omnia erant ut EE. VV. tuto viderent quid ad Archipresbyterum, quid ad Coadjutores spectet in cura animarum quidque demum sentiendum sit de latis ab Eñño Georgeo ab Auria Pamphili decretis, cujus vigilantia modo Abbatia Monasterii SS. Vincentii, et Anastasii commendata est. Propius itaque ad rem accedens summatim referam anno 1806 cl. mem. Card. Josephum ab Auria Pamphili ad malos usus tollendos, qui in Sacramentorum et præcipue Matrimonii irrepserant, illico plura apposite præscripsisse.

„ Verum disposita nihil profecerunt, (verba sunt Emi-
 „ nentissimi Georgei Abbatis) omnia sicut antea pro-

„ cedebant, Coadjutoribus dominatum dimittere
 „ grave et molestum videbatur, malos usus in Ma-
 „ trimoniorum celebratione insurgere magis magis-
 „ que aspexit Mattiolius (qui et Prioratu fruitur, et
 „ Pro Vicarii Generalis munere fungitur) Siquidem
 „ exquebantur conjugia quam sæpe data opera stu-
 „ diose coram eo Canonico Coadjutore contrahen-
 „ tibus beneviso, absque ullo examine de rebus sacris
 „ scitu necessariis, absque denunciationibus, vel ex
 „ conficta causa deletis, nocturno tempore, in pro-
 „ priis contrahentium tectis, inter epulas, ebrietates,
 „ saltationes aliquando in maximo tenebrarum cur-
 „ su, e somno expergefactis sponsis, et ostiatim
 „ conquisitis testibus de Sacramentali Confessione,
 „ de Sacra Synaxi, de benedictione nec sermo, nec ver-
 „ bum instibuebatur, omnia fere ad belluarum in-
 „ star procedebant, sicuti fustus habetur ex episto-
 „ la Archipresbyteri mihi data, quam in Consessu
 „ Vestro palam faciam si Vobis placebit „

Hinc Eminientissimus Abbas præ sua qua pollet re-
 ligione, et ad tollendos abusos, et ad sarta, tecta-
 que servanda Prioris Archipresbyteri jura nonnulla
 observanda mandavit die 29. Septembris an. 1819.
 Primo ut unus Archipresbyter suorum Parochiano-
 rum Matrimoniis interresset. Secundo id vetuit Co-
 adjutoribus Canonicis, reliquisque Presbyteris sub pœna
 suspensionis a Divinis ipso facto incurrenda, nisi
 præstandæ assistentiæ conjugis licentia adesset vel
 Archipresbyteri, vel Ordinarii; atque hoc in casu jus-
 sit matrimonium describi, vel saltem subscribi in
 Parochialibus libris ab Archipresbytero, et a Sacer-
 dote, qui Matrimonio de licentia interfuit.

Vix hæc innotuere Coadjutoribus, fassi sunt, non alio
 ea conspirare quam *a togliere gli sconcerti, che fin qui
 troppo abusivamente regnavano in Orbetello, rappor-
 to ai Matrimoni*, (unde) non hanno veduto gli *Espos-
 nenti*, che con gioja tali savie disposizioni, sed et sua
 jura lædi, et alioquin parum interesse, an Prior vel
 coadjutores matrimonio assistant, exposuere. Verum
 quamvis ad Eminentissimum Abbatem Canonici
 Coadjutores rationum momenta deduxerint, et vicis-
 sim Prior Archipresbyter sua jura exhibuerit, satius

nam Ille duxit Vestrum Judicium PP. EE. super his audire, ne quis esset, qui Eum de insita jam antea opinione insimulare quiret.

Rogatus itaque fuit Eminentissimus Ordinarius de præfixione termini omnibus interesse habentibus, et præsertim Coadjutoribus: Silet Capitulum, Archipresbyter ad exposita in anterioribus scriptis se refert, Coadjutores vero nedum fuso calamo repetunt, quæ antea Eminentissimi Abbatis judicio subjecerant, sed etiam alias duas quæstiones proponunt; *prima* an statim ac Coadjutores renunciati sunt, facultatem habeant audiendi Confessiones ita, ut Ordinarius illam ad tempus coarctare nequeat. *Secunda* an ipsis liceat testimonium peractæ Communionis Paschalis vulgo *Bollettini* distribuere Parochianis sibi commissis, vel potius uni Archipresbytero. Etenim Eminentissimus Commendatarius vix accepto Abbatæ gubernaculo exquisitis Confessariorum nominibus, quos inter erant Coadjutores, iis quos dignos existimavit patentales litteras dedit, expositæ vero prætensionis Coadjutorum examen ad sacram Visitationem reservavit, nulla interim facta innovatione: Ac præterea elapso anno ad avertenda damna spiritualia, quæ ex promiscua ea distributione *de Bollettini* promanabant, hanc uni Archipresbytero reservavit, eique tantum commisit confectionem status animarum. Modo ipse etiam Eius Abbas rogat, ut de his quoque judicent PP. EE.

Habemus in jure Ecclesiam Parochialem erigi posse in Collegiatam, et nihilominus curam remanere penes eum, qui illam antea habebat, quin in Collegium, et Dignitatem transferatur *Pyr: Cor. in prax. benef. lib. 2. cap. 2. num. 50. Gemin. cons. 132. sub num. 1. Zabab. cons. 30. num. 50. Ros. de execut. litter: Apost: cap. 5. num. 146. Id namque juri non repugnat, Cassador: dec. 12. de præb. num. 5. Rembold: dec. 376. num. 6., et docuit S. Rota par. 19. rec: dec: 224. Nulli etiam Ordinario licet curam, quæ antea erat libera, in servitutem redigere, esset enim illud facere, quod prohibet *Trid. Ses: 25. cap: 9. de Refor. Rot. Decis. 63. num. 2. part. 16. rec.: ita ut si verum esset quod Ecclesia servitutis jugo subjecta sit, primævæ libertatis statui eandem**

restituere oportere, ut ratiocinatur Vivian. *de jure patronatus* par. 3. lib. 19. cap. 5. num. 4., et ut in casu simillimo huic, de quo agimus, docuit Rota *rec. dec. par. 19. cit. dec. 224. num. 27. et 28.* Certum pariter in jure Ecclesiam Curatam duos Parochos æque principales habere non posse, sicut una mulier duos viros; sed ad illius regimen unum tantum esse præficiendum Curatum, ut demonstrat *Barbos. de Off. et potest. Parochi* par. 1. cap. 1. num. 43. et seq. pluribus adductis auctoritatibus; et test. de Luca lib. 14. par. 5. *Annot. ad S. Conc. Trid. disc. 9. ad sess. 7. Cap. 7.* pluries S. Congr. hanc promiscuitatem rejecit in curæ exercitio. Tandem tenent doctores Coadjutores habere tantum administrationem, et exercitium illius juris, vel curæ, quod in principali, vel rectore remanet, non vero frui ipso jure vel cura, quia duo insimul eandem rem, et eodem modo in solidum possidere non possunt ut post text. in cap. licet. 9. §. *Ex præmissis.* docet. Reif. in lib. 3. decret. tit. 6. §. 2. num. 23., et seq. Hostien in cap. de Rector. post prin. et alii Hinc S. Congreg. in Nullius S. *Aedisti die 11. Junii 1644.* respondit Canonicos Collegiatae S. *Aedisti teneri curam animarum exercere quamdiu Archipresbyter legitime absit, vel legitime impeditur, vel plures Parochiani eodem tempore egent, et aliis similibus casibus ut videre est in fol. 322. cap. 3. sess. 7. de refor.* Statutum namque fuerat in litteris Apostolicis S. M. Clem. VIII. pro illius Collegiatae erectione datis die 7. Aprilis 1600. „ *Ut Archipresbyter principaliter, et Canonici Collegiatae tamquam ejus Coadjutores Curam animarum exercent* „ Ita etiam S. Congregatio in *Bosanen Visitationis SS. Liminum 19. Septembris 1789. et 19. Decembris 1795.* substineri dixit Synodale decretum, quo Pro-Parochi vetabantur Matrimoniis interesse absque facultate in scriptis ad vitanda clandestina conjugia, quamvis hi Pro-Parochi seu Vicarii ad Parochorum præsentationem absolute, et absque ulla restrictione parochialis ministerii instituerentur ab Episcopis.

Ex huc usque dictis facillima esse posset Dubiorum solutio sed nihilominus abs re non erit noscere quid Coadjutores, quidque Prior Archipresbyter pro jurium utrinque competentium defensione deducunt.

Et I. quidem Coadjutores animarum habitua-
lem curam apud Capitulum constitutam, actua-
lem vero inter Archipresbyterum, et ipsos divisam autu-
mant ex ipsius Bullæ verbis. Legitur enim in ea ab
Archipresbytero *principaliter*, non vero *absolute* cu-
ram esse exercendam, ac ipsum in *Ecclesia* tantum
omnimodam superioritatem, et *jurisdictionem* habere
non vero in *Curæ exercitio*, in qua Coadjutores *eum-*
dem coadiuvare, et *deservire tenentur*; quod demon-
strant etiam sequentia verba sine *alicujus præjudicio*.
Reliqua eorum jura, ac Parochi responsiones refert
idem Emus Abbas in sua informatione, cujus verba
exscribam :

„ II. Revera adhæsiæ ad hujusmodi fundamen-
tum in S. Visitatione anni 1592. decretam aspici-
mus divisionem curæ Animarum exercitii per heb-
domadas, et Regiones Civitatis inter Coadjutores,
et Archipresbyterum.

„ III. Idem firmatum habetur in altera Scr-
tatione una cum prædicationis onere, ut ita in
omnibus Coadjutores uti con-Parochi haberentur.

„ IV. Hinc pariter statutum, ut Codices Ba-
ptizatorum, et Matrimoniorum sub clavi com-
muni manerent ad magis magisque æqualitatem in-
ducendam.

„ V. In disputatione habita anno 1736. in
S. Congregatione Nullius Orbetelli statutum repe-
ritur, ut Canonici Coadjutores participare debeant
de omnibus emolumentis Parochialibus, ex quo
insurgit Coadjutores in omnibus Archipresbytero
comparatos fuisse.

„ VI. Quod etiam contigit in accipienda Præ-
bendarum possessione, siquidem et ipsi ut Archi-
presbyter aperiunt, et claudunt SSmi Sacramen-
ti Eucharistiæ Ciborium, laticis Iustralis fontem,
et Sacri Olei Infirmorum ostiolium.

„ VII. Præterea quamvis anno 1742. in Lege
edictali evulgata per Vicarium Apostolicum super
Sancti Matrimonii administratione, præscriptum
inspiciatur, Archipresbytero *denunciationum*, in-
structionis contrahentium onus inesse, uti *Parocho*
principali, ma non solo, nihil tamen de Matri-
mo-

- „ monii assistentia non loquitur , quia imo *de con-*
 „ *nubiis militum* verba etiam ad Coadjutores dirigun-
 „ tur , unde et in eis jus interessendi Conjugiis pro-
 „ batum videtur .
- „ VIII. Tandem observantia biscentenaria rem
 „ totam conficit , siquidem per tanti temporis cur-
 „ sum perpetuo absque ulla contradictione matri-
 „ monia in suis respectivis hebdomadis coram Coad-
 „ jutoribus confirmata , atque inscripta in Parochia-
 „ libus Libris per eodem fuere .
- „ Sed contra Parochus Prior prædicta diluit ; tollitque
 „ ex pluribus . Animadvertit in primis , Ecclesiam
 „ suam ante Collegiatæ Constitutionem , Paræciam
 „ totius Loci extitisse unico Rectori desponsatam ,
 „ hinc omne jus Parochiale sartum tectumque man-
 „ sit apud unum Parochum , nec in Capitulum de-
 „ fluxit aliquid .
- „ Noluit Enīus Abbas nec cogitavit prærogativas Paro-
 „ chiales imminuere (siquidem in suis Litteris ere-
 „ ctionis præscripsit , ut Archipresbyter Prior , præ-
 „ eminentiam , et jurisdictionem haberet , et curam
 „ animarum delectorum in Christo Parochianorum
 „ ejusdem Ecclesiæ principaliter exerceret .
- „ Nec satis , iterum præcipitur , ut „ inibi caput (nem-
 „ pe Prior) existat , et *principaliter curam* animarum
 „ *hujusmodi exercent* , duas voces in Capitulo habeat
 „ et in *Ecclesia hujusmodi omnimodam superiorita-*
 „ *tem , et jurisdictionem* „ quibus amplioribus verbis
 „ uti poterat favore Archipresbyteri ?
- „ Statuit utique Collegiatæ Institutor ; ut Possessores
 „ Præbendarum Canonicalium „ in animarum curæ
 „ exercitio eundem Archipresbyterum coadjuvare ,
 „ et deservire tenerentur .
- „ At statim superaddidit „ sine alicujus præjudicio „ quid
 „ amplius dici poterat , ut jura quæcumque Paro-
 „ chialia illæsa haberentur ? Quid ? Nonne natura-
 „ lis ipse verborum sensus *Coadjuvare , et deservire*
 „ contrarium depellunt delirium ? Onus verba ista
 „ præferunt , non jus aliquod ; num Dominus de-
 „ servit ? Num auxilium præstans Dominum de-
 „ pellit ? Qui tenetur , et debet coadjuvare , et deser-
 „ vire non Dominus reputandus , sed servus . Ita-
 „ que

„ que in erectione Collegiatæ , nedum ullum præ-
 „ iudicium Parochi prærogativis illatum fuit , quin
 „ imo confirmatum voluit apud unum Archipresby-
 „ terum , hinc prima contraria objectio deducta ex
 „ verbis Bullæ Collegiatæ funditus , et invictissime
 „ sublata remanet .

„ Secundum , et tertium objectum ex divisione heb-
 „ domadarum deductum facile tollitur ; Divisionem si-
 „ ve hæbdomadarum , sive Rionum Civitatis in rem
 „ est utriusque , ac etiam Parochianorum , non ve-
 „ ro ad jus immutandum , convertendum , quod
 „ fieri nequibat , ut ex toto contextu patet . Verum
 „ tamen disputatio isthæc divisionis hæbdomadalis
 „ manifeste retorquetur , cohibita enim inspicitur ad
 „ certum designatum effectum „ dichiarando , che
 „ questo s' intenda solo quanto a dare il SSmo Sagra-
 „ mento agli Infermi , battezzare , dare l' estrema Un-
 „ zione „ Matrimonii Sacramenti excludit admini-
 „ strationem , statim ac de eo non loquitur ; de quo
 „ modo unice sermo instituitur præsertim ob clau-
 „ lam solo , quæ dispositionem coercet ad expressa
 „ tantum , nec ullam admittit ampliationem , præ-
 „ sertim in re sacramentaria ; Ergo ejusdem disposi-
 „ tio illa vetat connubiis ineundis adstare etiam per
 „ axioma inclusio unius est exclusio alterius „

„ Ad quartum dicendum , quod indicta ratio pro Libris
 „ Parochialibus custodiendis juxta conceptam me-
 „ thodum divisionis hæbdomadalis ad reciprocum
 „ commodiorem eorum usum spectet , non vero ad
 „ jurium Parochialium destructionem , vel diminu-
 „ tionem : accedit ulterius , ut in Visitatione an-
 „ ni 1622. Decretum legimus „ Il Signor Priore abbj
 „ i Libri necessarij per scrivere i Battezzati , i Ma-
 „ trimonj „

„ Quintum Argumentum ex disputatione habita in S.
 „ Congregatione super emolumentis an. 1743. tollitur
 „ facillime : nulla connexio inter jura Parochialia , et
 „ emolumenta , hinc nulla tenet consequentia ex his
 „ ad illa , ut per se patet : in folio illius Congregationis
 „ habetur - quoad alterum spectat Dubium ex singu-
 „ lis emolumentorum capitibus , juxta facti circum-
 „ stantias , utrinque proponendis decernere oportet -

- „ Nulla discussio particularis habita fuit . Animadver-
 „ tens fortasse S. Congregatio quod omnis labor optat
 „ præmium quodque solitum ex quodam Partium
 „ consensu emergens in re indifferenti servandum
 „ decet , rectissime rescripsit, *servetur solitum* . Mo-
 „ do aliena est omnis quæstio , et disputatio de emo-
 „ lumentis , de qua ne meum quidem Decretum lo-
 „ quitur , quando instituenda erit , tunc monumen-
 „ ta sua Archipresbyter proponet .
 „ Verum cum se Coadjutores ad illam resolutionem ap-
 „ pellant eorum malum jus manifestissime demon-
 „ strant . Agebatur principaliter de prædicationis mu-
 „ nere unicuique Parocho ex omni jure indicto ;
 „ hujusmodi onus Coadjutores respuunt , quia non
 „ sunt Parochi , quia Archipresbytero animarum ca-
 „ ra principaliter est demandata ; quia - Seque es-
 „ se simplices illius coadjutores , nec ullius esse ro-
 „ boris prædicta S. Visitationis Decreta ; tunc quia
 „ Bullæ erectionis , et censura SS. Canonum adver-
 „ santur - Eandem sententiam pandit fel. rec. Card.
 „ de Alteriis in suo Voto - ibi - Insuper ipsi (nem-
 „ pe Archipresbytero) in dicto decreto principaliter
 „ injunctum exercitium curæ , Canonicis vero tan-
 „ tum in eo illum coadjuvare , quod , ni fallor , opi-
 „ nor , intelligendum , et adimplendum esse in iis
 „ solummodo , quæ Priori per se solum exequi pru-
 „ denter redduntur admodum difficilia - conforme
 „ judicium tulit S. Congregatio , itaque curam ani-
 „ marum manere pro certo habuit penes solum Prio-
 „ rem , Canonicos esse simplices illius coadjutores in
 „ his , quæ per seipsum adimplere nequit . Dum igitur
 „ modo substinere conantur omnia in Archipre-
 „ sbytero paria , et Coadjutoribus , pugnant in S.
 „ Congregationis resolutionem , hinc et contra rem
 „ judicatam , quin imo in proprium factum , siqui-
 „ dem quando agitur de oneribus ferendis , sicuti
 „ christiana disciplina populo tradenda , nihil sunt ,
 „ vix sunt simplices Coadjutores , cum de honorificis ,
 „ et quæstuosis juribus sunt Parochi , sunt Archipre-
 „ sbyteri , Priores , sunt qui sunt .
 „ Sextum objectum a possessionis actu deductum paucis
 „ eliminatur . Coadjutores jubente , vel impedito Priore Sa-

,, cramenta Sanctissimæ Eucharistiæ, extremæ Unctio-
 ,, nis, aliaque necessaria peragere, et conferre te-
 ,, nentur; quid mirum si famulative ad hujusmodi
 ,, eorum onus eadem possessionis formula cum Paro-
 ,, cho utuntur; hic qua Dominus, principalis ad-
 ,, ministrator, illi qua Coadjutores, et deservitores;
 ,, omnia congruenter intelligenda, et referenda sunt.
 ,, Præterea tamquam actio contra litterarum collatio-
 ,, nis tenorem despicienda venit velut ex alterius arbi-
 ,, trio dimanans.

,, Ad Septimum desumptum ex lege edictali Vicarii Apo-
 ,, stolici 1742. respondendum, retorquere evidentissi-
 ,, me; sicuti denunciations Matrimoniales consen-
 ,, sus contrahentium explorationem, ipsorum in
 ,, rebus fidei instructionem, testimonium de his om-
 ,, nibus præbere, sine quo Matrimonia vetitum erat
 ,, coram Parocho celebrare, sicut dixi, hæc omnia
 ,, per Archipresbyterum lex peragenda præscripsit -
 ,, Si dichiara, che in questa Città il peso di adempire
 ,, tuttociò spetta al Signor Prior Arciprete *Parocho*
 ,, *principale*, e non ad suoi Coadjutori, ancorche la
 ,, celebrazione del Matrimonio, seguisse nelle loro
 ,, eddomade - Perneccesso, et a fortiori id ipsum de
 ,, Conjugiorum celebratione dispositum voluisse di-
 ,, cendum erit, quod enim de accessorio, et de prin-
 ,, cipali prædicatur, atque tamquam ex S. Concilio
 ,, Tridentino uni Parocho reservatum, insimulque ex
 ,, ipsa encyclica Benedicti XIV., de cujus executione
 ,, agebatur. Quod autem de militum Matrimoniis
 ,, agens enunciatus Vicarius ad Coadjutores dirigat ver-
 ,, ba, rem non mutat, id actum esse conspicitur ex
 ,, cautela ad eorum intelligentiam, quatenus venia
 ,, Parochi illis Matrimoniis assistere deberent; perpe-
 ,, ram ex argutiis istis certum jus Parochi tollere co-
 ,, nantur contradictores.

,, Quid de observantia blaterant coadjutores? Est quid
 ,, facti, apertissimis facti probationibus hinc indiget,
 ,, præsertim si odiosa, si contra Canones, prout in hy-
 ,, potesi; at sublatis, eliminatisque cavillationibus ex
 ,, verborum adversa intelligentia deductis, et argumen-
 ,, tationibus persibe compositis, ac si res esset cum Or-
 ,, betellensi vulgo nil præterea contradictores Canonici

„ afferunt . Deinde si prætensa observantia deducitur
 „ ad astruendam in ipsis Canonicis Parochi qualitatem,
 „ jurisdictionemque , bulla ipsa exactionis Collegiatæ ,
 „ leges edictales , Decreta Sacrarum Visitationum ,
 „ confessiones judiciales eorum auctorum , resolutio-
 „ nes S. Congregationis , ex quibus omnibus in apri-
 „ manet unum Priorem esse præcipue absolute pasto-
 „ rem totius Paræciæ, Canonicos vero illius deservito-
 „ res tantum, prout ex probatissimo facto demonstra-
 „ tum fuit , contrariam observantiam ne dum de-
 „ strunt, quin imo invictissime eam comprobant favo-
 „ re Archipresbyteri .

„ Si vero deducitur ad jus statuendum in ipsis Præben-
 „ datis assistendi matrimoniis absque Ordinarii, vel Pa-
 „ rochi venia , quin ipsis invitis , quæ probatio de-
 „ ducitur ? Nulla . Acta itaque res est ? Si prætensam
 „ observantiam eruere velis , quia aliquando conju-
 „ giis adstiterint , falleris ; id rite , et recte evenire
 „ potuit ex venia Parochi vel Ordinarii , et in dubio
 „ hæc præsumenda facultas est potius , quam actus
 „ arbitrarius , et illicitus : sed quo nomine quæso ?
 „ Coadjutorio , itaque nomine , et Vice Parochi , quid-
 „ quid enim Coadjutor agit , nomine sui princi-
 „ palis agit , vices illius substinet , uti quis Procurato-
 „ rio nomine Dominum constituentem suum repræ-
 „ sentat . Cursim quæ mihi tum Canonici in præ-
 „ fatis foliis, tum Archipresbyter Prior in suis Episto-
 „ lis deduxerunt hætenus exposui ,

Hic tamen animadvertendum est , quoad descriptionem
 matrimoniorum in libris parochialibus a Concili Tri-
 den. præcipi *cap. 1. de ref. matrim.* , ut eos *diligenter*
apud se custodiat Parochus, idque ut probare in iudicio
 possint juxta *Reiff. in lib. 2. Decret. tit. 22. §. 4. nu-*
mer. 127. in Rituali Romano mandari , ut facta fa-
 cultas alicui Sacerdoti aliquos in matrimonium con-
 jungendi *adnotetur ipsius Parochi manu* , et Monac-
 chus *for. leg. tit. 10. form. 8. in adnot. numer. 5.* sua-
 det , ut Parochus scribat matrimonii particulam , et
 ille Sacerdos eam subscribat .

Quoad alterum controversiæ caput super potestate or-
 dinaria Coadjutorum audiendi Confessiones , perpen-
 dendum est S. Conc. Trident. *Sess. 23. de Reform.*

vetuisse, ne quis Confessiones audiret, nisi vel Parochiale haberet beneficium, vel ab Ordinario approbatus esset; ex quo decreto oritur distinctio jurisdictionis ordinariae, et delegatae. Hac utuntur omnes Presbyteri Saeculares, et Regulares exceptis tantum obtinentibus beneficium Parochiale, nimirum cum cura animarum, et jurisdictione in hoc foro, qui dumtaxat ordinaria jurisdictione fruuntur, ut adductis auctoritatibus probat Barbos. de Off. et pote: Par. par. 2. cap. 19. nu. 19. Ex dictis superius colligent PP. EE., quæ facultas sit Coadjutoribus inspecta Visitatione præsertim ann. 1591., in qua declaratum fuit onus Coadjuvanti Archipresbyterum s' intendente solo quanto a dare il Santissimo Sacramento agli Infermi, battezzare, e dare l' estrema unzione observat hinc Eminentissimus Abbas, Coadjutores, de quibus est sermo, longe inferiores esse cæteris Coadjutoribus, de quibus agitur in toto cap. de Cler. aegrot. Hi enim habent plenum curæ exercitium utpote dati Parocho infirmo, senectute, vel alio canonico impedimento inhabili ad suum exercendam munus. Orbetellenses vero Coadjutores tenentur Priorem Archipresbyterum, apud quem residet tum jus, cum exercitium curæ, deservire in iis dumtaxat, quæ per se adimplere nequit, cum et ipsi fassi sunt anno 1636. in S. Congregatione, confirmavitque Cardinalis de Alteriis. Ex his concludit Eminentissimus Abbas nullam urgere necessitatem, ut post adeptum Canonicatum statim jura parochialia exercendi facultatem habeant, ac audiendi Confessiones sicuti illi Coadjutores Parocho inhabili constituti.

Diluit vero exceptionem a Coadjutoribus propositam scilicet Coadjutoribus generaliter constitutis ea omnia agere posse, quæ Coadjutus: atque hinc revera in litteris Collationis præbendæ expeditis favore Canonici Roselli legi examinatus, et approbatus tamquam habilis. Quandoquidem ea agere possunt jurisdictione delegata, non vero ordinaria qua carent; unde Monacellius Form. leg. tit. 10. form. 15. expresse Coadjutori Sacramenta administrandi facultatem tribuendam esse designat, quod factum revera fuisse demonstrant literæ expeditæ favore Canonici Roselli. Indu-

bii vero juris est, delegatam facultatem posse ab Episcopo arctari, et tolli juxta temporum, et locorum circumstantias. Verum EE. PP. erit perpendere inspecta Bulla erectionis, actis SS. Visitationum, quae jurisdictione polleant Canonici Coadjutores Ecclesiae Orbetellensis *delegata* nimirum vel ordinaria; et deinde decernere utrum valeant nec ne confessiones audire, ac utrum possit eos Eminentissimus Abbas ad novum examen revocare quatenus ordinaria fruantur jurisdictione, quod Episcopis licere fuisse demonstrat Benedictus XIV. in suis *Notificationibus* 86. et 94.

Tertia etiam quaestio super confectione status animarum, et dispensatione testimonii peractae Pascalis Communionis vulgo *Bollettini* ex praecedentibus dependet, a quarum repetitione consulto me abstinere nimis sum. Recolant etiam EE. PP. Visitationem anno 1622. peractam, in qua demandatum fuit „*il Signor Priore Arciprete . . . tenga conto di quelli che si sono comunicati la Pasqua con dare i Bollettini, e riscuoterli dopo l'ottava* „

Dobia itaque EE. VV. jurisprudentiae, et sapientiae dirimenda subiiciuntur

I. *An substineantur praescripta Ordinarii Abbatiae Trium Fontium lata die 29. Septembris 1819., seu potius liceat Canonicis Coadjutoribus absque Ordinarii, vel Prioris Archipresbyteri licentia Matrimonii interesse in casu etc.*

II. *An idem Eminentissimus Abbas possit Canonicis Coadjutoribus facultatem audiendi Confessiones coarctare, et etiam tollere in casu etc.*

III. *An iisdem Coadjutoribus competat jus distribuendi testimonia peractae Communionis Paschalis, et conficiendi statum animarum, seu potius id spectet ad Priorem Archipresbyterum in casu etc.*

149

*Die Sabathi 2. Junii 1821. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.*

SPOLETANA COLLATIONIS PAROCHIAE.

Dub. I. *An Gregorius Cataldius e jure utriusque
Paræciae exciderit in casu etc.*

Et quatenus negative

II. *An, quomodo, et in qua sit instituendus
in casu etc.*

Ad I. Dub. Negative.

Ad II. Affirmative in Paræcia S. Crucis præfixo
termino arbitrio Ordinarii ad suscipiendos Sa-
cros Ordines.

NULLIUS ORBETELLI JURUM PAROCHIALIUM

Dub. I. *An substineantur præscripta Ordina-
rii Abbatiae Trium Fontium lata die 29. Se-
ptembris 1819., seu potius liceat Canonicis
Coadjutoribus absque Ordinarii, vel Prioris
Archipresbyteri licentia Matrimoniis interes-
se in casu etc.*

II. *An idem Eminentissimus Abbas possit Ca-
nonicis Coadjutoribus facultatem audiendi
Confessiones coarctare, et etiam tollere in
casu etc.*

III. An

*Sess. 23. Cap.
25, et Sess. 24
Cap. 1. de Ref.
Matrim.*

III. *An iisdem Coadjutoribus competat jus distribuendi Testimonia peractae Communionis Paschalis, et conficiendi statum animarum, seu potius id spectet ad Priorem Archipresbyterum in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad II. Affirmative sicut pro cæteris Confessoribus.

Ad III. Negative ad primam partem affirmative ad secundam.

Sess. 21. Cap. 4., et Sess. 24. cap. 13. de Refor.

REATINA DISMEMBRATIONIS. Tertio ad EE.PP. judicium hæc causa redit, Die enim 20. *Septembris an. 1817.* cognita fuit necessitas excogitatæ diu dismembrationis Collium a Paræciali, et Collegiata simul Ecclesia Oppidi Alabri, quæ tamen ob defectum congruæ novo Parocho assignandæ numquam potuerat executioni committi. Constitit præterea non satis provideri posse spiritualibus auxiliis populi in Collibus dispersi deputatione Capellani Curati, qui alias licet ab Episcopis missus ad Colles, nihilominus recesserat ob defectum congruæ. Innotuit etiam populum rure in Collibus degentem paratum esse decimis solvendis pro congrua dumtaxat novi Parochi.

Hinc propositis Dubiis. I. *An, et quomodo sit locus dismembrationi Villae Collis Alabri, et erectioni novae Paræciae in Ecclesia S. Mariae Magdalenae Collis, seu potius deputationi Capellani Curati in casu etc.* II. *An, et quomodo sit providendum congruæ novi Parochi in Ecclesia Collis, seu potius, et a quo sit solvendum stipendium Capellano Curato in casu etc.,* respondit S. Congregatio contradicentibus licet Oeconomo Curato, Canonicis Alabri, et Canonicatum patronis. „ *Ad I. affirmative ad primam partem juxta Votum Episcopi reservato favore matricis aliquo honoris signo arbitrio ejusdem Episcopi, negative ad secundam. Ad II. affirmative ad primam partem per unionem Capellaniae Laurenti, et assignationem decimarum, facta tamen prius per populum Collis obligatione in forma juris valida de solvendis decimis in*
per-

perpetuum, et constituto fundo pro manutenzione lampadis, negative ad secundam.

Vix tamen emissa obligatione a populo Collium de solvendis decimis diem obiit supremum Episcopus Fioravanti, ac tunc Canonici Curati institerunt penes Vicarium Capitularem pro manutenzione colligendi decimas a Populo Collium tritici, et frumenti Judici, attenta præbendarum suarum tenuitate. Hic provisionali decreto statuit, mantendos esse Concuratos in possessione decimarum, iisque danda esse ex collectis decimis octo rubra, quot nimirum persolvuntur a familiis Crispolti, et Vitelleschi patronis Canonicatum. Sicque rem conciliandam S. Congregationi proposuit. Interea Augustinus De Sanctis probavit suam familiam frui passivo jure patronatus ad Capellaniam Laurenti pro dote novæ paræciæ assignatam. In his rerum circumstantiis, deficiente novi Parochi congrua, ob detractionem tum octo rubrorum frumenti, juxta Decretum Vicarii Capitularis, tum Capellaniæ Laurenti, ad quam jus habebat familia De Sanctis, in ipso suo exordio ruinam minitabatur ea ruralis paræcia, cujus necessaria erectio tamdiu fuerat tam ab Episcopis, quam a populo Collium præoptata. Unde res ad Vestrum rediit judicium.

Verum cum quæstio tota non super erectione ipsa versaretur, sed super congrua a S. Congregatione novo Parocho assignata; hinc die 19. Decembris 1818. super secundo tantum dubio sermo fuit institutus, eoque sub hisce verbis repropósito *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a Decisis in secundo Dubio sub die 20. Septembris 1817. in casu etc.*, responsum fuit a Sacro Consessu, *In decisis etiam quoad decimas patronorum super bonis intra fines novæ Paræciæ existentibus, firma remanente perpetuitate hujus oneris quoad omnes, et dempta Capellania Laurenti,*

Illico novus Episcopus S. Congregationis decreta executioni demandavit, qui etiam curavit ut, novo Parocho provideretur Alabrensis Archipresbyteralis Ecclesia juxta præsentationem a Patronis factam favore Joannis Baptistæ Rondini. Insuper Patroni Capellæ SSiñi Crucifixi eundem Archipresbyterum Rondini præsentarunt ad hoc beneficium, quod licet cum Parochiali mune-

re incompatible, ipse est assecutus ex Rescripto S. Congregationis, ut ita consultum foret tenuitati reddituum Paræciæ.

Post hæc Municipales, ac Patroni, qui bis causa ceciderunt, renovarunt preces, quibus novæ Audientiæ beneficium rogabant, exponentes ex facta rurali Paræciæ assignatione decimarum promanare matricis Ecclesiæ destructionem ob subtractam congruam tum Archipresbytero, tum Canonicis Concuratis, qui jam alibi pinguiora obtinuerant paræcias, quæ omnia in legali defensione se demonstraturos polliciti sunt. His precibus accesserunt etiam subscriptiones populi, et novi Archipresbyteri Rondini, qui numquam recipere voluit ab Aconomo Curato filialis Ecclesiæ oblationem ceræ constitutam ab Episcopo in signum honoris erga Matricem Ecclesiam. Rogatus itaque die 6. Maii 1820 fuit Episcopus de nova informatione, et voto, ut *auditis Patribus familias Villæ, vulgo de Colli, et novo Parocho ejusdem Villæ, eisdemque præfixo termino unius mensis ad deducendum jura sua in S. Congregatione, et referret de resultantibus, non rotardata interim executione Resolutionum S. Congregationis die 20. Septembris 1817. et 19. Decembris 1818.* Redit Episcopi Informatio diei 13. Januarii proxime præteriti, qui nedum Patres familias Villæ *Collium*, sed etiam Matricis Ecclesiæ Archipresbyterum Rondini, populum, ac Patronos Canoniatuum Alabri in scriptis addidit, adductaque ab ipsis rationum momenta transmisit. Sed cum numquam fuerit ab alterutra parte Litigantium appositum *nihil transeat*; ne diutius causa potraheretur, eam hodie ex officio Supremo Vestro Consessui iterum definiendam propono, quæ tota super facta novæ paræciæ assignatione decimarum versatur.

Ut rite tamen ad definiendam controversiam procedi possit opus est, ut recolant EE. PP. quod S. Concilium Tridentinum decernit super assignatione congruæ Rectori noviter erectæ Paræciæ, et quomodo tenuis congrua Parochialis Ecclesiæ sit augenda.

Quoad primum *Sess. 21. cap. 4. de Refor.* ita jubetur „*illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio*

tio arbitrio Episcopi ex fructibus, ad Ecclesiam Matricem quomodocumque pertinentibus, et si necesse fuerit, compellere possit populum, ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam; quod fieri præcipitur etiam invitis rectoribus et S. Rota in recen. p. 1. dec. 420. num. 8., et dec. 449. num. 4. par. 2. ita definiit, „Congrua debetur a Parochianis, quibus Sacramenta administrantur, „ Jam vero S. Congregatio non nisi Conciliaribus mediis usa est, dum decimarum assignationem novo Parocho demandavit, confirmavitque, nec non etiam octo rubrorum frumenti, quæ ad Ecclesiam Matricem pertinebant, quæque a Canonice Patronis Collegiæ solvebantur, super quibus præsertim quæstio est.

Tenuitati vero Congruæ parochialis ita providendum esse sancivit idem S. Concilium Sess. 24. cap. 13. de Re-
for. „ In parochialibus etiam Ecclesiis, quarum fructus aequè adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus si per beneficiorum unionem, non tamen Regularium, id fieri possit, ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, quod pro rectoris, aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat, „ Ex his facillime colligitur, quomodo providendum sit Ecclesiæ Matræ, et simul Collegiæ, ut communis massa augeatur, nimirum vel per beneficiorum unionem, quæ adesse dicuntur in eo Oppido, vel per obligationem populi Alabrensis de solvendis decimis, prout peregit populus Collium; quin decimæ vel ex parte, vel ex integro auferantur novæ Parochiæ, quæ sine illarum reditu consistere nequit. Hisce præmissis, quæ ab Episcopo, et ab utraque parte afferuntur, exponam.

Episcopus itaque in sua Informatione longam congerit factorum seriem, ac decreta exhibet Episcoporum De Vita, Ferretti, et Marini, qui vel erectionem Vicariæ perpetuæ excogitarunt, vel Capellani Curati deputationem ad succurrendas incolas Collium, sed omnia in irritum cessisse dicit ob defectum congruæ novo Vicario perpetuo, vel Capellano Curato assignandæ; at-

que hinc fatetur spiritualibus indigentis Populi Collium nunquam efficacibus mediis fuisse provisum; *Jure igitur* (verba sunt Episcopi) *merito coram Episcopo Fioravanti Incolae institerunt pro Ecclesiae Parochialis erectione*. Sed ex applicatione decimarum novæ Paræciæ infert Collegiatæ destructionem, atque concludit. *Ad me non spectat, sed ad egregiam EE. et RR. PP. sapientiam definire, an supremum decretum super applicatione decimarum novae Paræciæ sit confirmandum; absit a me aliquid opponere contra institutionem ejusdem Paræciæ; optimum reputo, et nunquam satis laudabile; sed anima mea in amaritudine versatur; gaudio magno animas Collium provisas perspicio; maerore summo, tristitia magna infortunia video, quæ animabus Labri, aliisque per territorium dispersis imminent.*

Archipresbyter quoque Rondini, patroni, et populus Alabri ex subtractis Collegiatæ Ecclesiæ decimis ejus destructionem inferunt, et hac de causa factum fuisse contendunt, ut Canonici Antonucci, et Sanctucci eam Ecclesiam dereliquerint, ac animarum curas pinguioris redditus obtinuerint. Hinc Archipresbyter exponit jacturam animarum tum intra, tum extra moenia Alabri degentium, quia nullus aderit pastor, qui eas pascat ob congruæ defectum. Reditus enim Collegiatæ subductis decimis non nisi summam scutor. 68., et 62. æquare probat ex depositione trium Testium, qui tamquam Coloni bona Collegiatæ retinent, exitum vero constituit in annuis scutata 74. ex jurata fide duorum Ecclesiæ ejusdem ædituorum; Unde exitus reditum superat. Nec congruum subsidium se recipere ait ex Capellania, qua fruitor sub titulo SSm̃i Crucifixi, cujus reditus in annuis sc. 57. expensæ vero in scut. 36. ponuntur; idque comprobatur tum Colonorum, tum ædituorum attestationibus, non tamen juramento firmatis. E converso autem Archipresbyter tenetur proprio ære, deficientibus modo Canonicis Concuratis ob imparitatem reddituum, Sacerdotem accire, qui diebus præsertim festis Missam celebret, et Confessiones excipiat. His de causis factum dicit, cur Paræciæ sæpius renunciatio-

nem

nem emiserit, eamque etiamnum dimittere paratus sit.

Oeconomus Curatus autem novæ paræciæ, et populus Collium assignationem decimarum, et consonam juri ostendunt, præsertim S. Concilio Tridentino, et necessariam ad constituendam congruam Rectori dismembratæ parochiæ, deficientibus aliis mediis. Quæ potissimæ fuerunt causæ ob quas S. Congregatio nedum in prima propositione causæ decimas novæ Paræciæ tribuerit; sed etiam postea contradicentibus licet Patronis, et Capitulo priorem resolutionem confirmavit. Decimæ vero istæ, quarum pars ante dismembrationem Ecclesiæ Collegiatæ solvebantur, pars autem post dismembrationem ab incolis suppeditantur simul collectæ anno 1819. non nisi rubra quatuordecim frumenti efformarunt, quæ post cribrationem plurimum decreverunt, nec non alia rubra septem circiter frumenti indici; anno vero 1820. rubra tantum septem frumenti minime cribrati fuerunt collecta. Ex hac autem congruæ novi Rectoris tenuitate inverosimilem ostendit totam eam diatribam ab Archipresbytero institutam super destructione Collegiatæ propter ablatas ei decimas. Si enim hæ junctæ iis, quæ antea populus Collium non solvebat, vix sustentationem Rectori suppeditant, nullimode certe poterant, congruam subministrare Archipresbytero, et tribus Canonicis Concuratis.

Atque hinc tradito ab Archiprosbytero statu activo, et passivo tum Collegiatæ, tum Capellanix SSmi Crucifixi nullam adhibendam esse fidem dicunt, Parochus, et Populus Collium, quia efformatus fuit ab Archipresbytero, et Colonis interesse habentibus in hac controversia, ad id vero probandum duæ exhibitæ sunt juratæ attestations, prima scilicet hodierni Archipresbyteri loci *Poggio Bustone*, qui ab anno 1801. usque ad annum 1806. Canonicus Camerarius fuit Ecclesiæ Collegiatæ; deponitque ex notis apud se servatis assurgere redditus Collegiatæ *posti a prezzo medio alla somma di scudi 147. 50.* exclusis decimis, quæ colligebantur a dismembrata posterius paræcia, et stola incertis; qui quidem redditus immunes sunt ab oneribus mantentionis Ecclesiæ, sacrarum suppelle-

lium, et lampadis pro SSmo Sacram ento; Beneficii vero sub titulo SSmi Crucifixi redditus ponuntur in scut. 60. Altera fides Parochi loci *Rivo dutri*, qui annis 1817., et 1818. inter Canonicos Conc uratos Alabrenses cooptatus erat, eadem continet. Ex his concludunt parochus, et populus Ecclesie ruralis, minime constare de paupertate Ecclesie Matricis, multoque minus Archipresbyteri, qui omnes redditus sibi addicit. Sed et quatenus constaret ob detractionem decimarum desertam remansisse Collegiatam, eidem ut provideatur, minime obstant. Sed orant, ut illius congrua augeatur Canonicis mediis, vel unione scilicet beneficiorum, vel subjiciendo populum Alabri solutioni decimarum, non vero iterum Collegiatæ adjudicando decimas, quæ colliguntur intra fines dismembratæ paræciæ, quæque et juxta S. Concilium Tridentinum huic fuerunt assignatæ, et unicam, eamque tenuem efformant Oeconomi Curati congruam. Hæc, quæ ab utraque parte allata sunt, mei muneris erat EE. PP. oculis subjicere, quorum sapientiæ erit inspecta juris dispositione judicare.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in primo, et secundo loco quoad decimas in casu etc.*

Et quatenus in decisis.

II. *An, et quomodo sit providendum tenuitati reddituum Ecclesie Collegiatæ Alabri in casu etc.*

Ad I. Dub. In decisis, et amplius.

Ad II. Dilata, et scribatur Episcopo, qui, transmissa fundatione Collegiatæ, referat de qualitate servitii choralis, de statu activo, et passivo Paræciæ, et Ecclesie Collegiatæ per decennium, comprehensis incertis, et distributionibus, nec non beneficii Sanctissimi Crucifixi, et proponat, quatenus opus sit, media augendi redditus, salvis tamen decimis, et congrua novæ Paræciæ S. Mariæ Magdalænæ Collium.

*Sess. 22. Cap. 6.
De Refor.*

RAVENNATEN. SUBSIDII DOTALIS. Proposita hæc fuit causa in Congregatione diei 18. Martii elapsi anni sub primo Dubio, „ *An Puella jam nominata ad dotale subsidium possit a quovis ex collatoribus*
ite-

iterum nominari „ cui datum est Responsum „ Negative . „

Quaestioni causam dederat nominatio facta ab uno ex collatoribus favore Joannæ Miani, quæ jam præcedentibus annis nominata fuerat ab altero Collatore.

Novas Joanna porrexit preces, exponens post hanc secundam nominationem, et priusquam Collatores superius negativum Responsum a S. Congregatione reportarent, bona fide Matrimonium contraxisse sub hac duplici subsidiorum promissione. Contra Oratricem pugnant rationum monumenta relata in Folio 26. Februarii præteriti anni, quod Emos Patres rogo, ut dignentur reassumere. Ei vero opitulatur bona fides, sub qua viro suo duplicis subsidii dotem expromisit. Hinc cum super novis precibus fuerit rescriptum „ *Reproponatur in folio quoad Oratricem tantum* hinc precor Emos Patres dirimere

Dubium

An sit standum, vel recedendum a decisis in primo dubio quoad Oratricem tantum in casu etc.

In decisis, sed in casu de quo agitur ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro sanatione.

MAZZARIEN. MISSAE CONVENTUALIS. Drepani, quæ Urbs est Siciliæ sub Mazzariensi Diaecesi constituta, Archipresbyteralis extabat Ecclesia sub titulo S. Petri, in qua anno 1650. divina Psalmodia canebatur a Clericis, et Sacerdotibus sumptibus P. Fabricii de Nobili e Societate Jesu, qui antea Ecclesiæ illius fuerat Archipresbyter. Verum, ut ea Choralis officiantura perpetuo esset perduratura, præfatus de Nobili irrevocabili inter vivos donatione assignavit Al-

Sess. 24. Cap.
12. De Reform.

tari Majori ejusdem Ecclesiæ annuas uncias Siculas septuaginta, et octo (quarum quælibet scutata duo, et obol. quadraginta monetæ Romanæ æquant) earumque duodecim solvi voluit Sacerdoti Missam celebranti in Ara principe præfatae Ecclesiæ ; uncias vero sexaginta tres, ut caneretur *divinum officium in Ecclesia prædicta juxta formam Breviarii Romani, et Missa in dicta Majori Capella die qualibet per octo, vel novem Sacerdotes . . . et quinque Clericos* . Quatenus autem Archipresbyteralis Ecclesia foret in Collegiatam erigenda, firma remanente assignatione unciam duodecim pro celebratione Missæ quotidianæ, ex reliquis unciis sexaginta sex voluit, ut erigerentur duo Canonatus, assignatis pro præbenda uniuscujusque unciis undecim, ac pro distributionibus unciis novem, nec non erectionem dignitatis demandavit, cujus congruam constituit in unciis quatuordecim, et distributiones in unciis duodecim .

Anno 1737. Archipresbyteralis Ecclesia fuit in Collegiatam erecta. Sed cum deinceps uncia duodecim a de Nobili pro quotidianæ missæ cum cantu celebratione assignatæ decrevissent, Archipresbyter Balthassar de Reggio anno 1761. in testamentaria dispositione supplementum constituit. Dotem deinde reliquit, ut secunda, et tertia Missa conventualis celebraretur diebus ferialibus, quatuor temporibus, Vigiliis, nec non Quadragesima, et Adventu juxta Sacros Ecclesiæ ritus . De applicatione Sacrorum hæc statuit „ *dovendo applicare il suffraggio a mia intenzione come Benefattore particolare stante la indigenza della dote propria della Chiesa, e Mensa Capitolare, e da cui secondo i Sagri Canoni, e decreti Conciliari dovrebbero somministrarsi, dovendo pure praticare lo stesso li Reverendi Sacerdoti, che dovranno celebrare le d. Messe Conventuali giornali delle Ferie, Vigilie, quattro tempi, Quaresima, ed Avvento con applicare il Suffraggio a mia intenzione, e non altrimenti* .

Ex utraque hac Missæ cum cantu fundatione de Nobili, et de Regio factum est, ut pro benefactoribus in genere ad Sacrorum canonum præscriptum numquam missa conventualis ibidem celebrata reperiat, non tantum a fundatione Pii Legati Reggio; sed et ab anno 1737., a quo

a quo Collegiata sumpsit exordium. Quare modernus Archipresbyter, et Canonici ex hisce conjici posse putant, quod Archipresbyter Reggio, qui erat SS. Canonum peritissimus inspecta præbendarum, et distributionum exiguitate alienam assumens obligationem, dignitates, et Canonicos ab onere Missarum conventualium pro Benefactoribus in genere applicandarum in posterum relaxare, et pro præteritis quoque non satisfactis secundæ, et tertiæ Missæ conventualis applicatione supplere voluerit.

Verum ut omne removeretur dubium, dederunt preces SS.ño, ut suprema, qua Sanctitas Sua pollet auctoritate, declarare dignaretur, Missas conventuales, quas ipsi applicare debent pro particulari benefactore Archipresbytero Reggio, habendas etiam esse loco illarum, quæ pro benefactoribus in genere ex præscripto Ecclesiæ celebrare deberent; atque aliæ secundæ, et tertiæ Missæ pro præteritis omissis habeantur ita ut ipsi immunes omnino sint ab aliis celebrandis pro non satisfactis, ac in posterum satisfaciendis.

Episcopus, quem requisivi, in sua informatione hæc habet, *„ Formiter audito Capitulo illius Collegiatae, eorumque præstito consensu singulas Canonicorum præbendas, et distributiones perquam tenues atque civilibus legalibusque impositionibus oneratas esse cognovi. Quod E. E. V. V. R. R. ex adjuncto illius Collegiatae statuto per Librorum detentorem efformato facili negotio intelligent. Aliam quoque hic insero ipsius detemptoris fidem, ex qua nullis proventibus incertis, qui ad totum Capituli corpus pertineant, ipsamque Collegiatam gaudere compertum habui.*

Juvat quoque subdicere, *Tribunalia in illa Civitate nuper erecta propter totius Provinciae concursum majorem annonam effecisse, et honestiorem in vestitu munditiam postulare. Qua de re si Praebendarum, et distributionum tenuitas per missæ conventualis onus celebrandæ novam diminutionem patietur, erit omnino dubitandum, quin quotidiana horarum canonicarum recitatio aliquo sit modo defectura, cum hoc*

tempore, et re adhuc integra plures ex Canonicis Choro interesse negligant.

Hisce omnibus perpensis preces ipsas veritati consentire, atque dignas quae obsecundentur, existimo, nisi aliter EE. VV. RR. visum fuerit, .

Ex ipsius autem Collegiatæ statu, quem Episcopus transmisit, eruitur, tribus dignitatibus, ac duodecim Canonicis illud constare Capitulum. Ac prima quidem dignitas, Archipresbyter nempe, præter domum rectoralem annum habet redditum unciarum quadraginta titulo præbendæ, aliasque octo loco distributionum. Altera autem dignitas, Decanus nempe pro præbenda uncias habet viginti, ac pro distributionibus uncias quatuor. Tertia tandem scilicet Thesaurarius pro præbenda habet uncias decem, ac pro distributionibus octo, cuius vero defectus, seu punctaturæ præsentibus non accrescant, sed Ecclesiæ fabricæ, vulgo apud Siculos *Maramme*, acquiruntur. Quinque ex Canonicis, qui Paræciæ quoque adjutores sunt, uncias pro præbendis habent quatuor, ac pro distributionibus octo. Alii præterea duo Canonici octo pro præbendis, ac pro distributionibus sex uncias habent, quorum pariter punctaturæ fabricæ seu *Maramme* Ecclesiæ acquiruntur. Atque hi quidem duo Canonici, ac Thesaurarius, seu tertia Capituli dignitas, ex eorum particularibus præbendis solvere quoque tenentur annum venctigal unciarum septem cum dimidia pro quolibet centenariis. Tandem ex quinque novæ erectionis Canonicis tres habent uncias septem pro præbendis, et pro distributionibus octo: quartus uncias habet octo pro distributione, ac duodecim titulo præbendæ, qui tamen onere præterea gravatur viginti missarum in quolibet anno; ac unciam etiam pro annuo funere solvere tenetur. Quintus denique quatuor habet uncias pro præbenda, ac pro distributionibus octo. Qui quidem omnes præter hosce redditus aliis præterea carent quibuslibet emolumentis. Tenentur autem quotidiano Chori servitio; ac præterea a fundatore *de Nobili* constituta fuit præter conventualem celebratio aliarum quindecim Missarum. Latet tamen utrum harum satisfactio fuerit
pro

pro una tantum vice demandata, an singulis annis. In statu activo, et passivo præbendarum nulla de his mentio fit, ac tantum ex documentis exhibitis constat etiam redditus relictos a de Nobili valde fuisse imminutos, quod in causa fuit, cur Archipresbyter Reggio piam ediderit favore Collegiatæ testamentariam dispositionem.

Hæc in facto erant adnotanda. Quoad jus vero sacrorum Canonum sanctiones, quibus præcipitur, ut singulis diebus in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus et Collegiatis Missa conventualis celebretur, adeo claræ sunt, ut nullam super iis oriri posse dubitationem dixerit Ben. XIV. *Const. Cum semper oblatas* §. 11., eaque de re uniformes semper fuerunt Resolutiones ab hac S. Congregatione repetitis vicibus editæ, Apostolicaque auctoritate confirmatæ, quarum executionem enixe præcipit SS. Pontifex (*ibid.*) ut scilicet Missa conventualis, quæ singulis diebus canitur à Clero prædictarum Ecclesiarum, pro earumdem Benefactoribus in genere quotidie applicetur, Ac deinde addit, eliminandam esse falsam quorundam opinionem - quod nempe dum Missa conventualis pro certo aliquo Ecclesie Benefactore . . . ex vi oneris impositi celebratur, et applicatur, satis impletum censeatur debitum applicationis Missæ conventualis - Neque consuetudo etiam immemorabilis in propria Ecclesia vigens ab hujusmodi onere eximit, cum abusus potius et corruptela dicenda sit *ibid.* §. 16., neque tandem eximit exiguitas distributionum, in quo quidem casu poterit quotidiana applicatio Missæ conventualis pro benefactoribus in genere auctoritate Apostolica ad Festos tantummodo dies reduci *ibid.* §. 19.

Quoad applicationem vero secundæ, et tertie Missæ, quando in prædictis Ecclesiis juxta rubricas generales celebrandæ sunt, statuit idem SS. Pontifex *ibid.* §. 22. - laudandos, et confirmandos esse quotquot sponte sua secundam aut tertiam conventualem Missam pro benefactoribus in genere applicant, qui vero idem agunt ex vi consuetudinis in ipsorum Ecclesia vigentis, iis imperandum, ut in ea consuetudine perseverent; ubi vero id usu receptum non invenitur, liberam om-

nino, secundae, tertiaeque Missae conventualis applicationem celebrantis relinquendam esse, dummodo in commemoratione pro defunctis, Ecclesiae Benefactorum in genere non obliviscantur.

An vero haec, quae a jure praescribuntur locum habeant in casu, de quo agitur, Vestrae Sapientiae erit PP. EE. judicare. Nam Canonorum praecipue reditus satis tenues sunt, nec affirmare audeam, aliquem facile adesse modum ex iis, quae Tridentina Synodus Sess. 24. Cap. 15. de Reform. praescribit, ad eorum inopiae succurrendum. Quare si detrahi in posterum debuerint eleemosynae pro applicatione Missae conventualis pro benefactoribus in genere, quod numquam in ea Collegiata peractum dicitur; timendum videtur, quod Episcopus ipse timet, ne divini servitii detrimentum imminuat, prout alias evenit ob redituum tenuitatem, licet hoc Missae conventualis onus non adesset. Episcopus namque Stella, reperiens Choralem officinam pene neglectam propter exiguitatem praebendarum, et distributionum non nisi poenis a jure praescriptis adigere potuit praebendatos ad Divinam psalmodiam. Animadverti etiam posset ejusdem missae conventualis celebrationem non deesse, licet pro benefactori in particulari applicetur. Praeterea Canonici attenda redituum tenuitate satis gravati videntur quotidiano chori servitio, quod praestare debent, quin etiam duplici Missae conventualis cum cantu celebratione graventur; alterius scilicet pro benefactore in particulari, et alterius pro benefactoribus in genere; eorumque reditus magis magisque minuentur, si detrahi quoque debeant eleemosynae pro Missae conventualis applicatione.

At notandum pariter est, quatenus consuetudo, quae in Insula Siciliae dicitur obtinere (applicandi scilicet Missam conventualem diebus tantum festis primae aut secundae classis) pro legitima habeatur, onus ejusdem Missae celebrationis, et applicationis pro benefactoribus in genere levissimum quidem esse, cum inter singulos Capitulares distribuendum sit. Si vero ab ea in casu confirmanda abhorreant EE. PP. videant, utrum ex peculiari indulgentia praecipienda sit conventualis applicatio diebus tantum festis primae, et

secundæ classis , vel saltem diebus festivis duntaxat , exclusis ferialibus ob tenuitatem præbendarum .
 At quidquid quoad futurum decernere placuerit EE. PP. quoad præteritas omissiones exoranda videretur a Sanctissimo absolutio , ut concurrente impotentia facere consuevit hæc S. Congregatio , aliis omissis in *Spolelina Missae Conventualis* 1. Martii 1729. et in *Feretrana* 17. Septem. 1808. Quæ quidem impotentia supplendi pro præteritis omissionibus in casu , de quo agitur , ex eadem fructuum tenuitate oriri posse videtur . Quare dubia proponuntur .

I. *An sit locus dispensationi applicationis Missae conventualis pro benefactoribus in genere in casu etc.*

Et quatenus negative .

II. *An , et quibus diebus sit præcipienda illius applicatio in casu etc.*

III. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolute quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I. Dub. Negative .

Ad II. Affirmative omnibus diebus festis etiam reductis, in diebus vero ferialibus pro benefactoribus Reggio , et Nobili , cum Memento pro omnibus .

Ad III. Affirmative, celebrata unica Missa cum cantu , et interventu totius Capituli .

CALLIEN. ADMINISTRATIONIS BONORUM . Sess. 25. Cap
 Angelus Maria Felici Testamentariis Tabulis anni 1721. 5. De Reform
 hæredem universalem scripsit Nepotem suum Joannem Andream , cui , si sine filiis decederet , vulgari substitutione succedere voluit ,, in tutta la sua Eredità intieramente l' Illustrissimo Capitolo della V. Chiesa Cattedrale di Cagliari ad effetto però , e con obligo di erigere in d. Cattedrale due , o più prebende di Man-

sionarij , quali siano tenuti di assistere , ed intervenire al Coro ec.

Jus ad eas nominandi tribuit Nicolao Felici , ac ejus masculis descendentibus ; nominatorum vero institutionem eidem Calliensi Capitulo reservavit . Voluit insuper , ut quilibet ex Mansionariis perciperet annua scuta quadraginta Urbinatensis Monetæ , ita ut si reditus hæreditatis excederet summam scut. 80. ejusdem monetæ , alius adderetur Mansionarius , et viceversa si deficeret commisit ,, all' arbitrio , e prudenza di d. Illustrissimo Capitulo di sospendere l' erezione di d. Prebende ,, donec auferentur fructus juxta Testatoris mentem ,

Posteriori anno 1722. , cum adhuc in humanis versaretur Testator , Codicillum addidit his verbis ,, *È ricordandosi d. Signor Codicillante avere nel suo Testamento assegnati scudi 40. per ciascuno agli Mansionarij nel caso esposto in d. testamento , vuole , e comanda , che in caso gli frutti della sua Eredità fossero di vantaggio di scudi 80 , il soprapìù detti Mansionarij debbano erogarlo nella celebrazione di tante Messe con la carità di paoli due per Messa , quali Messe debbano celebrarsi , la metà nella V. Chiesa Cattedrale , e l' altra metà dove più parerà a d. Mansionarij . Caso poi , che non fosse sufficiente l' entrata dei beni ereditarij di d. Signor Angelo Maria Codicillante per due Mansionarij , in tal caso comanda , che se ne faccia uno solo , e quello sopravvanzerà de' frutti di d. sua Eredità , si facciano celebrare tante Messe come sopra , perchè così ec. Nel resto poi il d. Signor Angelo Maria Codicillante confermò , e conferma in tutto , e per tutto il sud , suo testamento fatto per rogito di me infrascritto Notaro Francesco Maria Reali ,, Ex hoc Codicillo dubium ortum est , an testator priorem voluntatem immutasset , vel præbendarum numerum coercere voluisset . Omnis tamen quæstio e medio sublata fuit concordia inita Capitulum inter et Patronum , quæ ab hac S. Congregatione juxta votum clar. Mem. Cardinalis Litta , cui commissum fecerat concordia examina , probata fuit die 12. Septembris 1807.*

Inter alia , de quibus partes convenerunt illud erat ,, *che l' Amministrazione degli effetti ereditarij abbia da risie*

sieder sempre presso il Capitolo „ Quam quidem Capitulum retinuit semper, ac retinet adhuc, cuilibet ex quatuor Mansionariis, qui ex dicta concordia erecti fuerunt, annuam summam juxta testatoris voluntatem scutorum quadraginta distribuens.

Post hæc postularunt Mansionarii ut ipsi bonorum quoque possessionem, ac administrationem consequerentur. Super nova hac petitione Episcopus n. exquisivi, ut referret quid ipse, quid Capitulum, quid Patronus sentirent. Favet instantiæ Patronus ita Episcopo respondens „ Sarò contentissimo, se verrà ad essi Mansionarij accordata l' Amministrazione de' loro fondi, come hanno richiesta, perchè la ritrovo utile al loro interesse, non che al vantaggio del beneficio, perchè mi sembra in tutta regola, che debbano da se medesimi amministrare le proprie rendite, e perchè sembra, che questa fosse la volontà del Testatore. Fino da quando furono erette queste Mansionarie, che non è molto, che furono erette, io la pensavo così, e meco pure si univa la B. Me. di Monsignor Vescovo suo Antecessore, ma per non venire a civile contrasto col Reverendissimo Capitolo, che era di sentimento contrario, volle il Prelato piegarmi, e m' indusse contro mia voglia a prestare il consenso, perchè l' Amministrazione rimanesse presso il Capitolo „

Etiam Capitulum non amplius obstat Mansionariorum instantiæ, sed ipsi assentitur, nonnullis tamen adjectis legibus, et conditionibus, uti patet ex voto prolato in Capitulari actu ab altero ex Canonicis, cui, omnes qui aderant subscripserunt, duobus tantum exceptis. En. ejus verba „ *L' Mansionarij veramente non hanno diritto di pretendere quest' Amministrazione. Ma crederei che il Nostro Capitolo non discapitasse de' suoi diritti, se gli si accordasse, purchè però rimanesse fermo presso de' Canonici il diritto dell' Elezione, Riforma, Revisione de' Conti da farsi all' Amministratore; come anche di sorvegliare per mezzo de' deputati sull' Amministrazione colla facoltà anche di deporlo sul momento in caso di un indolente disimpegno dell' Uffizio proprio. Crederei, che il Capitolo sù quest' affare non dovesse esser mosso dall'*

dall'interesse dell'emolumento , che ritrae l' Amministratore , ma dall'equità , ed onestà della richiesta ; considerando ancora , che in ultimo quest' Amministrazione altro non è , che un rendersi in qualche modo soggetto cui appartiene il beneficio . Potrei aggiungere ancora la maggior Gloria di Dio , che risulterebbe dall'accordare quest' Amministrazione ad uno de' Signori Mansionarij, al quale non si accordarebbe mai dispensa dal coro sotto pretesto di dover disimpegnare gl'interessi delle Mansionarie .

Episcopus tandem ita suum sensum patefacit . „ *Nullo pacto inficiari valet , quod praedictae Capellaniae naturam et indolem caeterorum beneficiorum induant , atque praeseferant Novum itaque, et prorsus inutilatum videtur in Ecclesia , ut beneficii bona ab aliis, quam ab ipso Rectore administrentur. Secundo autem apparet de evidenti utilitate , nam praeter summam industriam , summumque studium , quod administrator Mansionarius in fundis percolendis impendet , ut majores redditus percipi possint , cum de proprio agatur , quam quisque extraneus adhibere valeat , additur quod administratori per Capitulum electo certa annua quota adsignatur , quae nedum in ipsorum Mansionariorum utilitatem cederet , sed etiam in pii Testatoris Suffragium persolveretur pro missarum celebratione , quae legatae fuerunt ex eo , quod supra quadraginta scutata Mansionariis singulis elargienda, remaneret . Tertio tandem observo , quod cum aequum appareat Capitulo , ejusdem rei naturae consentaneum , ut pluries repetita administratio penes Mansionarios resideat , cumque in hoc plane conveniat , a re ipsa absonum mihi videtur tum electionis, tum confirmationis Mansionarii administratoris reservatio , quam sibi Capitulum retinere contendit , cum jura Capituli , utilitas , et bonum Ecclesiae sartum tectumque remanere possit , quando administrator singulis quibusque annis gestionis suae rationem eidem Capitulo reddere teneatur .*

Ex historia ecclesiastica compertum, exploratumque est, beneficiorum , et praebendarum nomina , quibus in praesenti disciplina utimur , incognita fuisse prioribus Ecclesiae saeculis , cum honorum , et reddituum

omnium Ecclesiasticorum cura, et administratio ad solos pertineret Episcopos, a quibus statis temporibus juxta præscriptam a SS. Canonibus mensuram inter clericos dividebantur, uti notat Benedictus XIV. *de Syn. Dioec. Lib. IV. Cap. IV.* At postquam IX. sæculo omnis ruralis Ecclesia suas proprias decimas et fundos obtinuit *can. 25. C. 23. q. 8.*, urbanæ quoque *Parochiae*, ut loquitur cl. Archiepiscopus Devoti, *eandem disciplinam postea acceperunt, et tunc potissimum inducta partitione bonorum, certa clericis data sunt prædia, quae ipsi administrarent, et ex quibus ad vitam necessaria perciperent*, *Inst. Can. Tom. 2. Tit. 14. in not. 1. ad §. 2.*

Atque huic quidem viginti disciplinæ conformiter docent doctores, quod „*dominium rerum Ecclesiae est penes ipsam Ecclesiam, administratio autem penes praelatum (scilicet Beneficiatum), qui statim ac nanciscitur possessionem beneficii, censetur acquisivisse possessionem omnium illorum bonorum*”, *Corrad. Prax. Benef. Lib. 4. c. 8. n. 40.*

Quare cum Mansionarii præbendarum legitimam possessionem sint consequuti, ipsam quoque bonorum possessionem, ac administrationem necessario acquisivisse videntur. Hæc tamen generalis regula limitari quandoque contigit ex iis conditionibus, quas piis fundatoribus adjicere placuit, et quibus vetitum minime est generalem Juris communis dispositionem moderari, ut tradunt Card. de Luca *de Beneficiis disc. 95. n. 10.* Fagnanus *cap. tum in cunctis num. 72. et 73. de Election.* Reiffenstul. *Lib. III. decr. tit. IV. de præb. et dignit. §. 5. de erect. benefic. num. 110. et S. M. Benedictus XIV. de Syn. dioec. Lib. 12. Cap. 1.*

At vero in casu, de quo agitur dici potest pro Mansionariis, Testatorem a generali Juris communis dispositione non recessisse, sed imo ei suam voluntatem accomodasse. Postquam enim in testamento Capitulo hæredi substituto munus tribuit „*di erigere in d. Chiesa Cattedrale due, o più Prebende di Mansionari*”, eique reservavit „*di darne l' istituzione, e il possesso*”, nullam ulterius ipsi dedit in beneficiis

potestatem. De Mansionariis autem loquens hæc addidit in testamento „ Siano tenuti detti Mansionarij pagare alla medesima (testatoris scilicet nepti) ogni anno scudi quaranta moneta di Urbino con gli frutti della sua Eredità „ et in codicillo præcipit testator „ che in caso gli frutti della sua Eredità fossero di vantaggio di scudi ottanta , il sopra più detti Mansionarij debbano erogarlo nella celebrazione di tante Messe „ Si ergo Mansionariis , non Capitulo , impositum fuit onus solvendi annuam præstationem testatoris Nepti „ con li frutti della sua Eredità „ si ipsis mandatum est , ut quod superextaret „ della sua Eredità „ in tot Sacris celebrandis erogarent ; profecto videtur ipsis , non Capitulo testator concedere voluisse suæ hæreditatis administrationem .

Verum pro eadem bonorum administratione a Capitulo retinenda urget sollemnis transactio , quæ omnibus pollet qualitatibus a jure requisitis , cui superaccessit Beneplacitum Apostolicum ex Rescripto S. Congregationis anni 1807. Certum autem in jure est , in transactionibus munitis qualitatibus a jure prescriptis nullum dari poenitentiae locum ex *Text. in § Quamvis C. de Transact.* , easque afficere ex sui natura etiam successores proprio jure venientes *l. Preces 12. Cod. de Transact.* Accedente præsertim in ea Beneplacito Apostolico . *Cap. Veniens. de Transact. Rot. dec. 189. Par. 4. Tom. 1. num. 6. et dec. 582. num. 1. p. 18. Rec.*

Addendum etiam est, quod post transactionem singuli Canonici jus habent ad lucrum percipiendum , quod sibi ex administratione identidem obvenire potest in annuis scutatis quindecim; neque eo privandus aliquis videtur , licet major Capituli pars eidem juri concesserit . Nam prævalet quidem , et suum consequitur effectum , quod a majori et saniore parte Capituli fuerit constitutum , ut patet ex *Cap. 1. de his quae fiunt a majori* . Sed Concilium Lateranense sub Alexandro III. celebratum , in quo illud decretum fuit , addit quoque id locum habere „ nisi a paucioribus et inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuit

et ostensum „ In hoc enim casu, si scilicet minor pars rationabiliter contradicat, regulariter haud equidem prævalet, quod sit a majori parte: Nequit etiam Capitulum absque ulla pia et necessaria causa, sive necessitate, aut utilitate Capituli ipsius, aliquid disponere in præjudicium aliorum. Imo in iis, quæ competunt Canonicis uti singulis procedit Regula 29. juris in 6. „ *Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari* „ et alia 56. „ *In re communi potior est conditio prohibentis* „ et concordat textus in *L. 1. Qui fundum ff. de servitut. rustic. praed.* „ *In iis, quæ sunt communia pluribus, ut singulis, requiritur consensus omnium, qui potest separatim adhiberi.*

Nec certe a quavis dubitatione immunis evadit superius allata voluntatis Testatoris interpretatio. Animadverti enim pro Capitulo potest, ipsi, non Mansionariis hæredis nomen datum fuisse, quod vacuum esse non debet, imo ipsa hæreditaria qualitas secum necessario fert jus administrandi bona ad hæreditatem spectantia. Capitulo tamquam vulgariter substituto „ *in tutta l'Eredità* „ jus a Testatore datum est erigendi Mansionarias, easque augendi, ac minuendi juxta reddituum rationem; unde videtur oriri magis congrua, magisque juri communi conformis interpretatio voluntatis, ut Capitulum hæreditatis administrationem gerat, ac Mansionarii non nisi de manu Capituli statutum emolumentum percipiant.

Sed si, licet hisce non obstantibus, honorum Administrationem Mansionariis concedere Vobis PP. EE. placuerit, statuendum etiam erit, an iis sit arctanda legibus, et conditionibus, quæ a Capitulo adjiciuntur sibi videlicet reservando jus „ *dell'elezione, riforma, revisione de' conti da farsi all' Amministratore; come anche di sorvegliare per mezzo de' deputati sull' Amministrazione colla facoltà anche di deporlo sul momento in caso di un indolente disimpegno dell' Ufficio proprio* „, vel ea tantum sit adjicienda reservatio, ut „ *Administrator singulis quibusque annis gestionis suae rationem eidem Capitulo reddere teneatur* „

prout ait Episcopus : vel libere et absolute eam consequi debeant Mansionarii, prout ipsi efflagitant.

Dubium erit .

An, et quomodo concedenda sit Mansionariis bonorum administratio in casu ec.

Affirmative juxta resolutionem Capitularem .

Sess. 23. c. 9
de Refor.

JANUEN. REDUCTIONIS. Quæsitum fuit in Congregatione diei 8. Februarii 1817. - *an et quomodo sit locus reductioni in casu etc.* - Nam fratres Masnata ob publicas, et privatas calamitates reductionem Capellaniarum postulabant, ut ex ipsarum redditibus aliquam eorum indigentibus medelam præstare possent, et eo vel magis id assequi sperabant, uti Patroni, et Consanguinei.

Sed proposito dubio rescriptum fuit *Negative*, et *Ernus Archiepiscopus incumbet assignationi fundorum pro quatuor Capellanis ad formam fundationum, et Oratores expleto decennio indulti recurrant.*

Renovarunt preces fratres Masnata sub die 17. Junii 1820. quatuor Capellaniarum reductionem postulantibus ad unam tantum, pro ea fundum constituere promittentes.

Ablegatis de more precibus Archiepiscopo pro informatione, et voto audito præsertim promothore Fiscali, et ut referret de resultantibus ex Rescripto S. Congregationis diei 8. Feb. 1817., et vera impotentia supplendi ad formam ejusdem rescripti, transmissio statu activo, et passivo patrimonii hypothecar. in dotem Capellaniarum; Hæc retulit in nova Informatione - *Ex diligentibus porro a me fidelissime peractis, ea assequutus sum, quæ nunc debita cum re-*

reverentia S. Vestrae Congregationi subijcio .

1. Fundi , seu bona immobilia , quae supradicti fratres Masnata oratores olim ex paterno asse possidebant computantur valoris libellarum 67850. monetae Januensis (scut. rom. 10158. 45.) uti constat ex adjuncto folio authentico .
2. Nullus fundus assignatus fuit in dotem capellaniarum, quarum oratores petunt reductionem. Certum est tamen, Institutores earumdem id oneris fecisse haeredibus , cui minime satisfecerunt.
3. Ex adjuncto folio , quod mihi afferendum curavi , colligitur bona spectantia ad Joannem Baptistam Masnata alterum ex oratoribus minime libera esse , sed hypotheca gravata pro summa libellarum 29000. (scut. 4461. 52. $\frac{1}{2}$) in favorem Joannis Caroli Degola , et D. Nicolai Paganini pro debitis aequalis summae cum ipsis contractis.
4. Bona quoque Nicolai Masnata hypotheca pariter affecta inveniuntur in favorem Montis Invea Civitatis pro summa libellarum 10000. (scut. rom. 1538. 45.) , uti colligere est ex folio authentico quod cueteris EE. VV. transmittendis adjungo.
5. Denique oratores exolvere tenentur summam libellarum 5850 (scut. rom. 900.) ratione commercii, quam creditores chyrographis a lege sancitis tutam fecerunt , quaque proinde eorundem haereditas gravata est .

His igitur de causis cum bona omnia Joannis Baptistae , et Nicolai Masnata hypotheca tum generali , tum speciali affecta fuerint , effici non potuit , ut istius S. C. Decretum sub die 8. Feb. an. 1817. executioni ab ipsis mandaretur.

Postmodum vero cum novis semper creditorum judiciariis molestiis affligerentur , ut graviora damna immo omnimodam rei familiaris ruinam devitarent , etsi onerum Capellaniarum minime ignari integram eam bonorum partem vendiderunt , quae ut supra dictum est Nicolao assignata erant , cujus valor libellarum 25000. (scut. rom. 3846. 15.) totidem exolvendis debitis aequalis summae erogatus est , quare

modo ea tantum supersunt bona, quae in libris publicis Joanni Baptistae Nicolai fratri adscripta reperiuntur, quaeque ad summam libellarum 42850. (scut. rom. 6592. 30.) pertingunt, sed et haec bona libera non sunt, gravantur enim duobus debitis altero libel. 12000. (scut. rom. 1846. 15.) hypotheca donato altero lib. 5850 (scut. rom. 900.) chyrographario, quae ad summam pertingunt libellar. 17850. (scut. rom. 2346. 15.)

Oratorum conditio valde civilis est, sed propter jacturas, quas et ipsi, et eorum familia praeteritis calamitosissimis temporibus ratione potissimum commercii pertulerunt, inhabiles sunt ad supportanda onera quatuor Capellaniarum, de quibus in precibus, quin pauperes ne miserabiles prorsus efficiantur. Hinc cum eorumdem preces Sanctissimo Patri porrectae veritate innitantur, charitate Pastoralis per motus, censeo gratiam petita reductionis ipsis concedi posse, dummodo tamen polliciti fundi ab oratoribus assignentur, quibus unica Capellania retinenda, ac conservanda tuta, ac certa successivis quoque temporibus reddatur . . .

Dignentur Eñi Patres reassumere Folium Congregationis diei 8. Februarii 1817. in quo relata fuit hæc Causa, ut possint respondere.

Dubio.

An, et quomodo sit standum vel recedendum a decisis in casu etc.

Prævio recessu a decisis, affirmative ad unam Capellaniam tantum missæ quotidianæ applican. pro omnibus pro omnibus, pro quibus quatuor Capellaniæ erant erigendæ, assignato congruo fundo libero, super quo curet Archiepiscopus fieri inscriptionem hypothecariam, onerata Oratorum conscientia, quatenus melioris fortunæ evadant, pro redintegratione aliarum Capellaniarum.

SENEN.

SENEN. In Congregatione diei 26. Augusti præteriti anni proposita fuit hæc causa relata jam in folio 15. diei præcedentis Julii sub triplici Dubiorum formula, nimirum.

Sess. 22. Cap. 6., et 11. de Reformatione

I. *An*, et quomodo condonandi sint redditus jam percepti in casu etc.

II. *An* quomodo, et pro quo tempore concedenda sit suspensio solutionis canonum, et præstationum in casu etc.

III. *An* sit consulendum SSmo pro absolute a censuris in casu etc.

Responderunt EE. VV. „ *Dilata* in omnibus, et scribatur Emo Archiepiscopo, qui dignetur referre de singulis contractibus Emphytheuticis, de eorum legitimitate, quoad interventum necessariae authoritatis, eorumque justitia quoad quantitatem Canonis, et de existentia fundorum penes Malavolti.

Novam Eius Archiepiscopus transmisit Informationem in qua hæc refert. Raphael filius Orlandi Malavolti Civis, et Clericus Senensis tamquam Hospitalarius Hospitii S. Martae in Podio Malavoltorum de Senis dedit in emphytheusim Bernardo Malavolti suo Fratri acceptanti pro se, et suis Filiis legitimis, et naturalibus, et aliis descendentes per lineam masculinam prædium dictum Salceta cum terris nuncupatis Fioroja pro annuo canone librarum sexaginta; Prædium dictum GUARDA STRADA pro annuo Canone librarum vigintiduarum, et Prædium dictum GAMBARUCCI pro annuo canone librarum Octoginta octo, ut late patet ex alligata copia Instrumenti diei 23. Decembris 1537. sub Rogitu Christophori Dini Notarii Senen., in quo narrantur causae istiusmodi contractus absque beneplacito Apostolico, verum etiam Canonum.

Idem Bernardus vendidit die 25. Junii 1540. Onophrio Vannicini dominium utile dicti prædii nuncupati GAMBARUCCI onere illi injuncto solvendi quotannis dicto Hospitio libras centum viginti, quarum libellae octoginta, et octo pro dicto annuo canone emphytheutico ejusdem prædii, et librae triginta duo in

computum Canonis ab eo debiti pro praedio de *SALCETA*; Deinde dictus *Vannicini* vendidit idem utile dominium praedii de *GAMBERUCCI* Hieronymo de *Vecchis* cum eodem onere solvendi d. Hospitio libras centum viginti; At idem de *Vecchis* volens se exonerare a solutione dicti Canonis emit a dicto *Bernardo Malavolti* duas ex tribus partibus praedii de *TRASQUA* pro pretio Florenorum septingentorum aureorum et eas cessit Hospitio praedicto pro offrancatione annui canonis librarum centum viginti.

Raphael Malavolti Hospitalarius vero titulo emphytheutico, et pro annuo canone librarum centum quadraginta cessit eidem *Bernardo Malavolti* dictas duas tertias partes praedii de *TRASQUA*, praevia pronuntiatione, et approbatione duorum canonicorum hujus Metropolitanæ a S. Sede Apostolica specialiter deputatorum, ut ex Instrumento diei 19. Junii 1543. sub rogitu *Joannis Antonii del Senesino* Notarii Senen.

Eques Donus-Deus Malavolti nunc possidet praedium de *SALCETA* cum terris adnexis, praedium *GUARDASTRADA*, et duas tertias partes praedii de *TRASQUA*, nec non aliquas terrulas in Communi de *Rencina*, pro quibus terrulis solvit canonem librarum duodecim cum dimidia, sed de iis non invenitur contractus.

Cum agatur de Contractibus jamdudum factis difficillime inveniri potest status bonorum tempore concessionis emphytheuticæ, et justitia asservata in contractibus, quoad quantitatem canonis, et solum comperit habui praedium „ de *SALCETA* „ nunc temporis reddere annualim libras bis mille centum circiter sed actuales fructus referri possunt ad temporum circumstantias, nec non ad melioramenta in illis facta aere proprio a successivis possessoribus, et ad alias causas Verum mihi videtur *Eques Donus Deus Malavolti* possessor bonæ fidei, et solum ratione vicissitudinum contumax in solutione canonum, et praestationum, ut in meis litteris diei 24. Aprilis anni proximi elapsi exposui „

Reassumpto igitur Folio diei 15. Julii præteriti anni dignentur *Eni* Patres dirimere quæ iterum proponuntur.

Dubia

- I. *An , et quomodo condonandi sint redditus jam percepti in casu etc.*
- II. *An quomodo , et pro quo tempore concedenda sit suspensio solutionis canonum , et praestationum in casu etc.*
- III. *An sit consulendum SSmo pro absolute a censuris in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

VELITERNEN. SANATIONIS CONTRACTUS. *Ne Sess. 22. Cap. 11 De Reform.*
 contractus contra Canonicas Sanctiones initus convalescat, Sacram Congregationem pro sanatione exorat Vincentius Prosperi Gagliardi. Senio gravatus Presbyter Joseph Prosperi Lucarelli Veliternen. Diæcesis, adeo ut tum ætatis causa, tum ex experientiæ defectu sua bona administrare, sibi que decentem victum parare non posset, in animum induxit inire contractum vitalitium cum Vincentio Prosperi Gagliardi, Magdalena Gagliardi, Theresia Canali, et Canonico Jo. Felice Ulisse suis futuris hæredibus, quibus reservata sibi congrua pensione solvenda pro victu, omnia renunciavit sua bona, jura, actiones. Inter cætera vero bona, et jura, quæ hæreditatis causa ad Joseph Prosperi Lucarelli pertinebant, accensentur Cappellanæ quædam Laicales, quas etiam, ne ullus dubitandi locus relinqueretur, declaravit se transtulisse in suos futuros hæredes. Veritus Vincentius Prosperi Gagliardi, ne huic cessioni Constitutio *Universalis S. M. Benedicti PP. XIV.* adversetur quæ contractus nullitate mulctandos voluit cedentes, et cessionarios fructuum Beneficiorum supplex sanationem implorat.

Hujusmodi instantiam ad Eminentissimum Episcopum remisi, ut dignaretur instruere Sacram Congregatio-

tionem, et votum suum aperire audito praesertim Joseph Prosperi, et transmissa copia contractus de quo agitur, referre de annuo reditu Beneficiorum; an horum intuitu aucta fuisset vitalitii quantitas, ac de bona fide contrahentium.

Referam laudati Eminentissimi verba „ *Contractus Vitalitius*, quem die 12. Junii hujus anni Joseph Prosperi Lucarelli super omnibus bonis suis cum Vincentio Prosperi Gagliardi inierat suis, ut mea fert opinio, viribus consistit. Nam cum in ipso nulla fiat mentio cessionis fructuum Capellaniarum, ubi haec ex juris Pontificii ratione illicita, ac vetita esset, stipulatio ad illorum dumtaxat bonorum cessionem esset referenda, quae jure fieri poterat. Verumtamen Vitalitarius nempe Joseph Prosperi actu omnino diverso, ac separato declaravit, se in contractu illo hac mente fuisse, ut quoad ipse viveret, etiam fructus Capellaniarum in Vitalitiantem Vincentium Prosperi Gagliardi translati essent. Arbitror bona fide contrahentes hac mente fuisse; propterea quod onerosior, quam liceret, contractus in Vitalitiantem esset, si fructus Capellaniarum excluderentur, ut quisque ex adjunctis monumentis assequi posset. Id tamen parum, aut nihil referret, ubi revera haec cessio Constitutioni Universalis Benedicti XIV. refragaretur. Sed Constitutione rite perpensa, cessio fructuum Capellaniarum, de qua fit mentio in precibus, non videtur illicita, quin immo ab hac Sacra Congregatione admitti possit. Etenim Constitutio „ *Universalis* „ de Beneficiorum Ecclesiasticorum fructibus, deque Personis Ecclesiasticis loquitur, contra vero in specie, de qua agimus, res est de Capellaniis juris patronatus laicalis. Praeterea causa finalis ejusdem Constitutionis fuit, ne Ecclesiastici, cum omnem substantiam suam recepissent, totam statim, ut Prodigus Evangelicus, absumant vivendo luxuriose, et deinde, facta fame valida, cogantur vivere de siliquis immundorum animantium. Verba sunt relatae Constitutionis. Quod tamen fieri nequit in contractu, de quo loquimur. Nam Joseph Prosperi nullum ob hanc cessionem pretium accepit; sed ob horum fructuum, aliorumque bonorum cessionem, vitalitiam, et quidem per commodam pensionem, quoad vivet recepturus erit. Quae cum ita sint ea sum

sententia, cessionem, de qua res est, minime refragari Benedicti XIII. Constitutioni, eamque posse ab hac Sacra Congregatione probari.

Re quidem vera Sapientissimus Pontifex Benedictus XIV in citata Constitutione ita sancivit. *Volentes igitur hanc improbam consuetudinem (alienandi scilicet fructus beneficiorum) et non ferendam pravitatem, qua non mediocriter Clericalis Ordinis fama minuitur, honor conculcatur, Ecclesie autem debito servitio, pauperes opportunis subsidiis, et Sacrae aedes necessariis reparationibus, et ornamentis fraudantur, penitus abolere, Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, omnibus Clericis quicumque dignitate, praeeminentia, honore, et privilegio insignitis interdicens, et prohibemus, ne in posteram audeant sub nomine alienandi utilitatem, et commodum percipiendi fructus, vel alio quovis titulo, praetextu, et colore vendere, ac distrahere suorum respective Beneficiorum redditus, et proventus, vel ad vitam, vel in longum tempus recepta ab emptore, per unam vel plures solutiones, pecuniarum quantitate, quam ipsi Beneficiati per ejusdem temporis et vitae spatium probabiliter consequi potuissent, sub poena excommunicationis, et nullitatis actus, seu contractus, et omnium inde consequutorum, aliisque paenis inflictis, praescriptis, et statutis contra alienantes bona Ecclesiae.*

Haud certe latet EE. Patres ea qua pollent jurisprudentia, poenas non esse extendendas, adeo ut speciem a lege expressam praetergrediantur, quum leges poenales strictam recipiant interpretationem. Cum itaque verba Benedictinae constitutionis superius relata de beneficiorum fructibus loquantur, concludere liceret oratores poenam nullitatis ratione alienationis fructuum Capellaniarum, et alias censuras non incurrisse, quum res sit de Capellaniis laicalibus. Animadvertere etiam praestat in ipso tenore contractus, nullam factam fuisse expressam Capellaniae mentionem, licet sub generali concessione venisse Capellaniae bona, vitalitarius postea declaraverit.

At e contrario etiam animadvertere praestat, verba sequentia accipere interpretationem a praecedentibus,

et vicissim ut tradit *Anacletus tit. de verborum significatione ex lege si servus 50. in fine ff. de legat 3.* Jamvero paullo ante exscripta Benedictinæ Constitutionis verba Pontifex loquitur *de piis Ecclesie subsidiis, et Ecclesiasticis proventibus et pecuniis.* Unde videtur, Pontifex nomine beneficii non tantum Beneficia stricte usurpasse, verum et quæcumque alia Bona Ecclesiæ intuitu quæsitæ. Hinc inquirendum superest, an redditus Capellaniarum Laicalium inter bona Ecclesiastica recenseri possint. Verum in horum numerum haud eas accenseri posse innuit *Anacletus In jus Can. lib. 3. tit. 25.* ubi ita docet „*Bona quasi patrimonialia seu industrialia vocantur, quæ clerici ex industria, vel labore aliquo spirituali, et functionibus Ecclesiasticis veluti ex celebratione Missarum votivarum, concionibus absque ullo intuitu Beneficii acquirant,*

Igitur pro vitalitii contractus validitate respondendum esset, cum Capellaniarum redditus non videantur comprehendi in Benedictina Constitutione, cum sint bona quasi patrimonialia. In contrariam tamen animadverti posset, per hujusmodi contractum ipsum jus patronatus cum cæteris bonis fuisse translatum, quod absurdum foret.

At hic non agitur de Patronatu veri Beneficii, sed de facultate deputandi aliquem, qui pia legata satis faciat. Et si verò de Patronatu Beneficii sermo foret, illud cum fundis inheret, alienatis fundis, rectissime alienari nemo est, qui ignoret, ut patet *ex cap. 7. et C. 13. De jurisp. et ex Fagnano ad idem Cap. 7. hujus tituli.*

Hiscæ in utramque partem prænotatis tum circa valorem contractus, tum circa poenarum applicationem, dignentur EE. PP. decernere.

I. *An, et quomodo sustineatur contractus vitalitii in casu ec.*

Et quatenus negative.

II. *An sit consulendum SSmò pro sanatione in casu etc.*

III. *An sit consulendum SSmò pro absolutione a censuris saltem ad cautelam in casu ec.*

179

Die Sabathi 23. Junii 1821. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.

SENEN.

Sess. 22. Cap.
6. et 11. de Re-
form.

Dub. I. *An, et quomodo condonandi sint redditus
jam percepti in casu etc.*

II. *An, et quomodo, et pro quo tempore conceden-
da sit suspensio solutionis canonum, et præsta-
tionum in casu etc.*

III. *An sit consulendum SSmo pro absolute a
censuris in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative,

Ad II. Dilata, et ad mentem.

Ad III. Affirmative imposita aliqua salutari pœni-
tentia ab itrio Eminentissimi Archiepiscopi.

VELITERNEN. SANATIONIS CONTRACTUS.

Sess. 22. Cap.
11. de Reform

Dub. I. *An, et quomodo sustineatur contractus
vitalitii in casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An sit consulendum SSmo pro sanatione in
casu etc.*

N 2

III. *An*

III. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione a censuris saltem ad cauthelam in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative salvis juribus Capellaniarum ad formam foundationis post obitum actualis Capellani.

Ad II. et III. Non indigere.

Sess. 24. Cap.
13. De Reform.

FOROSEMPRONIEN. PENSIONIS. Relata hæc causa fuit in folio diei 16. Septembris anni elapsi 1820. in quo propositis dubiis I. *An, et quomodo sit locus aperitioni oris in casu etc.* et quatenus affirmative II. *An, et a quo tempore, et in qua summa sit locus solutioni pensionis in casu etc.* ob peritiarum discrepantiam prorogato iudicio, EE. Patres rescripserunt. *Dilata, et ad Episcopum pro deputatione periti peritioris sumptibus pro nunc Parochi Agostini, et deinde cujus de jure, ad effectum referendi super actuali redditu Paraeciae SS. Joannis, et Vitalis comprehensis incertis, facta interim per eundem Parochum Agostini favore Parochi Guerra aliqua subministratione arbitrio Episcopi.*

Hujusmodi decretum exequuturus Episcopus probum, et peritum Paschalem Paoletti de consensu utriusque Parochi deputavit. Statim Parochus S. Venantii Joseph Guerra Callium se contulit ut peritum alloqueretur, sed quæ prius placuerat deputatio, postea haud arrisit eidem Parocho, qui penes Episcopum instetit pro alterius periti electione, sed rejecta fuit ejus instantia. Postquam vero peritus Paoletti opus magna ex parte confecerat iterum Parochus Guerra prius coram Pro-Vicario Generali, deinde coram Episcopo in jus vocavit Parochum Agostini pro eligendis peritis confidentibus, et non confidentibus, quæ nova vadimonii indictio utraque vicecontrario dimissa fuit decreto. Nec tamen acquievit Parochus Guerra, qui contra hanc peritiam in actis protestationem emisit, quam subsecuta est contraria Parochi

Ago-

Agostini protestatio . Hæc omnia retulit Episcopus in sua Informatione .

Ad peritiam vero quod attinet, non multum ea distat ab illa, quæ confecta fuit a Vincentio Storoni . Peritus namque Paoletti redditus Paræciæ SS. Joannis , et Vitalis computavit in annuis scutatis 329. et ob 66., expensas vero in annuis scut. 340. et ob. 20. comprehensa pensione Parocho S. Venantii numeranda . Animadvertere autem præstat, in statu passivo inter expensas numerari scutata 14 et ob. 55., quæ elemosynam æquant Missarum octoginta duarum pro populo ad rationem obolorum septendecim cum dimidio, fusius tamen hæc noscent EE. PP. ex *Summario* typis impresso, ac distribuendo a Parocho Agostini .

Ne quid ad rem tuto definiendam deesset, iterum Episcopum requisivi, ut referret de annuis Paræciæ incertis per peritum ex officio, cum de iis nulla facta fuisset mentio ab Episcopo deputati Paoletti. Ex relatione Vicarii Foranei, simulque Parochi Camoscis liquet annua scutata 11. et ob. 11. retrahi ex incertis, ut in præfato *Summario* legent EE. VV., in quo altera impressa est Episcopi informatio super incertis . Parochus quoque S. Venantii sua jura una cum *Summario additionali* Vobis distribuet .

Quoad *primum dubium*, qui tuetur jura Parochi Agostini præmonet, si attendatur sui Clientis instantia, et secundum eam judicandum sit, non esse necessariam oris aperitionem; Ille enim non petit, ut literæ Apostolicæ infirmarentur utpote obreptionis, et subreptionis labe infectæ, ac pensionarius Guerra vacuis manibus discederet, sed exoravit tantum, ut suæ congruæ tenuitati provideret SSmus, et compensationem elargiretur. Sed quia necessaria visa est S. Congregationi facultas aperitionis oris, hæc non excludi autumat a verbis *motu proprio*, quædam taxat requirunt graviorem probationem ex *Rot. in Popayanen. in Indiis Occidentalibus legiti super Aperitione Oris* 8. Feb. 1760. §. 4. coram Ratta; eaque oris aperitio intrat nedum ad impugnandam gratiam obreticitam veritatem, suggestamque falsitatem, verum etiam ad impediendam, dum justæ causæ concurrunt,

runt, executionem litterarum Apostolicarum, quæ munitæ sunt decreto irritanti, et clausula sublata Rot. dec. 621. num. 1. par. 3. recent.

Justa autem causa ad removendam litterarum Apostolicarum executionem desumit tum *in jure* ex Tridentino Sess. 24. Cap. 13. de Reform. vetanti impositionem pensionis Parochialibus, quæ summam ducatorum centum vere non excedunt, tum *in facto* ex tenuitate congruæ SS. Joannis, et Vitalis, quæ impar est pensioni præstante simul et Parochi sustentationi, quin possit obstare Clienti Paræciam acceptasse pensionis onere gravatam, factumque esse huic sustinendo pares esse redditus; hæc enim id unum efficiunt juxta Bart. in L. Aurelius §. item de libert. legal. et Rot. decis. 120. num. 65. par. 16. Recent. ut ei incumbat onus probationis excessus pensionis, et incapacitatis reddituum, et quidem non tantum de tempore acceptatæ Paræciæ, et constitutæ pensionis, sed etiam de tempore successivo; si namque posterius reddituum decrementum probetur, ruit pensio ex Lott. de re benefic. lib. 1. quæst. 42. num. 60. Rot. dec. 120. num. 5. part. 16., et S. Congr. in Reatina Pensionis 15. Decembris 1804. §. Postquam; quæ quidem quæstio super acceptatione paræciæ, et confessione reddituum jam in facto videtur a S. Congregatione definita, dum periti peritioris deputationem demandavit, ex quibus concludit intrare arbitrium pro aperitione Oris.

Sermo est in secundo Dubio, an, et a quo tempore sit locus solutioni pensionis: et nulli solutioni subjiendum esse Parochum Agostini, tuetur ejus defensor. Etenim in peritia Paoletti redditus Paræciæ SS. Joannis, et Vitalis conflant annua scut. 329. 66., onera vero scut. 340., et ob. 20., a quo exitu si demandantur scut. 14. et ob. 35. quæ minus recte pro applicatione Missæ pro populo inter onera peritus recensuit, persoluta pensione parochi S. Venantii, congrua in scut. 3. 81. erit constituta, quibus si adjungantur alia scut. 11. et ob. 11. ex incertis stolæ promanantia congrua Parochi SS. Joannis, et Vitalis assurgit ad scut. 14. et ob. 92.

Dein-

Deinde exceptiones omnes in præterita actione propositas diluere conatur Agostini defensor, ac partitas omnes tum introitus, tum præsentim exitus a perito peritiore descriptas, excepta dumtaxat eleemosyna missarum pro populo, tuetur tuta in jure, tum in facto pluribus etiam cocervatis testibus.

Ne inutili sermone EE. Patrum tempora morer, consulto omitto, quæ leguntur in distributo restricta favore Parochi S. Venantii, cum eadem prorsus sint rationum momenta, quæ in præterita actione allata fuere, et de quibus agitur in *Folio diei 16. Septembris præteriti Anni*. Aliqua dumtaxat addit illius Defensor quoad relationem Paoletti periti peritioris. Contendit primò nuperrimam peritiam pluribus scaterere erroribus, nedum calculi ob non recte multiplicatas summas, sed etiam facti in constituendo pretio frumenti, leguminum, carnis suinæ, et musti. Peccatum quoque dicit in eadem constitutione pretii, quia habita non fuit ratio ad decennium, sed ad annum, cum in hujusmodi casibus decennalis calculos semper iniri debeat. Alium quoque errorem reprehendit in pascuis, quorum redditus pro omnibus prædiis conglobatim sumpti ponuntur in scut. 18. 75. Jamvero constat in facto Ecclesiæ Montis Alti fundos idoneos esse centum quinquaginta ovibus alendis; quarum unaquæque juxta communem æstimationem reddit annum scut. unum, et quamvis tertia, ac dimidia etiam pars subtrahatur pro infortuniis, ac damnis, quæ gregi obvenire possunt, nihilominus verus hic proventus multum excedet summam a perito positam. Exhibita dein in *Summario additionali* attestatione probat redditus incertis stolæ longe superare summam scut. 11. et ob. 11. a Vicario Foraneo Camosci descriptam. Fusius hæc omnia noscent EE. ex *speculo* ut vocant *demonstrativo*, in quo ex una parte summas in peritia Paoletti descriptas status tum activi, tum passivi describuntur; ex altera vero parte animadversiones ponuntur, juxta quas introitus assurgit ad scut. 481., passivus vero ad scut. 160. circiter deprimitur; unde Paroco Montis Alti libera remanerent fere scut. 321.

Quæ

Quæ in utraque allegatione afferuntur breviter perstrinxi . Precor autem EE. PP. ut reassumere digoentur folium diei 16. Septembris elapsi anni ad dirimenda, quæ reponuntur , dubia .

I. *An , et quomodo sit locus aperitioni Oris in casu etc.*

II. *An , a quo tempore , et in qua summa sit locus solutioni pensionis in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus .

Ad II. Provisum in primo .

Sess. 24. Cap
18. de Ref.

CAESENATEN. BENEFICII . Ultimis tabulis , quibus anno 1712. decessit improles Antonius Fabberi in loco , cui nomen *Sorivoli Cæsenatensis Diœcesis*, reservato usufructu suæ uxori , ex asse hæredem instituit Nepotem Julium Valducci , cujus fratrem in casu immaturæ mortis Georgium substituit . Post usufructuariæ uxoris mortem , vel si ea ad novos maritales amplexus transiret ,, *adesso per allora erigge un beneficio semplice di juspatronato nella Chiesa di S. Lorenzo di Sorivoli sudetto all' Altare del SSmo Crocifisso ,, , pro cujus dote integrum prælium assignavit vulgo nuncupatum Pròdena positum in territorio di Monte Codruzzo in fondo detto il Gualdo ,, Hujus beneficii juspatronatus reservavit binis Sororibus suis , nimirum Sanctæ nuptæ, Francisco Ricci , et Magdalænæ desponsatæ Jacobo Valducci , iisque vita functis ,, *vaole che spetti , ed appartenga agli Eredi di detta di lui Sorella , sin tanto ve ne saranno di loro discendenza ,, .**

Anno 1760. jam defuncta usufructuaria , erectoque beneficio , ad illud nominatus fuit Christopharus Valducci Georgii memorati filius ; quo vita functo nominatus , et institutus est anno 1775. Julius Valducci , quem pius fundator hæredem nominaverat . quique Ecclesiasticæ militiæ nomen dederat , donata hæ-

hæreditate Laurentio fratri, qui in lucem editus fuerat post testatoris mortem. Non æque tamen pacifice res in posterum processerunt. Postquam enim diem obiit supremum anno 1793. Julius Valducci, scissa sunt patronorum vota, cum nonnulli Sacerdotam Dominicum Valducci, alii vero Sebastianum Drudi nominaverint. Quæstio ita composita est, ut Drudius beneficium obtinuerit cum onere annuatim præstandi geminam pensionem scutatorum viginti quinque alteram nominato Dominico Valducci, alteram Laurentio Valducci, qui hodie in jus venit, ut inferius patebit.

Hic premittendum puto in *Summario* nomine Laurentii distribuendo plura afferri documenta, ut probeatur a Sebastiano Drudi beneficium redditum fuisse deterioris conditionis. Etenim absque Apostolica venia arbores cujusvis speciei succidit, sylvamque evertit, ob nullas etiam adhibitas reparaciones Colonice ædes dirutæ fere sunt, foveæ, et aquæductus labefactati, Sacraque Cellula in prophanos usus conversa, ac pecudum incolatui relicta est.

Cum anno 1816. excogitasset Sebastianus beneficium resignare suo nepoti Petro Drudi nonnullorum patronorum nominationes conquisivit. Has nominationes arte, ac modis ab intemerata Ecclesiæ disciplina reprobatis fuisse expiscatas, nimirum blanditiis, muneribus pecuniæ, et frugum promissionibus probat prædictum *Summarium* Laurentii; factaque est nominatio adhuc pleno beneficio favore Sacerdotis Petri Drudi, „ in ogni caso di vacanza, o di rinuncia del Signor D. Sebastiano Drudi . . . adesso per allora „.

Post hæc SSm̃m adierunt Sebastianus beneficii possessor, ejusque nepos, ut resignatio Apostolica auctoritate firmaretur. Ignotum, est, quid in precibus exposuerint; sed ex litteris Apostolicis subinde obtentis colligitur, expositum fuisse valorem beneficii viginti quatuor ducata auri de camera non excedere, ac medietatem patronorum resignationi consensisse. Commisit namque SSm̃us duobus Canonicis antiquioribus Cæsenatensis Ecclesiæ, ut verificato prius valore reddituum beneficii, et consensu medie-

tatis patronorum Petrum Drudi inducerent in corporalem possessionem beneficii, annexorumque jurium. Cum itaque Cæsenatensis Antistes *citatorium edictum* ut ajunt proposuisset quo omnes interesse habentes monuit, vel ad præstandum assensum favore resignatarii, vel ad deducendum infra mensem contra eum jura sua, sex ex patronis Laurentium Valducci nominarunt.

Notandum vero est duos ex præfatis patronis, qui antea Drudium nominaverant, posterius id fecisse favore Valducci, qui has nominationes intra constitutum tempus in Cancellaria exhibuit, simulque protestationem emisit, quo solemniter obtestatus est, sibi institutionem competere, litteras Apostolicas nullitate inficiari, et quamlibet innovationem, se non citato sub attentatorum pœna inhibuit. Lis hinc in Episcopali Curia exarsit; ea tamen vix hinc inde contestata, Fratres Valducci, et Ricci tamquam patroni, et nominatus ab iis postularunt a SSmo, ut sua jura experiri posset, facultate obloquendi contra litteras Apostolicas favore Drudi, obsignata. Rei cognitione ad R.P.D. Auditorem SSmi delata, prodiit decretum die 19. Augusti præteriti anni pro remissione causæ ad S. Congregationem Concilii *cum clausula de aperitione oris, et cum facultate capiendi quamcumque provisionem etiam in exordio litis.*

Interea defuncto Sebastiano Drudi, nepos Petrus nedum propria auctoritate bonorum possessionem occupavit, quin juxta litteras Apostolicas præcederet Ordinarium decretum, et in eam induceretur a duobus antiquioribus Cæsenatensibus, Canonicis eorumve delegatis, verum etiam quoscumque fundi beneficalis redditus summa festinatione recollectos in propriam domum asportavit.

Actum est coram me de concordatione Dubiorum, quæ inferius proponuntur; actum etiam est de provisione capienda, quam sapientiori EE. Patrum judicio reservandam censui hodierna die, in qua Sacerdos Laurentius Valducci jura sua deducit, Petrus vero Drudi, licet plures ante menses monitus, nihil exhibuit.

Quæritur primo, an intret arbitrium pro aperitione oris. Contendit Sacerdotis Valducci Defensor, litteras Apostolicas vitio laborare obreptionis, et surreptionis, ac proinde nullam promereri executionem ad *Text. in cap. Super lilt. 20 de Rescrip. Rota in Recent. decis. 83. num. 24. part. 7 S. Congregatio in Romana Subsidiis Dotalis 18. Septembris 1819.*

Falso siquidem expositum est Summo Pontifici medietatem patronorum consensisse resignationi beneficii favore Sacerdotis Petri Drudi, cum nemo ex nominantibus mentionem fecerit de resignatione, sed tantum „ in ogni caso di vacanza; o di rinunzia, adesso per allora „. Uno verbo facta est nominatio de beneficio in posterum vacaturum, quod improbat a 33. Ecclesiæ canonibus, quia iniquum captandæ mortis votum inducit *Text. in cap. 2. de concess. Praeb.*

Ita pariter contra veritatem asserta fuit medietas patronorum nominantium. Quæ enim nominationes favebant Drudio, proveniebant a descendantibus ex fœminis, despectis prorsus masculis agnatis, ad quos omne nominandi jus private spectabat, cum res esset de jure patronatus, non hæreditario, sed nupto, in quo fœminæ, eorumque descendentes excluduntur. Insuper etiamsi hisce fœminis, earumque descendantibus aliquod jus tribueretur, eorum tamen nominatio nulla, et irrita evasisset, utpote malis artibus, dolo, ac per improbum simoniam extorta *Text. in cap. Cum Clerici de Pactis Cap. Nobis de Simoa.* Sive igitur ex defectu juris nominandi, sive ex reprobato voto captandæ mortis, sive demum ex simoniæ crimine, nullæ erant nominationes quæ Summo Pontifici per obreptionem expositæ fuerunt ad obtinendam derogationem medietatis vocum Patronorum.

Addit etiam Valducci Defensor aliam falsitatem fuisse expositam Pontifici, cum ei narratum sit, annum beneficii redditum esse scutorum nonagintaduorum, cum ex pluribus documentis constet, illud annuatim, deductis oneribus, reddere scuta centumquingua-

quaginta. Plura vero asserit reticita fuisse, quæ si Pontifex cognovisset, numquam Apostolicas litteras favore Drudi obsignasset, unde concludit hujusmodi litteras, tanquam vitio obreptionis, et subreptionis infectas minime esse exequendas, de quo quæritur in secundo dubio.

Quoad tertium dubium cum ex præmissis deficiat qualitas patronalis in iis, qui Drudium nominarunt, et e contra constet de hac qualitate quoad Valduccios, et Riccios, qui favore Sacerdotis Laurentii nominationem expleverunt, huic danda videtur institutio tanquam a legitimis patronis præsentato, præsertim cum in eo concurrat qualitas Sacerdotalis, quæ eum certo certius idoneum reddit, et cum beneficii fundatore sanguinis conjunctio.

Postulatur in quarto dubio deputatio administratoris. Ut initio monui, cum R. P. D. Auditor SSm̃i hujus causæ cognitionem ad S. hunc Ordinem remiserit, addidit clausulam, cum facultate capiendi quamcumque provisionem etiam in exordio litis, Videant ergo EE. Patres, an prudens consilium capiendum sit, ut non solum pro litigantium securitate, sed magis pro ipsius beneficii utilitate, et Ecclesiæ bono, deputetur administrator, qui, satisfactis oneribus, fructus loco depositi retineat ad effectum consignandi cui de jure in exitu litis, ne interea honorum dilapidatio, et beneficii damna augeantur, si vera sunt, quæ contra Drudios exponuntur. Nec prætereundum est, quod defuncto Sebastiano Drudi ultimo beneficii possessore, nequit legitima renunciari possessio, ejus Nepotis Petri, qui illam apprehendit sine ullo exequutoriali decreto litterarum Apostolicarum.

Dubia proponuntur.

I. An intret arbitrium pro aperitione oris in casu etc.

Et quatenus affirmative.

II. An litterae Apostolicæ sint exequendae in casu etc.

Et

Et quatenus Negative .

III. *An , et cui sit danda institutio in casu ec.*

IV. *An sit locus provisioni in casu etc.*

Dilata in omnibus , et interim scribatur Eminentissimo Episcopo , qui sine mora , et non attenta quacumque inhibitione , nisi signata manu Sanctissimi deputet Ecclesiasticum Administratorem , qui satisfactis omnibus oneribus residuales beneficii fructus retineat in forma depositi ad effectum consignandi cui de jure in exitu litis .

CAMERINEN. FUNERIS . Actum de hac causa est in Folio diei 20. Novembris 1819. in quo tria proposita sunt Dubia ; I. *An , et cui ex duobus Parochis jus erat sepeliendi in casu etc.* II. *An , et in qua quantitate sit locus restitutioni emolumentorum in casu etc.* III. *An sit locus exhumationi , et restitutioni , cadaveris in casu etc.* et in sequenti Congregatione diei 18. Decembris ejusdem anni datum est responsum ad I. *Affirmative favore Casini Parochi SS. Gregorii , et Valentini ,* ad II. *Affirmative excepta quarta funeris juxta consuetudinem Dioecesis ,* et ad III. *Affirmative .*

Sess. 25. Cap. 13, de Refor.

Iterum hodie ad trutinam revocatur novis ex utraque parte allatis rationum momentis ab Emygdio Grattani S. Martini Parocho , quæ typis impressa Vobis distribuentur ; alter vero Parochus inopia pressus mihi tantum tradidit , quæ juri suo favere putat . Agitur de restitutione emolumentorum a Parocho S. Martini perceptorum occasione funeris Veronicæ Massi Monialis professæ in suppresso Monasterio S. Claræ Opidi Sarnani , non S. Catherinæ Caldarolæ , prout per errorem alias fuit enarratum , quæ Veronica diem vidit supremum intra Paræciæ S. Martini fines ; hanc vero restitutionem petiit , atque obtinuit Parochus SS. Gregorii , et Valentini , ex eo quod familia Massi in ejus Ecclesia sepulchro gaudebat gentilitio . Animadvertendum primum est , quod ex novis allatis juribus innotuit jam ab anno 1817. in oppido Caldarolæ extare publicum cœmeterium , in quo positum fuit Veronicæ cadaver , ideoque inutilis quæstio est

de illius exhumatione, et restitutione, de qua in præterita actione quærebatur *sub III. dubio*.

Parochus S. Martini duo diversa jura distinguit jus scilicet sepeliendi, et jus funerandi, illud principale, hoc vocat accessorium. Si primum corruat, hoc quoque deficere asserit. Jure sepeliendi privatæ sunt Ecclesiæ omnes, quum ex Edictali lege, SSm) auctorante, lata a S. Congregatione Consultationis anno 1817. statutum fuerit, omnia, et singula Christiani-fidelium cadavera esse deponenda in cæ neteriis, „*fuori dell'abitato, onde resti espressamente vietato a chicchessia, ancorche privilegiato, o aventi sepolcri Gentilizj di far seppellire i cadaveri nelle Chiese, e Parocchie,* ergo quum in Gentilitio sepulchro humari amplius nequeant Christi fideles, neque in Ecclesiis, ubi illud extat, funera fieri posse asserit, consuetudo enim antiquissima est funera non fieri, nisi ubi deponuntur cadavera. Quod probare quoque conatur ex fine, et causa principali, ob quam Fideles in Ecclesiis non Parochialibus humo tradi volunt. Hæc autem causa non est funus, sed vel affectus sanguinis, vel devotio erga aliquam Ecclesiam, ut cineres ibi deponantur resurrectionem expectantes. Si hæc causa e medio tollitur, si prohibita hæc humatio est, prohibitum quoque dicendum fuus, tamquam accessorium juxta notissimum legale adagium, „*accessorium sequitur suum principale*,” Insuper si funus in Ecclesia fiat non Parochiali, illud vocat Grattani injurium, et injustum. Primum asserit, quia suspicionem ingerit dissentionis inter oves, et pastorem. Alterum quia in emolumentis occasione funerum perceptis constituta est Parochorum congrua; Addit ex eo, quod Rituale Romanum de proprio tantum Parocho verba facit, quum de funeribus agit, inferri posse, funera extra Parochialem expleta Rubricis adversari. Quin etiam funus in Parochiali Ecclesia exerceri vult Grattani, etiamsi alibi fiat tumultatio, quia jure propriæ jurisdictionis utitur Parochus prout definivit S. hæc Congregatio die 27. Februarii, et 26. Martii 1711., et S. Rituum Congregatio 2. Septembris 1741.

Quo

Quo vero ad consuetudinem deferendi cadavera familiae Massi in Ecclesia SS. Gregorii, et Valentini attinet, ait idem Parochus, hanc consuetudinem esse funerandi, et tumulandi simul, non funerandi tantum modo, quod hodie contenditur, quum in publico cœmeterio humantur omnia, et singula cadavera, ideoque allatam consuetudinem nihil in casu prodesse. Tandem ita interpretatur prædictæ Edictalis legis verba quoad emolumenta. In ea siquidem postquam omnimode vetatur cadaverum depositio in Ecclesiis, et Paræciis, et jubetur humatio in publicis cœmeteriis, hæc addita reperiuntur, *restino salvi gli emolumentu Parochiali, che sono o di stabilimento, o di legittima consuetudine, sulli quali con l'enunciata providenza non intende che sia fatta alcun innovazione*, Ex his cum ne verbum quidem de Ecclesiis, ubi sepulchra inveniuntur Gentilitia exciderit, concludit sibi regulam favere *si quod voluit expressit, ergo quod non expressit non voluit*.

Quod si aliquid obscuri habeant verba illa ex observantia interpretanda dicit, ac in id profert factum in funere infantis Gentilucci filiae Seraphini expleto in Parochiali Ecclesia SS. Gregorii, et Valentini cujus Parochus Ermenegildus Casini omnia emolumenta percepit, quamvis sepulchrum Gentilitium dictæ familiae Gentilucci extaret in S. Martini Ecclesia. Plura vero habent EE. VV. in distributa allegatione, præsertim de statu religioso Veronicæ.

Nec parvi tamen momenti sunt, quæ contra ab altero Parocho Ermenegildo Casini afferuntur, tum quoad jus, tum quoad factum, et consuetudinem. Quoad jus negat Cassinius primo loco jus funerandi esse tantum accessorium jure tumulandi, sed æque principale jus esse contendit. Horum differentiam primo intuitu cognosci asserit, namque humari possunt cadavera, quin funus in Ecclesia sepeliente fiat. Quam quæstionem exagitatam habemus in *Lucana Funerum* 14. Martii 1721., ubi Parochus Ecclesiæ Petræ Sanctæ acriter faciendæ esse funera contendebat in Ecclesia Parochiali, etiamsi defunctus alibi sepeliretur, eo quod hæc sunt duo distincta jura, et quamvis S. hæc Congregatio præfatam agnovisset distinctionem.

nem, attamen ex consuetudine mandavit funera expleri in Ecclesia sepeliente. Si duo sunt jura, et unius tantum exercitium sit prohibitum, minime alterum sublatum videtur regula superius allata, *si quod voluit expressit, quod non expressit non voluit*. Nec obstare videntur verba illa edicti S. Consultationis, *restino salvi gli emolumenti Parochiali*, nam hæc non *taxative*, sed *demonstrative* dicta videntur, quum verba immediate sequentia agant de consuetudine, *che non sono o di stabilimento, o di legitima consuetudine*, ideoque non de Parochialibus juribus tantum, quæ a jure promanant, sed etiam de aliarum Ecclesiarum juribus, quæ a consuetudine oriuntur verba fecisse dici potest.

Extranea autem a veritate dicit, quæ Gattaneus affert de læsione jurium Parochialium, de effuggienda dissentione inter oves et Pastorem, et de Rubricarum oppositione. Nam quamvis ex generali, et comuni dispositione defuncti omnes in Paræcia humandi sint, attamen absque scandalo, injustitia, et Rubricarum oppositione fieri huc usque potuit, ut funeratio, et tumulatio certis in casibus explerentur extra Parochialem Ecclesiam. Idem igitur dicendum videtur, si funera tantum in Ecclesia non Parochiali fiant. Nam pro exequiis eadem militat devotionis ratio, quæ concurrat in eligenda sepultura. Siquidem cum fideles corporis exuvias in aliqua benevisa Ecclesia humari nequeant ob publici cœmeterii erectionem, saltem devotionem suam explent jubendo ibi cadavera exponi.

Quoad funus infantulæ Gentilucci exhibet Parochus Casini particulam libri Defunctorum ita exaratam, *Exequiæ suprascriptæ Infantis spectabant Ecclesie S. Martini, in qua existit sepulchrum de Gentiluccis, sed sic disposuit Pater*, Porro in capite licet *Pater de Sepulturis in 6.* permittitur patri eligere sepulturam filiorum, qui nondum ad pubertatem perveniunt, *si consuetudo Terræ id habeat*, sunt verba illius capitis. Difficultas autem esse potest, utram in Camerinoen Archidiœcesi adsit consuetudo, ut Patres pro filiis impuberibus eligant sepulturam, quam tamen non excludit Parochus S. Martini.

Hæc Patris voluntas eruitur ex ejusdem Patris testimonio, qui asserit voluisse funus in SS. Gregorii, et Valentini Parochiali Ecclesia, prout voluit ante erectionem cœmeterii duas alias filias humari, e senza alcun contrasto furono tumulati nel sepolcro comune dei Bambini nella Chiesa Parocchiale de' SS. Gregorio, e Valentino, non ostante ch'io goda il sepolcro Gentilizio nell'altra Chiesa Parocchiale di S. Martino.

Postremo pro consuetudine explendi funera post cœmeterii constructionem, exhibet Casini sententiam Maceratensis, et Tolentinatensis Episcopi latam inter PP. Heremitanos S. Nicolai, et Capitulum Cathedralis Tolentinæ super jure exponendi cadavera Vincenti Pompilii, Violantis, et Joannis Pascucci quorum familiæ sepulchro gaudebant in Ecclesia S. Nicolai Capitulum universa emolumenta sibi competere jactabat, quia cadavera hæc post expositionem in Ecclesia peractam humata fuerunt in publico cœmeterio, quod est simillimum speciei, de quo agimus. Notandum etiam est, Violantem fuisse Monialem professam, quæ diem vidit supremum domi paternæ; quum ob rerum publicarum vicissitudines e Monasterio egredi coacta fuerit.

Ita igitur decrevit doctissimus ille Antistes, definitivamente sentenziamo esser competuto al Ven. Convento, e Padri Agostiniani di San Nicola di Tolentino il dritto di far trasportare nella loro Chiesa i cadaveri di Donna Violante Pascucci, e di Vincenzo Pompili, e di Giovanni Pascucci, per ivi tenersi esposti, e celebrare l'esequie, ed altro a forma del costume, e conseguentemente competere ad essi la cera servita per la pompa funebre dai medesimi cadaveri, esclusa la quarta parte competente alla Chiesa Parocchiale dei defonti, e perciò essere stato irregolare, ed illegittimo il trasporto fattone fare per parte del Reverendissimo Capitolo, e Canonici di Tolentino nella loro Chiesa Cattedrale, e doversi quindi condannare lo stesso Reverendissimo Capitolo, e Signori Canonici alla restituzione di trè delle quattro parti della cera conseguita in occasione della pompa funebre di detti Cadaveri.

Quod vero in contradictorio judicio decretum est in Ma-

ceratensi Curia , confirmatur ex consuetudine , quam ex testium de facto proprio deponentium fide affert Casinius quoad Archidioecesim Camerinensem . Illius enim Capitulum Metropolitanæ testatur in Ecclesia tumultante fieri funera , etiamsi non sit illa Parochialis defuncti , et de emolumentis illorum occasione perceptis quartam tantummodo sibi vindicari Parochum ,, e questa prattica si è osservata costantemente tanto prima dell' erezione de' Cemeterj , che dopo , e si osserva tutt' ora a norma della Legge , ed immemorabile consuetudine stata sempre in vigore , e mai contraddetta , aggiungendo , che mentre in questa Città , e suo circondario era eretto , ed attivato il Cemeterio si trasportavano i Cadaveri nella Chiesa o prescritta dal defonto , o nella quale esisteva il suo sepolcro Gentilizio , ed ivi si ritenevano durante la celebrazione de' Divini Ufficj , e fino a tanto che non venivano trasportati al pubblico cemeterio , o in altre Chiese suburbane a ciò destinate , senza che l'indicata circostanza abbia prodotto la minima alterazione nella costante prattica da noi riferita , ed osservata senza minima contraddizione ,, . Quod iisdem fere verbis affirmant custos Minorum Observantium , et Prior , seu Parochus S. Mariæ in Via ejusdem Urbis , qui de facto proprio testantur ,, Questa prattica poi è stata sempre in vigore nè l' erezione de' Cemeterj hà prodotto sù di essa alcuna alterazione ,,

Quum quæstio isthæc , prout superius dixi immutata sit , tunc enim de jure sepeliendi , nunc de jure exponendi cadavera agitur , immutari forsitan aliquantulum poterit responsio , ideoque verbum illud quomodo adjungendum esse censi in primo Dubio . Ex iisdem inutilitas eruitur tertium reponendi dubium quod circa cadaveris exhumationem versatur , cum in publico cæmeterio sit depositum , duo igitur reponuntur dubio .

I. *An , et quomodo sit standum , vel recedendum a decisio in primo dubio in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad primam partem .

II. *An*

II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

Iterum proponatur.

ROMANA PENSIONIS. Ut Sacrarum indigentis consuleret Capitulum insignis Basilicæ et Collegiæ S. Mariæ Transtiberim Sanctissimo D. N. preces obtulit, ut ipsius Sacrarum favore annua pensio scutorum quinquaginta reservaretur super redditibus, et proventibus cujuslibet Canonialis præbendæ ultimo loco vacaturæ. Placuit Sacratissimo Principi Capituli votis obsecundare, datis litteris in forma Brevis die 28. Novembris anni 1806. , in quibus hæc ad rem leguntur „ *Onus pro tempore existenti Canonico dictæ Collegiæ Ecclesiæ, qui de illius Canonatu, et præbenda de caetero quomodocumque vacatura ultimo loco in posterum quomodolibet providebitur, relaxandi quolibet anno, donec ipse Cononicus ultimo loco, ut præfertur provisus extiterit, et non ultra, et donec alius præterquam ex infrascriptis Coadjutoribus (nimirum Josepho Bianchi, Alexandro Lazzarini, e Paulo Betti jam in ea Basilica a Sanctissimo constitutis) Canonico hujusmodi non successerit, annuam summam quinquaginta scutorum monetae Romanae ex fructibus, redditibus, proventibus, certis, et incertis suorum Canonatus, et Præbendæ penes pro tempore existen. dictorum Capituli, et Cononicorum Camerarium per eum ex præfatis fructibus, redditibus, et proventibus certis, et incertis, retinendam, ad effectum summam hujusmodi pro annuis ordinariis dictæ Collegiæ Ecclesiæ Sacrarum expensis erogandi Apostolica auctoritate . . . , perpetuo jungimus, et imponimus.*

Sess. 24. Cap. 13. De Reform.

Ab hac pensione solvenda exemptos voluit Sanctissimus memoratos Coadjutores hac adjecta lege „ *dum-*

modo tamen ipsi eisdem Canonatum, et Praebendam, in quibus ad praesens Coadjutores constituti existunt, ex persona illos nunc respective vacaturos, et non alios ex dictis praefatae Collegiatae Ecclesiae Canonatibus, et praeben. respective consequantur. In eventum enim, in quem ipsi aut eorum aliquis de quibuscumque aliis Canonatu, et praebenda praefatae Collegiatae Ecclesiae respective provisus fuerint, aut provisus fuerit, etiam ipsi, aut ipse summam praefatam qualibet anno ad effectum praefatum relaxare teneantur.

Anna 1819 Sacerdos Bontus ultimus Canonicus pensionem favore Sacrarii persolvit. Evenit tamen in eunte anno 1820., ut R. P. D. Conversi Sacrae Congregationis Boni Regiminis a Secretis Canonatum, quo in praefata Basilica fruebatur, favore Sacerdotis Secundi Piacenti in manu Sanctissimi resignaverit, reservata sibi annua pensione scutorum centum viginti, quae fere omnes absorbet praebendae fructus, et adjecta declaratione - *che non potendosi pagare la detta pensione coll' introito della terziaria, si debba supplire con quella de' comuni* - Fuit haec conditio a Sanctissimo probata in litteris Apostolicis favore Sacerdotis Piacenti die 27. ejusdem mensis Januarii expeditis, in quibus legitur - *Praesetum vero Magistrum Joannem Baptistam (Conversi) aliunde una cum pensione annua sexaginta octo ducatorum Auri hujusmodi, et Juliorum decem monetae Romanae super omnibus, et singulis dictorum Canonatus, et praebendae fructibus, redditibus, et proventibus certis, et incertis, ac etiam distributionibus quotidianis sibi per Nos reservari concessa commode vivere.* Statim post captam a Piacenti Canonatus possessionem Canonicus Bontus immunem se declaravit a praestatione pensionis erga Sacrarium, atque ad hoc onus teneri Canonicum Piacenti ceu ultimum Canonicum exposuit ejusdem Capituli Camerario, qui cum novisset praebendae redditus huic oneri impares ob pensionem R. P. D. Conversi resignanti prestandam quotidianarum distributionum partem Canonico resignatario favore Sacrarii retinuit.

Preces tunc Canonicus Piacenti Sanctissimo porrexit
ut

ut ab hac pensione solvenda declararetur exemptus, quae cum fuerint S. huic Congregationi ablegatae etiam cum clausula de aperitione oris, statim remissae fuerunt Eminentissimo Titulari pro informatione, et voto auditis tum Capitulo, tum Praesule **Conversi** in scriptis. Silet R. P. D. **Conversi** cum hodie non de pensione sibi nec ne solvenda agatur, sed tantum utrum **Sacrario** praestanda sit pensio a Canonico **Piacenti**, vel a Canonico **Bontus**. Silet etiam **Canonicus Bontus**, cum illius jura quodammodo sua fecerit Capitulum in folio Secretarii, quod Eminentissimus Titularis remisit, una cum deductis a Canonico **Piacenti**, haec addens - *Fateor rationum momenta a Canonico prolata non mihi ita arrisisse ut pro eo votum aperire possim: Non est dubium, quod nil ipse ex Canonici redditibus, sive certis, sive incertis, donec Praesul **Conversi** resignans in humanis sit, percipere possit; sed sive scienter, sive ignoranter sese ipse subjecerit oneribus, quibus Praebenda gravabatur, hoc certum est, parum suo negotio consultuisse, nec ei, ut opinor, aliud restat, quam male consultam beneficii resignationem lugere.*

*Potissimum vero quia onus, quod ipse praestare recusat in praejudicium esset recasurum Canonici **Bontus**, qui non sedens amplius in Stallo postremus, ab hujus erga **Sacrarium** pensionis praestatione jam exemptionem possidet, et jus quaesivit non solvendi: porro tritum in utroque jure est, gratias, seu favores exorbitantiam superare, quatenus jus alteri quaesitum aliquo modo laedere possint.*

Nulla est quaestio quoad Capitulum. Ejus siquidem jus percipiendi annuatim scuta quinquaginta pro expensis **Sacrarii**, sartum tectumque manet ex Apostolicis litteris, quibus Summus Pontifex hanc gratiam indulxit. Tota igitur quaestio est, an pensionis hujusmodi solutio prosequi debeat a Canonico **Bontus**, seu potius translata sit in **Canonicum Piacenti**. Capitulum contendit **Canonicum Piacenti** huic oneri obnoxium esse, quia in litteris Apostolicis pensio **Sacrario** praestanda de cernitur a quocumque Canonico, qui ultimo loco quomodolibet providebitur; Verbum enim quomodo libet juxta literalem significa-

tionem non secumfert dumtaxat ordinarias provisiones, sed etiam extraordinarias, nimirum per coadjutorias, et resignationes. Putat etiam ex concedentis mente propositam confirmari interpretationem. Dum enim Sacratissimus Princeps ultimo pro tempore existenti Canonico onus istud imposuit, excepit tres Coadjutores, qui tunc in ea Basilica jam constituti reperiebantur, si eandem praebendam fuissent consequuturi defuncto coadjuto, quatenus vero de alia praebenda providerentur, etiam eos huic annuae praestationi subjectos voluit. Porro juxta regulas juris *exclusio unius est inclusio alterius, et exceptio firmat regulam in contrarium* hac exceptione et exclusione trium praexistentium Coadjutorum firmavit regulam contra futuros Coadjutores inclusitque reliquos Canonicos extraordinariis modis praebenda providendos.

Nec Sacrarii jura contra Piacenti remorari posse autumat ab altera pensione R. P. D. Conversi persolvenda, illa enim prius fuit constituta *super redditibus, proventibus, certis, et incertis Canonicatus*; serius fuit altera approbata favore resignantis, unde juxta juris adagium *prior in tempore potior in jure*, sequitur Sacratio competere praelativum jus exigendi pensionem a Piacenti tum super redditibus praebendae, tum super distributionibus, quatenus illi impares evadant. Verum cum illi satis sint huic ferendo oneri, concludit pensionem dumtaxat R. P. D. Conversi debitam, solvendam esse ex redditibus Praebendae simul, et distributionibus. Diluit deinde geminam exceptionem ab oratore in precibus propositam; videlicet resignationem ejus favore factam non pure, et simpliciter sed sub conditione menstruae pensionis scut. decem non inducere veram vacationem, et provisionem, sed dumtaxat nudi tituli honorem; necnon Canonicum Vincentium Bianchi, qui provisus fuerat de Canonicatu suspenso ad dimittendum aes alienum a Sacratio contractum, subjectum non fuisse solutioni pensionis favore ejusdem Sacrarii.

Quoad primam enim animadvertit Capitulum, resignationem sepe dictam induxisse veram vacationem, ut patet ex litteris Apostolicis favore oratoris expeditis, in

in quibus Sanctissimus loquitur semper de vacatione videlicet cum apud S. Sedem eadem vocaverint, et vacent ad praesens tibi conferimus, et de illis etiam providemus; Id ipsum confirmant aliae Apostolicae literae pro tradenda possessione in novo Canonico Piacenti, in quibus ita habetur - *in Canonicum recipi. et in fratrem in stallis sibi in Choro, et locum in Capitulo, cum dicti juris plenitudine adsignatis, sibi que de dictorum Canonatus, et praebenda, ac annexorum eorumdem fructibus redditibus, et proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis integre responderi.*

Discrimen deinde exponit, quod inter Oratorem, et Canonicum Vincentium Bianchi intercedit; quodque ex ipsis Bullis favore Canonici Bianchi datis colligit; ubi ita ait SS. nus - *Volumus etiam, quod tu fructus, redditus dictorum Canonatus, et praebendae percipere non possis, nisi satisfactis prius singulis Ecclesiae praefatae creditoribus usque ad asses, quo interim tu tanquam ultimus dictae Ecclesiae Canonicus a solutione annua quinquaginta scutorum monetae Romanae ejusdem Ecclesiae Sacrario annualim facienda exemptus remaneas, ac proinde ob hanc expressam exemptionem, legemque a SSmo impositam factum est, ut Canonicus Visconti, licet tunc penultimus, in solutione pensionis perseveraverit. Cum vero haec eadem exemptio oratori non fuerit in literis Apostolicis concessa, nequit exemplo Canonici Bianchi jurari, sed ipsum, non vero Canonicum Bonatus, teneri ad pensionis solutionem.*

Priusquam ad ea descendam, quae ad declinandam solutionem pensionis favore Sacrarii adducit Canonicus Piacenti, aliquid in facto, et in jure est praemonendum. Ea viget consuetudo ex peculiari Constitutione in Ecclesia Collegiata S. Mariae Transtyberim, ut omnes redditus, qui simul coalescunt penes Capituli Camerarium, in duas dividantur partes, et unius, alteriusque fiat aequa partitio inter duodecim Canonicos. *Prima*, quae maxima est, et dicitur - *TÉRZIE-RIE* - in tres anni quadrimestres exercitur, et quilibet Canonicus ad suam assequendam portionem debet certum punctorum servitii numerum praestare intra quadrimestre, in quibuslibet diebus sibi benevi-

sis. Altera minima est, quæ vix octavam reddituum partem adæquat, et nominatur - COMMUNI - quæque distribuitur inter præsentis certis diebus, ut salarium, et emolumentum servitii. Prima constituit præbendam cujusque Canonici, altera exhibet distributiones favore inservientium tantum statutis diebus.

Nova in jure non est distinctio inter fructus Præbendæ, et distributiones, quam distinctionem post decretum Honorii III. in *Cap. licet 42. de Præben. et Dignit.* fuisse exornant *Fagnan. in Cap. Gravis. de restit. Spoliat. num. 83. Piton. discept. Eccles. 33. num. 18. Barbosa. in Jus. Canon. tit. 5. Cap. 32. num. 3. Rota in Recent. decis. 449. num. 13. et seq. part. 14 S. Congregatio in Tolentina 15. Januarii 1785.* Ex hac distinctione sequitur, ut distributiones - *appellatione fructuum Præbendæ nullatenus veniant; nam cum dentur ex labore prestito in Ecclesia, et ex servitio personali propter residentiam, et interessentiam, et sic illas tanquam stipendium operæ, et laboris Beneficiati acquirunt - ut legitur in addition. ad dec. 576 part. 4. tom. 3. Recent.*

Canonicus Piacenti opponit, nullos ab ipso percipi fructus Præbendæ, utpote qui omnes absumuntur a pensione debita Præsuli Conversi. Id ipsum confirmat Emus Titularis in hæc verba - *Non est dubium quod nihil ipse ex Canonicatus redditibus certis, sive incertis, donec Praesul Conversi in humanis sit, percipere possit. Quod si ita modo sese res habet, eo magis in posterum nihil certi, vel incerti percipiet ex præbendæ fructibus, sive - TERZIARIE - quia, ut ait Capitulum - la rendita di ogni Prebenda sarà anche minore per molti anni a causa del rilascio di scudi 30. annui per Canonico stabiliti per la ripristinazione della cassa Capitolare, per li depositi da farsi per l'estinzione de' debiti etc.*

Quod si omnes redditus præbendæ a pensione reservata in resignatione absumuntur, negat Piacenti posse Capitulum pro altera pensione debita Sacratio jus suum exercere super distributionibus, sive - *Communi - tum ex dispositione juris, tum ex voluntate Summi Pontificis, qui unam, alteramque pensionem con-*

concessit. Quod enim ex Salario, et ex mercede laboris debetur Canonico, non accensetur inter Canonice fructus, licet non dietim, sed diversis vicibus infra annum inter præbendatos dividatur. *Card. de Luc. de Benef. disc. 100. num. 13.* Quin sibi obstare putet, quod in literis Apostolicis, in quibus Sacrariorum addita est annua pensio scutorum 50. Summus Pontifex adhibuerit verba - *ex fructibus redditibus, et proventibus certis, et incertis* - Hæc enim verba licet per se generalia, et effrænata, cohiberi tamen debent ad ea tantum, quæ sunt ejusdem generis, et naturæ; unde et si comprehendant quoscumque præbendæ fructus, nequeunt tamen extendi ad distributiones, quæ nomine fructuum non veniunt.

Ita sane respondit S. Rotæ Tribunal in *Romana Pensionis 23 Maii 1644. coram Mellio*, in qua licet in præcedenti decisione *coram Firovano* censuisset per verba quibuscumque fructibus comprehendere distributiones, easque obnoxias esse solutioni pensionis; attamen reposita causa *coram Mellio* recedendum censuit a decisio, tum quia distributiones diversi generis sunt a fructibus præbendæ, tum quia in hoc casu pensio est materia odiosa propter beneficii servitutem; ut videre est in *addit. ad decis. 576. Part. 4. Recent. sub num. 50.* - *Licet indultum loquatur de pensionibus reservatis super fructibus, redditibus, et proventibus; sub his tamen non veniunt distributiones quotidianæ,*

Argumentum vero voluntatis Summi Pontificis eximendi distributiones, seu *Comuni* ab onere pensionis concessæ favore Sacrariorum deducit *ex discretiva*. Licet enim Pontifex in literis concessionis verba ut cumque generalia, „ *redditibus certis, et incertis* „ usurpaverit, nunquam vero meminuit de distributionibus, quæ nomine „ *Comuni* „ veniunt. E contrario cum Præsul Conversi Canonatum resignavit „ a favore di D. Secondo Piacenti con la riserva però di una pensione annua di scudi 120. „ expresse addidit „ *dichiarata, che non potendosi pagare la detta pensione coll' introito della Terziaria, si debba supplire con quella de Comuni* „ Summus vero Pontifex in litteris Apostolicis resignationem Canonatus, et reservationem pensionis probavit, „ *super omnibus, et singulis*

Canonicatus, et Praebendae fructibus, redditibus, et proventibus certis, et incertis, ac etiam distributionibus quotidianis. „ Si igitur ubi Pontifex voluit etiam distributiones obnoxias esse solutioni pensionis, id expresse declaravit; sequitur, ut ubi in altera pensione de distributionibus siluit, noluerit eas comprehendere, et rem omnem sub juris dispositione relinquere, vi cujus distributiones sub nomine quorumcumque fructuum praebendae minime veniunt.

Negat deinde Canonicus Piacenti, Sacrarium potiri jure potiori, quam R. P. D. Conversi ad exigendam pensionem, quia illud non fuit prius in tempore. Praesul namque usque ab anno 1788. suum possidebat Canonicatum immunem ab omni onere: Sacrarium vero non nisi anno 1806. a Sacratissimo Principe gratiam obtinuit exigendae pensionis ab ultimo ex Canonicis. Si itaque ille nunquam suum Canonicatum resignasset, nullum jus super hujus fructibus acquivisset Sacrarium. Sed Praesul Conversi die 27. Januarii 1820. sub conditione resignationem emisit „ *con la riserva però di un' annua Pensione di scudi 120. da pagarsi di quadrimestre in quadrimestre con ordine fisso del detto Signor Piacenti diretto al Signor Canonico Camerlengo* „ Vis autem conditionis ea est, ut actum, cui apposita fuerit, suspendat, donec verificetur ipsa conditio, juxta vulgata juris axiomata *non existit actus conditionatus, nisi antea purificata fuerit conditio, et ruerente conditione ruit conditionalium.*

Hinc deducit Canonicus Piacenti, pensionem debitam vi conditionis Praesuli Conversi, praesferre titulum anteriorem pensioni debitae Sacrario; Cum enim hujus jus initium non habeat, nisi a vacatione, et vacatio non detur nisi antea verificetur conditio pensionis, sequitur, ut haec sit praeferenda Sacrario ex regula, *qui prior in tempore potior in jure.* Reapse si Resignanti non solveretur statuta pensio, posset ipse ob inadimpletam conditionem revocare resignationem, et ad primævam Canonicatus possessionem redire, ut late Barbos. *Jur. Ecccl. univers. lib. 1. de priv. Cler. cap. 39. §. 3. num. 9., et seqq.:* Quin obstat pensionem Praesuli solvi posse distributionibus, quae in subsidium tantum huic oneri sub-

subjectæ fuerunt favore resignantis tantum, nunquam vero favore Sacrarii.

Ex his concludit Orator, se exemptum esse debere a præstanda pensione erga Sacrarium, cum istud jus non habeat super distributionibus, ac vicissim integri præbendæ redditus R. P. D. Conversi debeantur. Bene vero onus pensionis erga Sacrarium incumbere Canonico Bontus, qui eam persolvebat tempore resignationis Canonatus, eamque adhuc persolveret, nisi resignatio adfuisset. Quemadmodum vero illam præstabat absque damno, ita si ab ea modo exoneraretur, lucrum retraheret, integros redditus pereiciens resignatarii damno, qui iis omnino caret, ac super resignatione Præsulis Conversi lucraretur absque ullo jure annua scut. 50.

Quin sibi putet adversari Canonicum Bontus non amplius sedere ultimo loco; non enim sedenti ultimo loco, sed super redditibus ultimi Canonici fuit imposita pensio; quod evenit etiam Canonico Visconti, qui non amplius postremus sedebat in Choro, dum Canonicus Vincentius Bianchi quinquaginta scutata Sacrario non præstitit. Eædem autem in præsentiarum concurrunt circumstantiæ: Etenim, sicuti tunc Canonicus Bianchi præbenda fruebatur carente redditibus applicatis pro Ecclesiæ debitis; ita nunc orator Piacenti præbenda gaudet destituta fructibus Præsuli Conversi assignatis a Sanctissimo. Cum vero pensio favore Sacrarii imposita fuerit super ultima Canonicali præbenda redditus habente, quemadmodum tunc Canonicus Visconti, non ultimus, eam Sacrario præstabat, sic etiam modo ad id tenetur Canonicus Bontus, licet non sit postremus in numero Canonicorum, sed in præbenda redditus habente. Animadvertit postremo Canonicum Bianchi ad cathedram dumtaxat exemptum a sæpedito onere declaratum a Sanctissimo fuisse; quod ostenditur ex eo, quod nulla legatur derogatio facta litteris in forma Brevis, quæ datæ fuerunt anno 1806. favore Sacrarii, ac insuper eundem Canonicum Bianchi, qui tenebatur omnes Præbendæ fructus Ecclesiæ Creditoribus cedere, nihilominus libere sibi addixit distributiones „*Comuni* „ ut refert Capitulum „ *mentre era esente*

dal peso della pensione per la Sagrestia , ed escluso dai profitti della prebenda , percepiva però li Comuni . „

Dubium proponitur .

An, quomodo, et ad quem spectet onus solvendi Sacrario pensionem scutatorum quinquaginta in casu etc.

Non proposita cum sequentibus .

Sess. 25. cap. 17.
de Reform.

LANCIANEN. . In Lancianensi Archidioecesi pervertusta invaluit consuetudo , ut singulis annis in pervigilio Natalis SS. Apostolorum Petri , et Pauli universus Clerus Diœcesanus suam erga Pastorem obedientiam per manus osculum in Vesperarum solemnitate profiteatur , Clerus vero Civitatis in ipso die Festo intra Missarum solemnità idem obedientiæ , et sujectionis signum proprio Archiepiscopo exhibeat . Post pacta conventa cum Serenissimo Ferdinando utriusque Siciliæ Rege, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII. per suas litteras Apostolicas incipien . *De utiliori* varias prædicti Regni Ecclesias univit . Inter has vero sic disposuit de Ortonensi Ecclesia *supprimentes itidem Episcopalem Ecclesiam Ortonensem, Ecclesiam, et Dioecesim hujusmodi perpetuo, adjungimus, et incorporamus Archiepiscopali Ecclesie Lancianensi, cui nullus suffragabitur Episcopus* . Hinc modernus Archiepiscopus Lancianensis eandem consuetudinem , de qua superius memini , extendere volens ad unitam Ecclesiam, Capitulum, et Clerum universum Ortonensem ad obedientiam sibi præstandam cum Clero Diœcesano Lancianensi per Edictum diei 20. Junii præteriti anni vocavit . At Canonici , et Clerus Ortonensis , ut a novo hoc onere exi-

merentur, supplices S. Congregationem, edierunt - per non mostrarsi di loro sola volontà contumaci agli ordini del proprio Pastore,, postulantes ut a S. Ordine declararetur,, non essere eglino tenuti all' esecuzione di simile Editto,,.

Archiepiscopum requisivi pro Informatione, et voto auditis Capitulis Lancianen, et Ortonen in scriptis nec non Promothore Fiscali, et ut referret de Ecclesie Constitutionibus, et consuetudine quoad præteritum in utraque Ecclesia Lancianen, et Ortonen. Una, eademque sententia est tum Archiepiscopi, tum Lancianensis Capituli, tum Promothoris Fiscalis, pro exteutione consuetudinis etiam ad Civitatem, et Clerum Ortonensem, ut ita ostendatur communio aliarum Ecclesiarum cum Cathedra Archiepiscopali, fidei unitas magis promoveatur, concordia, et charitas inter fideles habitatione dissitos foveatur, qui dum solemniter profitentur sibi unum, eundemque esse Pastorem, et Patrem, fraterna charitate invicem jungantur.

Tanti vero hæc non esse putant Canonici, et Clerus Ortonensis, ut consuetudini, quæ nunquam in propria Ecclesia viguit, subjiciantur. Ajunt enim subjectionis signum Archiepiscopo juxta præscriptum Canonum non nisi in Synodo, vel Visitatione Pastoralis exhibendum esse, nec Communionem totius Diocesis in fidei unitate indigere materiali in Cathedrali Ecclesia totius Cleri conventu. Quod si hujusmodi consuetudo vim habuit in Ecclesia Lancianensi; non inde sequatur, ut illa, ex qua vinculum quoddam, et novum onus imponitur, ad unitam Ecclesiam Ortonensem extendatur. Præsertim cum inde non modo incommodum ipsi Clero, sed etiam Populo spirituale damnum oriretur. Distat siquidem Ortonensis a Lancianensi Civitate octo millia passuum spatio; hinc si universus Clerus Ortonensis juxta præscriptum in Edicto suam relinquere cogatur Ecclesiam in adeo solemnif Festo, prorsus in pervigilio deficeret Chorale servitium, et sequenti die, lassiss abstinere Sacris Ministris, Populus spiritualibus subsidiis hæud parum fraudaretur, et tantæ solemnitatis quodammodo majestas vilesceret.

Hujc tamen difficultati , quæ ex distantia locorum , et ex metu intermittendæ solemnitatis oritur , remedium aliquod afferri putat Archiepiscopus in sua Informatione proponens Edicti moderationem in hæc verba — *per vieppiù sodisfarli hò voluto far loro sentire , che avrebbero potuto essi mandare solamente due , o tre individui del primo Capitolo , due , o tre del secondo , due , o tre del resto del Clero , e questi pochi per me sarebbero stati bastanti a manifestare , che tutti i gradi Chiesastici di Ortona avevano riconosciuta la prima sede della Diocesi ; riconoscenza, esteriore cui sono tanto attaccate queste popolazioni , che mancando credono non essere una la Cattedrale .*

Nullibi in jure statutum est , ut Canonici , et Clerus teneantur Episcopo solemnem obedientiam extra Visitationem , et synodum exhibere . Verum cum id non sit contra jus , et Episcopis liceat aliquod præter canones constituere , dummodo nimii rigoris notam effugiant , ut late tradit Benedictus XIV. *de Synodo lib. 12. cap. 6.* videretur jure suo usus fuisse Archiepiscopus , dum omnes indiscriminatim Clericos ad præstandam obedientiam acciivit . Nec prætereundum est , quod Ortonensis Ecclesia a suo gradu , et honore defecerit , cum non uti aequæ principalis , sed per subjectivam unionem Lancianensi Ecclesiae fuerit incorporata . Unio enim subjectiva ejusmodi est , ut Ecclesia unita ita alteri jungatur , et subijciatur , ut amissa propria dignitate , et nomine , in alterius naturam transeat , et illius dignitatem , jura , et privilegia , et consequenter consuetudines , tamquam accessoria , et filialis participet , *ut ex can. 48. cau. 16. quaes. 1. , et cap. 3. de statu Monacor.*

Ita ad rem ait Fagnanus in *Cap. Novit. tit. ne sede Vacante: Primo casu , scilicet cum (Ecclesia) unitur alteri assumit jus, naturam, CONSUETUDINEM , et privilegia ejus , cui unitur , et pereunt jura Ecclesiae unitae .* Cum ergo Ecclesia Ortonensis unita fuerit Lancianensi , tamquam accessoria , et filialis , Principalis , et Matricis Lancianensis consuetudini subesse cogitur , cum de hujus vetustissimæ consuetudinis existentia nulla moveatur dubitatio . Divus Am-
bro-

brosius apud Augustinum monet - ad quamcumque Ecclesiam veneris, ejus morem serva.

At vero pro Oratoribus plura notari possunt. Ac primum S. M. Benedictus XIV. in celebri opere *de Synodo Diocesana lib. 11. cap. 4.* monet Episcopos, ne in sua Diœcesi mores nunquam receptos inducere tentent. Porro nunquam in Ecclesia Ortonensi, quousque Episcopalis sedis honore ditata est, viguit consuetudo præstandi Pastori suo solemnem obedientiam; unde novitatis notam non effugeret, si illius Clerus, qui nunc Lancianensi Cathedræ subjicitur, cogeretur novos nunquam apud ipsum inductos mores inducere. Aptari in casu videretur monitum S. Sixti III. qui ait, *Nihil ultra liceat novitati, quia nihil addi convenit vetustati,*

Nec quidquam momenti facessit, quod cum hujusmodi consuetudo servata semper fuerit in Ecclesia Lancianensi, modo extendi debeat ad Clerum Ortonensem eidem subjectum. Stricti quidem juris est consuetudo, quæ proinde nequit extendi vel de persona ad personam, vel de casu ad casum, vel de loco, ad locum. Ita passim docent post *Text. in leg. 5. §. si quis ff. de itin. act. priv. Aretin. cons. 122. num. 4. Mantiv. decis. 284. numer. 6., et 7., et Rota in Recent. decis. 27. numer. 10. part. 8.* quæ quidem juris censura eo magis retineri debet, si consuetudo Ecclesiæ, et Clero onerosa sit, et prudenter timeri possit aliquod spirituale damnum fideli Populo obventurum, ut enim animadvertunt Oratores, si observantia hujus consuetudinis ad ipsos extenderetur, cogentur æstivo tempore in horis præsertim, in quibus sol maximopere suam vim exerit, itineri se committere, ut adesse possent in Cathedrali circa horam vigesimam, qua obedientia Archiepiscopo exhiberi solet. Statim postea deberent iterum se itinere committere, ut ad propria reversi solemnibus Vesperis in Collegiata celebrandis incumbere possent. Aliquam etiam indulgentiam exposcere videtur ipsa diei solemnitas, in qua hujus obedientiæ præstandæ causa, verendum esset ne sacræ turbarentur functiones, et populus ab Ecclesiasticis viris jam ab itinere defatigatis in indeo solemni

lemni die spiritualia subsidia præstolari non posset.

Hæc sunt. quæ ex utraque parte afferuntur, nunc erit sapientiæ, et æquitatis EE. Patrum dirimere.

Dubium

An, et quomodo oratores obtemperare debeant Archiepiscopi edicto in casu etc.

*Sess. 22. cap. 6.
de Refor.*

VELITERNEN. SUBSIDII DOTALIS. Sæpius huic S. Congregationi exposita est ultima, ac pia voluntas Salvatoris Scandelloni, qui Veliterno Capitulo legavit summam scutatorum 7500. cum onere distribuendi quotannis octo subsidia dotalia scut. 25. pro qualibet suæ patriæ puella - *povera, onorata, e timorata di Dio* - cum prælatione ad hoc subsidium suarum consanguinearum - *anche in grado remoto, e lontano* - Plures testatoris consanguineæ iteratis vicibus a S. Congregatione postularunt cumulam dotium in sui commodum assignari, et horum precibus sæpius S. Congregatio pro diversitate rerum, et circumstantiarum annuit. Missis antiquioribus, recentiora hujusmodi gratiarum exempla reperire poterunt EE. PP. in folio Congregationis 8. Maii 1819. quod reassumere precor, ne actum agere videar. Testatori Scandelloni septimo consanguinitatis gradu juxta civilem computationem devincitur filia Jo. Angeli Giorgi, qui testatori in sexto civili gradu conjungitur, quique S. Congregationem exorat, ut suæ filiæ favore augeatur dotale subsidium, ut decenti Matrimonio jungi possit, cum id, et Oratoris inopia, et nobilis familiæ conditio exposcat. Eminentissimum Episcopum requisivi, ut dignaretur S. Congregationem in-

instruere , et voto suum audito Capitulo in scriptis aperire .

Hæc refert Eminentissimus Episcopus - Salvator Scandelloni in hac causa Pia instituenda præscripsisset , che concorrendo al maritaggio Zitelle parenti del testatore , anche in grado remoto , e lontano siano preferite , cum præterea orator sexto , et ejus filia septimo consanguinitatis gradu cum pio Fundatore jungatur , cum tandem præter Euphrasiam , et Elisabeth Scandelloni , quæ pari consanguinitatis gradu præstant , quæque jam subsidium dotale ab hac Sac. Congregatione obtinuerunt , non amplius ex copiosissima cognatione habeatur , quæ vel propinquiori , vel pari consanguinitatis gradu utatur , hinc patet ex testatoris voluntate jus hodie esse Oratoris filiae aliquod dotale subsidium consequendi , eandemque non extraneis tantum , sed caeteris Salvatoris Scandelloni cognatis esse præferendam .

Totum autem hujus rei negotium in subsidii dotalis quantitate , et in illius solvendi modo consistit . Orator ad Veliternæ nobilitatis ordinem pertinet , ipse vero adeo est bonis dilapsus , ut censu careat , licet uxorem habeat cum congrua dote . Non igitur ejus filiae , ut decenter nubat , subsidium illud est assignandum , quod congruum esse videretur puellis honestæ dumtaxat conditionis . Idque eo magis , quod ex ejus Familia Angela Maria , et Flaminia olim ab hac S. Congregatione dotem scut. octingentorum obtinuerunt nec prætereundum est hanc S. Congregationem in consessu diei 9. Septembris anni 1815. dotem scutorum bis centum singulis sororibus Euphrasie , et Elisabeth Scandelloni concessisse , licet ipsæ non nobilis essent , sed honestæ dumtaxat conditionis .

Veruntamen hodie is est hujus piæ causæ status , ut res attemperanda videatur inter vetera , et novissima exempla . Olim ejus redditus in censibus activis totus annuam summam excedebat scutorum bis centum , hodie vero vix ad annuam summam scut. 175. 28. ascendit . Ex quo factum est , ut annua octo subsidia dotalia , quæ singula ex Testatoris voluntate in summa scut. 25. erant conferenda , in septem reducta fuerint . Accedit præterea , quod causa Pia adhuc debi-

trix sit in summa scut. 241. 27. ob subsidia dotalia olim concessa , et nondum soluta . In hoc rerum statu nequit ea largitate uti , quam anno 1794. , et an. 1796. haec S. Congregatio in Angelam Mariam , et in Flaminiam , quae erant ejusdem familiae , adhibuit , quae singulae dotem scutorum octingentorum retulerunt . Nam si hodie hoc exemplum renovaretur , nimis esset detrimento , tam dotatis , quam dotandis , dotatis quidem , quae cogentur promissae dotis solutionem recipere post longissimi temporis dilationem , dotandis vero , quae pariter ex cognatione Instituto- ris non possent , nisi post diuturnum tempus ad hujus subsidii dotalis assecutionem pervenire .

Contra vero aequum non esset eam parvitatem adhibere , qua dos in summa scutorum biscentum Euphrasiae , et Elisabeth Scandelloni assignata fuerat , congruum hoc dotale subsidium iis , quae non nobilis , sed honestae tantum conditionis erant . At largius est ei subveniendum , quae nobilis generis est , ut decenter nubere possit . Qua propter , ut res inter vetera , et novissima exempla pro hadierno Causae Piae statu , et pro Puellae nubendae conditione attemperetur , sententiam Capituli Administratoris , quam requisivi ex Sac. hujus Congregationis mandato sequendam esse reor , ut scilicet subsidium hoc dotale in summa scutorum quingentorum definiatur .

Quod autem attinet ad solvendi modum , eum quoque proponam , quem idem Ecclesiae Cathedralis Capitulum designaverat , ut nempe ex septem annuis subsidiis dotalibus duo Oratoris Filiae assignentur ad summam scut. quingentorum constituendam , et tria aeris alieni solutioni , quo causa Pia gravatur , inserviant , et reliqua duo Puellis Testatoris consanguineis conferantur , hac tamen lege , UT illius anni subsidium , seu subsidia , quo nulla ex Fundatoris cognatis Puella concurrat ad accelerandum hujus dotis implementum applicentur .

Eminentissimi Episcopi Sententia , cui adhæret Capitulum , confirmatur ex iis , quæ tradit Cardinalis de Luce de dot. disc. 174. nu. 2. , et dis. 100. num. 5. , ubi docet subsidia dotalia censeri relicta pauperibus , et eis tantum concedi consuevisse earum cumulum . Immo.

mo ubi dotaria subsidia relicta sint puellis pauperibus incertis, cujusmodi videtur esse in præsentî casu, cum nulli tunc irrogetur injuria, tunc eo facilius locus esse potest benignæ indulgentiæ pro augmento subsidii Rota coram Emerix decis. 306. nu. 7. et coram Rezzon. decis. 227. num. 2. et 7. Atque ipsam indulgentiam favore pauperum a Fundatoribus descendentium sæpe adhibuit S. hæc Congregatio, et præsertim, ut alia omittam exempla, in Camerinen. Subsid. Dot. 22. Septembris 1731,

Deliberandum nunc est de cumuli quantitate. At quingentorum scutatorum cumulum nobili conditioni filia Oratoris, et piæ causæ statui congruere censent Eminentissimus Episcopus, et Capitulum. Verum Oratoris precibus obstare tantum posset voluntas Testatoris, qui suis consanguineis puellis pauperibus prælationem tantum tribuit, non vero cumulum dotium indulgit, forsân ut aliis etiam puellis amplior ad dotes consequendas aditus pateret, ait enim in suis supremis tabulis, „ *Desidero, e dichiaro, che a d. Maritaggio concorrendo Zitelle mie parenti anche in grado remoto, e lontano siano preferite, che cosi vuole il dovere* „ Verum sive quoad quantitatem, sive quoad modum solutionis Sapientiori EE. VV. judicio, et æquitati relinquendum erit. Dubium igitur proponitur.

An, in qua summa, et quomodo sit concedendus cumulus Dotium in casu ec,

SALERNITANA SERVITII CHORI. In Civitate, Sess. 24. Cap. cui nomen Evoli, Salernitanæ Archidiœceseos anno 1531. S. M. Clemens VII. Parochialem Ecclesiam S. Mariæ Pietatis in Collegiatam erexit, cujus Capitulum ex duodecim Canonicis, ac duobus dignitatibus

Primicerio, et Cantore constitutum fuit, assignata singulis Canonicis congrua scutorum 57. et Primicerio autem duplicata, Cantori demum in annuis scutis sexagiata. Omnibus in erectione injunctum est onus; *Missas, et alia divina officia in dies celebrandi.*

Anno 1728. octo Mansionarii adjecti fuerunt ab Archiepiscopo Paulo Villana Perlas cum onere *di servire quotidianamente nel Coro nel recitare, e cantare l'Officio Divino, assistere alla Messa Cantata, seu Conventuale, ed a tutte le altre funzioni di d. Chiesa, ut legitur in Bulla eorum erectionis.*

Varias hæc Collegiata passa est vicissitudines. Anno enim 1654. exonerata fuit cura animarum, salvis tamen juribus, et præminentis. Biennio post, scilicet anno 1656., integrum fere suæ dotis fundam amisit ob tunc crassante pestilentielle morbum, quod nihilominus tractu temporis ad priorem fere quantitatem fuit restitutum bonis a Capitulo acquisitis, sed gravatis pluribus Missarum oneribus, quarum reductio a Sede Apostolica concessa fuit anno 1752., dummodo conventualis Missa, quæ antea liberæ applicationis erat, pro benefactoribus in genere celebraretur.

Quotidiani choralis servitii, quod huc usque a singulis Capitalaribus præstitutum fuit, petierunt modo Dignitates, et Canonici a Summo Pontifice reductionem pro se tantum, exclusis Mansionariis ad alternas hebdomadas ob tenuitatem reddituum, ac præcipue ob aeris gravitatem atque insalubritatem.

Archiepiscopus Salernitanus, qui fuit de sua sententia rogatus, factorum rem confirmat, additque, *attualmente il servizio corale è giornaliero, e gl'individui, che lo prestano sono al numero di ventidue, cioè due dignità, Primicerio, e Cantore, dodici Canonici, e otto Mansionarij, de' quali presentemente ne mancano due, che presto anderanno a provedersi, e la legittimità della causa per l'alternativa viene contestata da due Medici con fede, che mi fò un dovere di accludere, con cui dimostrano, che il quotidiano servizio del Coro pregiudica gl' Individui, che lo prestano. In quanto poi alla consuetudine nelle altre Chiese limitrofe posso assicurare V.E. Reverendissima, che in questa Chiesa Metropolitana di Salerno il servizio*

Corale è diviso in tre Eddomade . Nella Cattedrale di Campagna il servizio del Coro è diviso in tre Eddomade . Nella Cattedrale di Acerno il servizio Corale è diviso in due eddomade ciascuna composta di nove Canonici , e quattro Mansionarj ; Nella Collegiata finalmente di Rovella il servizio del Coro è diviso in quattro Eddomade ciascuna composta di sei Canonici .

Avendo quindi conosciuta la qualità del servizio Corale nella Chiesa Collegiata di Evoli , che per essere giornaliero si rende ben laborioso , ed atteso il Clima mal sano di quella Città può col forzoso sistema di vita sedentanea recare del detrimento alla salute de' Canonici , ed altronde potendosi contemporaneamente provvedere al servizio del Coro con un nuovo esatto , e determinato regolamento , io son d'avviso , se V.E. Reverendissima diversamente non istimi , che ad esempio delle altre Chiese limitrofe si possi accordare alle Dignità , e Canonici d'Evoli l'alternativa del servizio Corale , ma nel seguente modo , e coll'infra-scritte condizioni . De hisce conditionibus inferius redibit sermo .

Ex can. ult. dist. 92. ii , qui choralis beneficio fruebantur , singulis diebus divina officia celebrare debebant. Verum uti notat Garzias de benef. part. 3. cap. 2. numer. 311. nimis dura videbatur totius anni residentia , oportebatque maxime juxta fragilitatem humanam aliquid indulgere ad corporis , animique recreationem . Quia tamen hac de causa plures corruptelæ invaserant , Sacrosancta Tridentina Synodus ad doctrinam SS. Canonum constabiliendam , et corruptelas exterminandas , miscens severitati indulgentiam , trium mensium vacationes in Capitulis toleravit , longiores proscripsit , ac generalem legem edixit præbendatis omnibus sive Cathedralium , sive Collegiatarum ,, non liceat vigore cujuslibet statuti , aut consuetudinis ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis abesse , salvo nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus , quæ longius servitii tempus requirunt , ut legitur in Sess. 24. Cap. 12. de Reform.

Il tramites hujus Decreti S. Congregatio deficiente necessaria causa semper reprobavit statuta vel consue-

tudines vacandi a servitio chori ultra tres menses, firmasque retinuit eas, quæ longius servitii tempus statuebant, ut in *Vercellen. lib. 2. decret. pag. 96. in Leyrien. anni 1616. lib. 14. decret. pag. 381. in Calacen. 29. April. 1698. lib. 48. pag. 567.*

Sequitur inde, ut ex juris rigore non sit concedendum indultum inserviendi per alternativam Capitulo Oratori, cum deficiat necessaria causa. His accedit dubium esse ex littera foundationis, an quotidie, vel aliquibus tantum diebus Canonicis injunctum fuerit chorale servitium. Quamquam etsi concederetur non fuisse in foundatione præscriptum quotidianum servitium, nihilominus obstaret contraria consuetudo, quæ non minorem vim habet in hoc casu, quam statutum juxta *Garziam loc. cit. num. 110.* qui refert sequentem S. Congregationis declarationem *Licet per statutum Ecclesie concedatur Canonicis per tres menses abesse, si illud per consuetudinem non fuit observatum, attendenda est magis consuetudo contraria, quam statutum.*

Verum favore Capituli animadverti potest, S. Congregationem procul a necessitate, sed justa tantum concurrente causa nimie tenuitatis præbendarum, et distributionum, et nimium frigidi, ac inimici aeris aliquando etiam concessisse indultum inserviendi alternis vicibus, et etiam per tertiarias, ut in *Auximana 12. Julii 1631. lib. 14. dec. pag. 467. in Montis Regalis 28. Novembris 1649. lib. 19. decret. pag. 10. in Farsen. 13. Novembr. 1655. lib. 19. decret. pag. 582. in Isernien. 26. Junii 1723., in S. Severinae 13. Julii 1725. et in Tranen. 22. Novembris 1738.* Porro qui sit Capitularium numerus in præsentis casu, quæ reddituum præbendarum quantitas ex facti specie habent EE. PP. De aeris intemperie minime dubitandum videtur: Quamvis enim Medicorum fides juramento careat, de ea tamen testatur Archiepiscopus.

Quatenus EE. PP. in eam sententiam descendant, ut ipsis concedendum videatur alternativum servitii indultum, ad modum spectabit definire conditiones hujus alternativæ, et quando omnes communiter servire teneantur. Archiepiscopus hæc proponit. *I. Il] servi-*

zio Corale della Collegiata di Evoli prima come era giornaliero, da ora innanzi sarà diviso in due eddomade. Ogni eddomada sarà composta ec. di una Dignità, sei Canonici, e otto Mansionarj, che formano il totale di quindici individui. Questi saranno obligati di assistere giornalmente al Coro Saranno soggetti ad una puntatura dupplicata nè giorni feriali, triplicata nè festivi, quadruplicata nelle Feste solenni di prima, e seconda classe. Il privilegio dell'alternativa sarà accordato alle Dignità, e Canonici e non già alli Mansionarj. Sarà permesso alle Dignità, e Canonici nel caso di qualche legittimo impedimento di potersi scambievolmente sostituire In alcuni giorni dell'anno non si goderà del privilegio dell'alternativa nelle Domeniche privilegiate di 1. e 2. Classe la mattina; nelle altre Domeniche, ed in Quaresima la mattina nella sola Messa Conventuale in tutte le Solennità di doppio Precetto, e loro Vigilie all'ufficio Corale, e Messa cantata, come anche nei primi, e secondi Vesperi ec.

EE. PP. sapientiae erit animadvertere, utrum hae conditiones probandae sint, in quibus nulla de servitio ab omnibus communiter praestando tempore adventus fit mentio, et in quibus Canonici adiguntur aliquibus diebus exceptis ad servitium matutinum dumtaxat communiter praestandum, non item ad vespertinum. Porro S. haec Congregatio quando hujusmodi indulta vel alternativae, vel tertiae concedit, quoad modum apponere solet semper cum solitis clausulis, quae plene explicantur in *Tarraconen. 23. Martii 1765.* scilicet, ut *Capitulares omnes tempore Adventus, et Quadragesimae, omnibus diebus festis, e solemnioribus Nativitatis, et Resurrectionis D. N. J. C. Penthecostes, et Sanctissimi Corporis Christi, et octavarum privilegiatarum, ac aliis temporibus ordinario benevisis jugiter servire teneantur.* Ita etiam legitur in *Tusculana Servitii Chori 18. Junii 1808.*

De Mansionariis sermo est in secundo dubio, an scilicet et ipsi sint eodem indulto donandi, Canonici causas enumerant, ob quas eos excludendos esse censent in resolutione Capitulari, nimirum quia - tale

è lo stabilimento della Cattedrale di Salerno, che esclude i Mansionari dal beneficio dell' eddomadu. I Canonici sogliono per lo più essere d' età avanzata, perchè la provista de' Canonicali suole per lo più cadere in soggetti di età avanzata, e defaticati nel servizio della Chiesa, ed i Mansionarij essendo per lo più d' età giovanile, siccome lo sono al presente, possono maggiormente sostenere l'urto del servizio corale giornaliero; addunt praeterea tale onus inesse Mansionariis ex bulla erectionis, ac si ipsi quoque indulto donentur, perpaucos tantum quotidianae psalmodiae interesse.

E contrario dici potest, haec ipsa rationum momenta, quae Mansionariis obstant, obesse etiam Canonicis, si forsan bulla erectionis excipiatur, licet contra Canonicos urgeat consuetudo quotidiani servitii, quae ejusdem roboris est ac statutum, ex dictis in primo dubio. Deinde ratio deducta ex juventute Mansionariorum tanti non esse videtur, ut eos ab eodem indulto excludere valeat, ac perpetuam contra eos legem efformare. Si enim in praesentiarum juvenes sunt, ex casu est; in posterum etiam ipsi senectute laborabunt. Tandem acris gravitas, et intemperies iisdem incommodis subjicit mansionarios aequae, ac Canonicos. Videant etiam utrum media aliqua iniri possit via, ut scilicet duo ex ipsis perturnum qualibet hebdomada abesse possint, et reliqui sex choro intersint: et hoc pacto moderaretur in hac tantum parte eorum indultum, quod in reliquis idem esset, ac illud Canonicorum.

His omnibus perpensis dignentur EE. Patres dirimere Dubia.

Dub. I. *An et quomodo Dignitatibus, et Canonicis Ecclesiae Collegiatae Civitatis Evoli sit concedendum indultum inserviendi Choro alternis hebdomadis in casu etc.*

II. *An, et quomodo idem indultum alternativae servitii hebdomadalis sit concedendum Mansionariis ejusdem Collegiatae in casu etc.*

Die Sabathi 21. Julii 1821. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROMANA PENSIONIS

Sess. 24. Cap. 13. de Reform.

Dub. *An, quomodo, et ad quem spectet onus solvendi Sacrario pensionem scutatorum quinquaginta in casu etc.*

Affirmative ad ultimum Canonicum Piacenti ad formam Brevis 28. Novembris 1806.

LANCIANE N.

Sess. 25. Cap. 17. de Reform.

Dub. *An, et quomodo oratores obtemperare debeant Archiepiscopi edicto in casu etc.*

Dilata .

S

VE-

Sess. 22. Cap.
6. de Reform.

V ELITERNEN. SUBSIDII DOTALIS

Dub. *An, in qua summa, et quomodo sit concedendus cumulus dotium in casu etc.*

Affirmative pro summa scut. quingentum juxta modum, nmpc, ut suspensa annua collatione dotium favore novarum concurrentium, donec extinguatur debitum dotium promissarum puellis jam nuptis, ex septem annuis subsidiis dotalibus quinque cedant in extinctionem præfati debiti favore nuptarum, et reliqua duo favore filię Joannis Angeli Giorgi. Extincto vero nuptarum debito, quatuor annua subsidia cedant favore prædictæ Oratricis, donec exegerit integra scut. quingentum, reliqua vero tria conferantur ad formam foundationis.

Sess. 24. Cap.
12. de Reform.

S ALERNITANA SERVITII CHORI

Dub. I. *An, et quomodo Dignitatibus, et Canonicis Ecclesie Collegiatae Civitatis Evoli sit concedendum Indultum inserviendi Choro alternis hebdomadis in casu etc.*

II. *An, et quomodo idem indultum alternativae servitii hebdomadalis sit concedendum Mansionarii ejusdem Collegiatae in casu etc.*

Ad I. et II. Negative in omnibus.

Sess. 21. Cap.
5. De Reform.

J ANUEN. CONDONATIONIS, REDUCTIONIS, TRANSLATIONIS, ET ABSOLUTIONIS. Singula capita, quæ continentur in supplici libello porrecto a Michaeli Gimelli patrono laicalium Capellaniarum, quarum foundationem ex suis bonis demandavit Parochus Joannes Laurentius Arzeno complectitur, et enucleat elucubratisimum votum Eñi Rivarola. Cum nihil in hoc desiderandum supersit ad tutum reddendum judicium, ejusdem voti verba excribo.

„ Sacerdos , et Rector Parœciæ S. Michaelis loci „
 „ Olivastro „ in Januensi , *Joannes Laurentius Arzeno*
 supremis tabulis , quibus obiit de Mense Octobris
 anni 1734. , postremam suam voluntatem exequen-
 dam concedidit *Germano Gimelli* , qui nulla mora
 sub die 22. ejusdem Octobris acceptam fiduciam pe-
 nes acta *Notarii Molino* solemniter declaravit . Exi-
 miæ pietatis specimen exhibet Sacerdotis Arzeno vo-
 luntas . Voluit siquidem , jussitque Fiduciario Ger-
 mano Gimelli , *che di tutti i frutti , redditi , censi a*
lui spettanti , ed esistenti nelle Parrocchie di S. Mi-
chele sud. , e S. Margarita , come pure di tutti i suoi
crediti contro qualunque suo debitore , dedotte le spe-
se , ne faccia celebrare tante Messe coll' elemosina di
soldi dodici in saecula saeculorum all' Altare del
SSmo Rosario nella sudetta Chiesa di S. Michele ,
fondandone Cappellania laicale ,

„ Voluit etiam , ac jussit Sacerdos Arzeno „ *che di tut-*
ti i frutti , redditi delle terre , case , e ragioni „
 quoad proprietatem , directumque dominium sibi
 spectantium , et existentium in Parœciis S. Martini
 di Zoagli, SS. Gervasii , et Protasii di Rapallo, S. Am-
 brosii della Costa , et S. Andreæ , et S. Petri di Rove-
 vereto „ **INSIEME** di tutti i suoi crediti , censi , e
 ragioni contro le persone abitanti in dette Parrocchie ,
 dedotte le spese per difesa , e manutenzione di detti be-
 ni , ne fondi altra Cappella o Cappelle laicali obligate
 all' Altare del SSmo Rosario nella Parrocchia di
 S. Martino di Zoagli con la sudetta elemosina in suo
 suffragio .

„ Nec satis ; Alia cum alibi possideret Sacerdos Arzeno ,
 voluit insuper „ *che di tutti i frutti , redditi , e ragio-*
ni di diretto dominio posti nella Parrocchia di S. Gio.
Battista di Semovile , come pure di tutti i censi , cre-
diti , e ragioni contro qualunque persona abitante in
detta Parrocchia a lui spettanti , dedotte le spese co-
me sopra , ne faccia celebrare tante Messe in saecula
Saeculorum , fondandone cappella , o cappelle lai-
cali obligate all' Altare della Madonna del Carmine
e di S. Gio. Battista di Semovile con la stessa elemo-
sina .

- „ Hisce in lucem panditis , cætera post biduum aperuit Germanus Gimelli , quæ ipsi pariter concederat Sacerdos Arzeno . Declaravit enim „ *aver ordine dal detto Rev. Arzeno di fare Inventario di tutti i suoi beni mobili , danari , olio , vino , esistenti nella sua casa canonica di S. Michele , di vendere tutto per doversi il ricavato , dedotte le spese impiegare in impieghi utili , e cauti : E che dei loro frutti SE NE FACCIANO CELEBRARE ANNUALMENTE TANTE MESSE in saecula saeculorum con fondarne cappella , o cappelle laicali in suffragio come sopra* „ Itemque voluntatem esse „ *del fu Rev. Arzeno , che all' elezione de' Cappellani delle cappelle fondande si preferiscano i Sacerdoti suoi Parenti e che si elegga un cassiere per depositarsi gli annui frutti , e per pagare annualmente le rispettive elemosine ai Cappellani , A CONDIZIONE , che restino sempre in cassa almeno lire cento f. b. per difesa de' sudetti Beni , AD ONTA DI SOSPENDERE LA CELEBRAZIONE DELLE MESSE , se occorresse- ro maggiori spese* „ quorum omnium executionem ; scilicet „ *l' elezione , amozione de' Cappellani , ed amministrazione di questa pia opera* „ consiliis adhibitis cujusdam Notarii Queirolo, tum sibi , tum suis imposterum descendentibus primogenitis delegatam fuisse , atque commissam , lapso dein biennio , idem Germanus Gimelli pariter declaravit .
- „ Mandatis , et conceditæ fiduciæ paruit Germanus diversisque temporibus plurium Capellaniarum foundationem pro indicta Missarum celebratione juxta defuncti Arzeno voluntatem explevit. **TRES** namque fundavit in Altari SSmi Rosarii in Ecclesia S. Michaelis, distinctis unicuique adsignatis redditibus „ *Cioè UNA di lire 302. annue di elemosina : e le altre due di lire 250. „ l' una con la designazione de' stabili di tale rispettivo annuo frutto ;* **QUINQUE** alias fundavit in Ecclesia S. Martini „ di Zoagli „ cum annuo adsignamento di Lire 250. l' una „ ac præterea **DUAS** „ e un terzo di Cappellania in Ecclesia S. Joannis Baptistæ di Semovile „ cum eodem adsignamento di lire 250. ex distinctis respective fundis quotannis retrahendarum .

- ” Impletis præfatarum foundationum oneribus, res bene ad multos annos processit. At anno 1793. Cappelliarum tunc patronus, universique pii operis administrator Joannes Laurentius Gimelli, rogavit *Ordinarium Januensem* pro dictorum onerum, seu Missarum reductione; quam licet haud pateat, quomodo, et qua de causa, obtinuisse tamen fertur „ *al ragguglio di lira una per ciascuna Messa di elemosina* „
- ” Sed ita reductis oneribus nec postmodum satisfactum plene fuit. Nuper enim exposuit *Michael Gimelli* modernus patronus, et administrator, quod Cappellaniæ, de quibus agitur „ *nelle chiese di Zoagli, e Semovile sono state fino ad ora mediocramente adempite* „ Vicissim vero „ *le tre nella Chiesa di S. Michele sono molto arretrate per la difficoltà di far celebrare tali Messe coll' elemosina de soldi Venti* Quodque „ *li Conduttori dei stabili soggetti, a dette Cappellanie sono debitori di circa Lire 2600.* „ Finem hinc omissionibus imponere cupiens, preces huic S. Congregationi porrexit pro facultatibus obtinendis „ *a potere fare* „ tum **QUALCHE RILASCIO** ai suddetti *Debitori per mettere in corrente i loro conti rispettivi* „ tum „ *la riduzione di tutte le suddette Cappellanie in una sua cappella pubblica posta nella suddetta parrocchia di S. Michele* „ postulans tandem, ut eadem S. Congregatio iudicium panderet super erogatione reddituum nedum adhuc, ut supra exigendorum, sed aliorum quoque exactorum, ac aggregati per occasione delle Messe sospese di tratto, in tratto alle morti seguite dei Cappellani „ præciperet scilicet, num „ *si debbano far celebrare Messe manuali; OPPURE* fondarne qualche altra cappellania.
- ” Precibus hujusmodi rescriptum datum est in hæc verba „ *Emo Archiepiscopo pro informatione, et voto, AUDITIS præsertim Rectoribus Ecclesiarum, et Administratoribus pii operis TRANSMISSO statu activo, et passivo, et REFERAT de annuo redditu, et elemosina vere necessaria ad monetam Romanam; DE Missis hactenus inadimpletis, et summa per Conductores bonorum debita ad eandem monetam: AN Magis expediat ejus investmentum ad au-*
gen-

gendos jam erectarum Capellaniarum redditus , de quota in specie Conductoribus condonanda , ET LEGITIMA CAUSA condonationis ; UTRUM per translationem cultui Ecclesiae , aut populi commodo praejudicium inferatur , et de tempore necessario .

„ Respondit postulatis Ordinarius ; At omnibus forte in aprico , ut par erat , non positis , illud unum ex AUDIENTIA SSMI sub die 28. Aprilis 1819. Oratori patrono concessum fuit , nimirum „ Celebratis decem Missis lectis in qualibet ex Ecclesiis designatis applican. ad formam foundationis , in reliquis PRO GRATIA ABSOLUTIONIS QUOAD PRAETERITUM arbitrio Emi Archiepiscopi cum facultate investiendi credita favore capellaniarum cum solitis clausulis, docto : ET QUOAD REDUCTIONEM sequuto Investimento recurrat - Quo vero ad CONDONATIONEM favore debitorum dividantur preces expresso nomine debitoris , et summa condonationis facien.

„ Missarum celebratione adstatim expleta , admotisque manibus exactioni creditorum , brevi temporis intervallo transmissus extitit ad hanc S. Congregationem activus Pii Operis status ; unde liquet annum bonorum , de quibus agitur , redditum , oneribus deductis , evehi ad libellas 3250. , quæ scutis Romanis circiter quingentum respondent , quæque pro dotatione sex capellaniarum , alteriusque medietatis , satis sunt ad rationem scut. septuaginta septem pro earum unaquaque . Hinc iterum a Patrono Gimello porrectæ preces , ut siano ridotte le sudette Cappellanie nel modo seguente ; cioè TRE nella Chiesa Parrocchiale di Zoagli con la dotazione di lire 500. „ l' una in vece delle cinque , che esistevano già con la dotazione di sole L. 250. „ ; Ed in egual modo , e con la medesima dotazione DUE nella Chiesa Parrocchiale di Pagana „ (seu quod idem est „ DI S. MICHELE DI OLIVASTRO) in luogo delle tre , E UNA E MEZZA nella Chiesa Parrocchiale di Semovile in luogo delle due , ed un terzo , con l' AUTORIZZAZIONE eziandio di far celebrare tante Messe manuali dell' avanzo in bilancio de' Centi annualmente „ ; Utque simul Missæ unius ex dua-

duabus capellaniis ecclesiæ S. Michaelis celebrari valeant „ in un suo Oratorio publico posto nella sudetta Parrocchia di Pagana durante sua vita, e di una sua Sorella .

„ Hisce super novis precibus iterum expetita est informatio , expeditumque votum Eminētissimi Archiepiscopi , eique præsertim commissum , ut auditis Rectoribus Ecclesiarum , transmissis , seu potius verificato statu activo , et passivo bonorum hypothecat. in fundum capellaniarum , referret de resultantibus ex rescripto S. Congregationis 28. Aprilis 1819. , et precipue de exactis creditis , eorumque sequito investimento , nec non de actuali reddito bonorum ad Capellanas spectan. , et eleemosina vere necessaria ad monetam Romanam , et de implemento quoad præteritum a die 28. Aprilis 1819. Dato muneri fecit satis Ordinarius , et licet omnia , quæ in facto sunt , singillatim conueleaverit , omniaque probaverit , quæ in precibus continentur ; Mihi res tamen ablegata est , ut omnibus perpensis VOTUM aperirem . Obsequens dicam , quo melius potero , quod sentio .

„ PLURA , ut superius expositum , postulat patronus Gimelli ; Ex ordine , et seorsim de singulis ; Ac primum DE REDUCTIONE Capellaniarum . Hasce numero decem cum alterius tertia parte fundatas initio fuisse , certum est , annuo Capellanis emolumento præfinito libellarum 250. „ una ex iisdem excepta in Ecclesia S. Michaelis , cui majus addictum extitit emolumentum libellarum 302. Publicis ingruentibus calamitatibus , tum ob Sacerdotum defectum , tum ob semper urgentiores vitæ humanæ necessitates , factum est tractu temporis , ut præfatum emolumentum satis non fuerit Capellaniarum oneribus adimplendis . Hinc de anno 1793. imminutus Missarum numerus ; Eæque reductæ ad rationem libellæ unius pro Missa unaquaque ; Hinc nova petitur , majorque reductio , cum neque fuerit , neque sit satis hujusmodi , ut supra , licet auctum emolumentum . Qua in re DUO sunt potissimum inspicienda ; Primum testatoris Arzeno voluntas , ipsaque Capellaniarum fundatio . Secundo : bonorum redditus , quæ Capellaniis addicta sunt . Ex voluntate

fundatoris, ex littera foundationis nullum plane obstaculum paratur petita reductioni. Quod praesertim Fundator voluit, id fuit, ut ex omnibus redditibus, censibus, creditis, et omnibus bonorum suorum fructibus, omnibusque pecuniis tum existentibus, tum retrahendis ex venditione quarumcumque rerum mobilium, iisque investimento collocandis, **TOTIDEM celebrandae Missae** forent in saecula saeculorum, quin ullus tamen vel Missarum, vel Capellaniarum praefinitus numerus adspiciatur.

Ita reapse quoad Ecclesiam S. Michaelis; Jussit scilicet Sacerdos Arzeno, „ *che di tutti i frutti, redditi, censi a lui spettanti, ed esistenti nelle Parrocchie di S. Michele, e S. Margarita, come pure di tutti i suoi crediti contro qualunque suo debitore, dedotte le spese, NE FACCIAM CELEBRARE TANTE MESSE con l' elemosina di soldi dodici, in saecula saeculorum all' Altare del Santissimo Rosario nella sudetta Chiesa di S. Michele, fondandone Cappella laicale* „; **ITA** pariter jussit quoad Ecclesiam San. Martini di Zoagli. Ita quoad Ecclesiam alteram S. Joannis Baptistae di Semovile. Nam in hisce quidem Ecclesiis voluit, jussitque Sacerdos Arzeno, ut ex omnibus fructibus, redditibus, creditis ad ipsum pertinentibus, „ **NE FACCIAM CELEBRARE TANTE MESSE in saecula saeculorum, fondandone Cappella, o Cappelle laicali con la stessa elemosina** „; Quod iterum praecipit etiam, cum de pecuniis, et pretio mobilium investiendis disposuit. Siquidem voluit, „ *che de' loro frutti SE NE FACCIANO CELEBRARE ANNUALMENTE TANTE MESSE in saecula saeculorum con fondarne Cappella, o Cappelle laicali come sopra.*

„ Haud igitur praefinitis numero voluit Capellanas, haud numero praefinitas Missas jussit celebrandas Sacerdos Arzeno. Voluit, jussitque demtaxat, ut Missae **TOTIDEM** celebrarentur; **QUOT** ex hereditaria substantia sua, hujusque fructibus celebrari potuissent. Proinde quemadmodum si adaugeri reditus haereditatis contigisset, et Missarum, et Capellaniarum adaugeri numerus debuisset; ita planum est, ut, si imminutis redditibus, vel adauctis impensis
haud

haud fieri possit modo, et imposterum servari earundem numerum initio præstitutum, Missæ ipsæ, ipsæque Capellaniz congrue, opportuneque reductioni subiiciantur.

„ Modo igitur quinam, quotque sint redditus bonorum pii hujus operis videamus. Quot fuerint initio ejusdem foundationis non liquet, nullus enim status, nulla descriptio, nullum inventarium, quod tempus obitus fundatoris respiciat, allatum est: Scimus quidem fuisse fundatas numero novem Capellanas cum tertia alterius, quarum singulis Capellanis annuus reditus addictus extitit *libellarum* 250.; Alteramque pariter fuisse fundatam cum annuo reditu, et emolumento *libellarum* 302., pro quibus omnibus annua quantitas *libellarum* 2638. requirebatur. Scimus etiam tractu temporis fieri nequivisse, ut enunciato reditu, et emolumento Capellaniz, Missarumque omnia onera implerentur, unde factum, ut, obtenta licet de anno 1793. *reductione*, quamplurimæ nihilominus Missæ celebrandæ superfuerint; obtentaque licet *quoad præteritum absolute*, plurimæ adhuc in Ecclesia præsertim San. Michaelis satisfaciendæ supersint: Nullum indicium est, nec ulla suspicio, pii operis bona fuisse dispersa; Quoddam unice investimentum *libellarum* 4000. favore *Augustini Chichisola* initum una cum fructibus adsimulque *libellarum* 3250. cumulatis, inexactum remansisse patet, præter quasdam etiam a conductoribus bonorum pariter inexactas pensiones; Quorum favore de petita per patronum condonatione inferius agendum est.

„ Quod autem pertinet ad præsentem bonorum, et reddituum statum certi esse possumus, atque debemus, præsidio innixi *Relationum*, quas ab Eminentissimo Ordinario accepimus, redditus ipsos deductis oneribus, deductisque strenarum administratoris, et Consilarii, nec non potissimum eorundem bonorum manutentionis impensis, quæ quidem etsi Missarum numerus fuisset minuendus, ante omnia subducendæ sunt ex fundatoris voluntate; redditus, inquam, ipsos ad annuam conscendere quantitatem *libellarum* circiter *ter millium biscentum quinquaginta-*

ginta, quæ scutis circiter **QUINGENTUM** respondet Monetæ romanæ. Hujusmodi vero reddituum quantitate haud aliis posse satisfieri capellaniis, præter **SEX cum dimidio alterius**, unicuique scilicet assignando emolumentum scutatorum *septuaginta septem*, firmiter monuit nos, monetque adhuc Eminentissimus ipse Ordinarius. Non enim *duodecim solidi*, prout Fundator edixerat; nec *viginti quidem*, quos expleta perhibet reductio anni 1793., satis modo sunt amplius pro singulis Missis; „ *Eleemosina vere necessaria hac potissimum tempestate in designatis parochialibus Ecclesiis est solidorum TRI-
GINTA Genuensium*, quarta fere pars scuti istius romani „. Ita scriptura in prima informatione ad diem 8. Aprilis 1819.

„ Atque id ipsum fusius, et enucleatius confirmatum legitur in posteriori, ac recenti ejusdem Em̃i Ordinarii relatione „, ibi „ *reditum actualem bonorum omnium, in quibus fundatae Capellaniae residuari ad libellas 2638. scut. Rom. 405. circiter - Praeterea alia remanere bona libera spectantia ad hanc Piam administrationem, et provenientia ex fundis emptis, quorum reditus est libell. 351. scut. rom. 54. circiter; Tandem reditum ex creditis resultantem summam efformare libell. 226. scut. rom. 34. quae omnia simul sumpta efficiunt annum reditum libell. 3215. Scut. rom. 494. circiter - ; cui summae si adjungatur reditus pecuniae in aerario existentis, quae in proximo est, ut investiatur, habebitur summa libell. 3250. scut. rom. 500. circiter - in quolibet anno, QUAE NECESSARIA OMNINO EST PRO DOTATIONE SEX CAPPELLANARUM CUM DIMIDIA ad rationem Libell. 500. pro qualibet Capellania - Scut. rom. 77. circiter - ; Quam quidem dotationem pro qualibet Capellania prosequitur, concluditque idem Em̃us Ordinarius - ESSE CONGRUAM, ET NECESSARIAM, ELEEMOSINAM. Huic enim recursui causam praebuit Sacerdotum penuria; Neque hisce Capellaniis satis provisum esset, nisi singulis libellae 500. Scut. rom. 77. ASSIGNARENTUR „.*

„ Plane hoc pacto primæva evertitur fundatio Capellaniarum; diversumque ab eo statuitur assignamentum; quod

quod juxta Fiduciarum declarationem fundator ipse præscripserat ; Primitus enim Capellaniam numero *decem* cum alterius *tertia* parte fundatæ sunt , et a primæva quoque fundatione stipendium solidorum *duodecim* adsignatum est pro singulis Missis . Verum si fieri amplius nequit , ut stipendio illo *duodecim* solidorum amplius impleantur Capellaniam , Missæque celebrentur ; Si pro Missarum hujusmodi celebratione solidorum circiter *triginta* emolumentum , (quarta fere pars unius scuti romani) requiritur , et modo necessarium est ; si proinde Capellania quælibet , ut suum habeat implementum , haud minori potest locupletari adsignamento libellarum quingentum (scutorum scilicet septuaginta septem circiter) ; si adsignamenti hujus mensura retenta , habitoque respectu ad existentes redditus , *non ultra sex cum alterius dimidio* impleri , et satisfieri Capellaniam possunt ; jam inde perneceesse sequitur , petitiæ reductioni annuendum fore , ne Sacerdotis Arzeno voluntas , ipsaque pii operis fundatio in præceptis ruat , vel saltem omnino negligatur .

Inde nec obstat , rem agi de Capellaniam cum uno dumtaxat onere Missarum ; remque idcirco fore de minuenda ipsarum celebratione , cujus implementum privilegiatum sacrum , et præcipuum per Sacros Canones , et Ecclesiam disciplinam habetur , nisi quidem vel peremptio , vel diminutio bonorum , reddituumque probata videatur . Porro enim perempta bona , imminutosque redditus in themate fuisse , non liquet , a primæva fundatione ; certum tamen est , redditus illos , qui decem Capellaniam , ac tertiæ parti alterius implendis inchoatis satis erant , haud amplius modo sufficere , ut omnes impleantur . IDEM hinc est , quod bona , redditusque defecerint ; quodque bona ipsa , ipsique redditus implemento non sufficiant in fundatione voluto , præscriptoque . Quemadmodum igitur probato bonorum defectu , probataque reddituum imminutione , locus est etiam reductioni Missarum ; ita et reductioni annuendum est , si pro implendis ad formam fundationis oneribus adeo excreverit necessaria impensa , cui extantes modo redditus , licet non imminuti , haud esse pares comperiantur .

- „ Nihil igitur obstat petitiæ reductioni ; omnia imo confluunt , ut concedatur . Qua in re nec silentio prætereundum , enunciata ut supra reductionem , omnium , quorum interest , unanimi voto expetitam esse , ac anxiiis animis exoptari . Nihil sane aut certe parum , quod ipsam postulet , exoptetque patronis Orator . Cæterum hunc esse „ *probitate eximium , opibusque refertum , ac omne studium , diligentiamque impendere , ut pium opus rite , ac perenniter instauretur* „ Sic in prima informatione ; Melius in secunda , et recenti : Namque inibi legitur „ *D. Michael Gimelli Oratorem divitem , et eximiae probitatis esse virum ; reductiones ab ipso postulas nullimode in tertii damnum redundare ; neque ullo modo ejusdem utilitatem respicere ; et preces , quas nunc ad S. Congregationem dirigit , eo unice tendere , ut adimpleantur Capellaniae : secus enim vel ad longum tempus suspendi , vel omnino negligi deberent* .
- „ Id ipsum sentiunt , postulunt , et exoptant , qui a consiliis adstat pro pii operis administratione , omnesque pariter ecclesiarum Rectores . Hosce „ *per epistolas singillatim interrogatos , ultro libenterque sentiri , fateor , propositae Capellaniarum reductioni , dotisque incremento : Hoc etenim pacto habere poterunt probos , idoneosque Sacerdotes ; qui eorum Ecclesiae inserviant festis praesertim diebus Sacramentales Fidelium confessiones excipiendo* „ ; Et rursus „ *Parochos , in quorum Ecclesiis Capellaniae existunt , nihil antiquius habere , maximeque exoptare , ut petita reductio suum sortiatur effectum : Difficile est enim Sacerdotes invenire , qui , taxata elemosina , hisce Missarum oneribus se submittere velint* „ , quemadmodum hisce verbis retulit , testatusque est Eñus Ordinarius .
- „ Quæ cum ita sint , nedum in genere , sed etiam in specie petitam reductionem esse admittendam , ambigi nequit , votum omnium , quorum interest , iudiciumque præsertim Eñi Ordinarii tenendum est . Activo enim inspecto bonorum , et reddituum statu , inspectaque adsignamenti congruitate , conveniunt omnes , ut ex decem , ac tertia parte alterius fundatarum initio Capellaniarum ad SEX modo cum dimidio alterius

rtus reducatur Pium Opus, tributo singulis adsignamento Libellarum *quingentum*, quod quidem annuo nunc extanti honorum redditui libellarum 3250. respondet apprime. Omnium quoque, ac praesertim ejusdem Eñi Ordinarii votum, judiciumque tenendum quoad reductionem **IN SINGULIS RESPECTIVE ECCLESIIS**. Omnes namque conveniunt pariter - *ut assignentur Capellaniae tres pro Ecclesia S. Martini, vulgo di Zoagli loco quinque Cappellaniarum: DUAE in Ecclesia S. Michaelis loco trium; Et UNA cum dimidio in Ecclesia di Semovile loco duarum cum tertia parte*, Præter enim proportionem, quam ad originariam foundationis adsignationem præsens exhibet ad singulas respective Ecclesias divisio; qui melius Patrono ipso, qui melius Consiliario, Rectoribus, ipsoque Eñno Ordinario, judicium ferre potest de modo faciendæ *in specie* reductionis, destinandarum Capellaniarum, quæ reductæ sunt?

„ Pari autem ratione adhærendum videtur *liberae* **IN UNAQUAQUE HEBDOMADA APPLICATIONI** unius *Missae* ex iis, quæ celebrandæ sunt pro impleto Capellaniarum in Ecclesia S. Michaelis. In exhibito statu activo, et passivo id postulat Patronus. Inibi enim legitur - *Alle due Cappellanie nella Chiesa di S. Michele SARA' ANCHE NECESSARIO affrancare una Messa in ciascuna Settimana per poterle fare adempire* - Cujusmodi necessitatem probat, et confirmat Ordinarius. Ait siquidem - *Quoad duas Cappellantias in Ecclesia S. Michaelis, quorum una juxta preces Oratoris adimplemenda esset in publica Capella D. Gimelli, NECESSARIUM ERIT Missam saltem in Hebdomada in Capellani favorem liberam relinquere secus enim, etiam reductione sequuta, difficillimum esset invenire, qui huic Capellaniae satisfacere velit* -

„ Cur vero et unde necessitas? Quia difficile admodum est adinvenire Sacerdotes, qui vel ob Ecclesiæ distantiam vel ob viæ asperitatem sese ad celebrandum conferant in dicta Ecclesia S. Michaelis. Proinde factum, ut Missarum onera potissimum, et in majori quantitate inadimpleta remanserint quoad præfatam Ec-

clesiam; factum inde, ut *octingentae* Missæ satisfieri debuerint in *ALIIS* Ecclesiis, et a diversis, pluribusque Sacerdotibus; factum pariter, ut pro Capellanis in eadem Ecclesia S. Michaelis obligatis plurimæ adhuc et *mille* circiter celebrandæ Missæ supersint: ita plane Eminentissimus Ordinarius. At ergo defectui occurrendum, consulendumque, ne ulterius progrediatur. Ut id assequi valeat, non alius est modus, nisi ut Capellanorum stipendium adaugeatur. Adactum sane jam est ad libellas annuas quingentum, ad scuta circiter septuaginta septem, sed nec satis adhuc quoad Ecclesiam S. Michaelis. Cum hinc reditus non suppetant, ut majus tribuitur stipendium hisce Capellanarum rectoribus, aliquid restat, ut subducatur *ex onere* quo iidem gravantur. *Unam* subducendam *Missam* in singulis hebdomadis eamque liberæ Capellanorum applicationi relinquendam, cum Patronus deprecatur, opportunumque, ac necessarium existimet Eminentissimus Ordinarius; meo iudicio nec hærendum est quominus huic etiam postulato indulgeatur.

„ TRANSLATIONEM unius Capellaniæ ab Ecclesia Paræciali S. Michaelis ad publicam Capellam, in ipsa Paræcia sitam pariter expostulat Orator, et Patronus Gimelli. Indefinite primum, nulloque temporis enunciato limite, mox vero ad sui, et Sororis dumtaxat vitam postulavit - *la permissione di poter fare adempire una delle sudette Cappellanie, da varj Anni sospese, in una sua Cappella pubblica posta nella suddetta Parocchia di S. Michele, molto distante da detta Chiesa, e lungo la strada molto difficile, specialmente nè tempi piovosi, DOVE da trenta, e più Anni è stata sempre celebrata la Messa di un suo Fratello Prete, che adempiva altra Cappellania propria di detta Casa Gimelli; della quale Cappellania ora attesa la sua morte è passato l'adempimento in altro suo parente -*, subdens præterea, quod - *tale permissione viene implorata anche in considerazione, che la sudetta Chiesa di S. Michele ora viene vantaggiata di altra nuova Cappellania quotidiana ultimamente ordinata dal suddetto suo fr*
Fra-

Fratello , anche coll' obbligo al Capellano d' insegnare ai ragazzi della stessa Parrocchia leggere , e scrivere.

„ Video sane , ac sentio quid petitæ translationi opponi valeat . Obstat enim fundatoris voluntas , qui non tam duas , quam tres initio fundatas , impletasque jussit Capellanas in Ecclesia S. Michaelis ; obstatque præjudicium ipsius Ecclesiæ , ipsius Rectoris , et Parochianorum , queis omnibus quæsitum est jus , quæsita commoditas ad alterius Missæ satisfactionem . Sed re maturius perpensa omnis tollitur difficultas . Quæ in hac ipsa re primum quæritur , causa nimirum publica vel necessitatis , vel utilitatis confluit apprimè . Urget enim necessitas , ut in Capella , de qua agitur , Missa celebretur . Hactenus namque celebrata semper fuit ab Sacerdote patroni oratoris *Fratre* , qui pro sui lubitu ad publicam populi commoditatem , et pro divini cultus servitio in eadem Capella - *adempiva altra Cappellania propria di detta Casa Gimelli* - Mox eo defuncto , alteroque suffecto Capellano , Capellaniæ hujus implementum aliunde translatum est , ipsaque Capella , et populus ad eam affluens , quique ad Paræciam S. Michaelis - *molto distante , e lungo la strada molto difficile specialmente ne' tempi piovosi* - commode , ac sine periculo accedere nequit , hujus Missæ celebratione privaretur .

„ Malum , et pergrave malum hoc est ; cui certe occurrendum , si præsertim fieri potest , absque damno Paræcialis Ecclesiæ S. Michaelis . Atque id punctim evenit . Ecclesia siquidem S. Michaelis provisè nuper extitit - *di altra nuova Cappellania quotidiana* - , quam fundavit Patroni Oratoris defunctus frater - *anche coll' obbligo d' insegnare ai ragazzi della stessa Parrocchia leggere , e scrivere* - ; Per translationem fit igitur , ut Capella , et adjacens ei populus provideatur celebratione unius Missæ , qua vere indiget ; Quæque dum tollitur ab Ecclesia S. Michaelis non modo hæc ullum præjudicium patiatur , sed imo ex largitate , ac pietate simul unius ex familia oratoris Paræcia ipsa utilitatem habuerit , et habeat in-

structionis puerorum præter ejusdem quotidianæ Missæ commoditatem.

” Reque vera nullum per petitam translationem cultui Ecclesiæ, aut populi commodo præjudicium inferri, testatus primum est Eminentissimus Ordinarius; Addidit modo autem, quod Parochus S. Michaelis - præter votum pro reductione præstitum, ultro etiam convenit, ut una Capellania iam reducta adimpleatur successivis temporibus in Capella publica dicti Gimelli, tum quia in sua Ecclesia duo adhuc remanent Capellaniæ ejusdem originis una, altera vero ab Oratoris Fratris relicta; tum etiam quia aliquo favore prosequi D. Michaelis Gimelli Familiam, bene semper de illa Ecclesia meritam, æquum ipsi videtur - ; Consensus quamobrem si etiam accedit Parochi, cujus interest; si nullum damnum in Paræcialem Ecclesiam; maxima vicissim utilitas profuit in publicam Capellam, et inibi adjacentem populum, cujus favore necessitas imo quodammodo urget petitæ translationis; hæc annuendum esse, nequit ambigi.

” **ABSOLUTIONEM** pro Missis in præteritum non celebratis postulat præterea Patronus Gimelli. Rescripto plane diei 28. Aprilis 1819. factum jam est, ut - celebratis decem Missis lectis in qualibet ex Ecclesiis designatis applican. ad formam foundationis, in reliquis pro gratia quoad præteritum - usque tunc absolutus abierit patronus ipse; licetque in posterum, et usque ad mox lapsum Decembris mensem satisfactæ ad formam foundationis adamussim fuerint Missæ omnes in Ecclesiis locorum - Zoagli - ac - Semo-vile -, aliæque rursus Missæ octingentum in Ecclesiis diversis, ac pluribus, diversisque Sacerdotibus celebratæ fuerint pro implemento Capellaniarum S. Michaelis; Inadimpletæ nihilominus in hac ipsa Ecclesia ad præfatum usque tempus lapsi Decembris remansere Missæ circiter mille, quarum certe numerus excrescere forte jam debuit successivis mensibus, ac etiam in posterum debet; nisi implorata ut supra reductio ad exitum perducatur.

” Hasce omnes fore juxta foundationis legem celebrandas

das Missas , dubium non esset ; Vires tamen haud suppetunt pio Operi ; deestque modus , ut hocce debitum persolvatur . Si enim , quæ superius de reductione Capellaniarum proposita sunt probanda , Emi PP. existimaverint ; Ipsi jam nihil superesse norunt , unde Missarum hactenus neglectarum satisfactio haberi possit . Reditus namque , quotquot sunt Pii Operis , tum ex bonis initio specialiter unicuique Capellaniarum addictis , tum ex aliis bonis , tum ex exactis creditis , investitisque pecuniis manantes , haud excedunt vim annuam Libellarum 3250. sc. circiter 500. quæ necessaria omnino est pro dotatione sex Capellaniarum cum dimidio ad rationem Libellarum 500. pro qualibet Capellania , scut. rom. circiter 77. ,, Nihil ergo superest pro implemento missarum , quæ celebratæ non extiterunt ; Quemadmodum vero deficientibus bonis , atque redditibus Missarum fuisset suspendenda celebratio , ita et pro Missis hanc ob causam non satisfactis absolutionem esse concedendam , omnis æquitatis ratio suadet .

Convenit in hanc ipsam sententiam Emus Ordinarius ,, Cum a rescripto lato sub die 28. Aprilis 1819. ,, ita legitur in ipsius postrema informatione ,, *Omissa fuit celebratio Missarum mille , et amplius in Ecclesia S. Michaelis ; optaret Orator , ut suspensa remaneret celebratio harum Missarum ; summa enim , quæ in Aerario existit , impendenda est in augmentum reddituum Capellaniarum , ad hoc ut juxta preces fundari queant sex Capellaniae cum dimidia , cum dotatione videlicet Libell. 500. scut. rom. 77. ,, circiter pro unaquaque Capellania . Missis vero hoc anno omissis , ut supra suppleri poterit , relicto Administratori onere applicandi in Missarum dictarum celebrationem , tenues redditus , qui supersunt quotannis etiam stipendio Capellanis soluto ,, .*

Hocce, quod pandit , Emus Ordinarius consilium amplectendum , arbitror , tum quoad praeteritum , tum quoad futurum tempus . Quidquid enim præter adsignamenta singulis Capellaniis , et Capellanis respective præfinita superesse poterit , erogandum est pariter ex voluntate fundatoris in Missarum celebrationem oneribus tamen impensisque primum administrationis , et manutentionis deductis , ac deducendis ju-

xta pariter ejusdem fundatoris voluntatem quamquam et ipse Missarum numerus minui oporteret. Quod hinc superest, quodque superesse poterit singulis in posterum annis, nedum est admodum tenue, sed præ deductionibus ut supra inspectis est imo *incertum et incertissimum*; Accedet aliquid ex adhuc extantium exactione Creditorum; et ex eo præsertim, quod pium opus foret *Augustinum* quemdam *Chichisola*, sed quo pacto, quo tempore, et in qua etiam quantitate credita hujusmodi exigi poterunt, non adhuc liquet. Nihil nunc itaque statui potest, quod certam normam in futurum exhibeat. Voluit ædepol testator Arzeno, ut habita redituum ratione, ductoque his desuper calculo *totidem* pro celebratione Missarum Capellaniam fundarentur. Foundationem vero certum fundum; certumque reditum exposcere, quisnam videt. Nec proinde sapientis foret, *in incerto* numerum adaugere Capellaniarum: providum hinc semperque magis providum consilium videtur, ut saltem pro nunc *suspensa* cujuscumque alterius Capellaniam fundatione, Patrono, et administratori facultas tribuatur quotannis erogandi superextantes reditus in celebrationem *totidem* Missarum, quot juxta congruum, et in præsentem necessarium emolumentum Sacerdotibus persolvendum celebrari possunt, lege adjecta, ut idem Patronus ac Administrator tum redituum, tum impensarum, tum erogationis rationes exhibere Emo Ordinario teneatur; utque completis dein exactionibus absolutisque investmentis rescripto diei 6. Maij lapsi anni jam præscriptis, ultiores hæc in re dispositiones *ex nunc reservatae* judicio S. Congregationis censeantur.

” **CONDONANDI** aliquam partem alieni æris, quo tum *Augustinus Chichisola* ex frugifero nomine, tum ex pensionum titulo *Conductores* bonorum tenentur erga pium opus, ultimo tandem loco facultatem imploravit, et implorat Patronus Gimelli. Seorsim de Bonorum Conductoribus; primum sit sermo quoad *Augustinum Chichisola*.

” Hunc fertur, ab anno 1796. mutuas a Pio opere libellas habuisse quatermille. *Scuta romana* circiter 605.; tresque fundos in loco „ *Semoville* „ sitos, hypotecæ

subjecisse pro securitate tum sortis, tum fructuum, quos in annuis Libellis 160. scut. rom. 24. simul spondisse, non ambigitur. Quo vero modo, quo titulo, et cujus generis contractu fuerit conflatum nomen haud constat. Mutuum utique cum fœnore initum exponitur; quod quidem sapit usurariam pravitatem, sacris Canonibus omnino reprobata; At fieri etiam potuit. ut licet mutuo, ut asseritur, tradita pecunia, legitime tamen, ac a Legibus admissa modo in frugiferum nomen conversa fuerit, unde fructus etiam exigi legitime potuerint, ac possint. Id autem ex defectu contractus in abscondito cum sit; unum sequitur fructus credito adscribi posse Pii operis *in casu dumtaxat*, quo in contractu legitimo, aptoque juxta leges ad fructus ipsos producendos, conventi comperiantur.

” Aerumnosæ Augustini Chichisola conditionis misertus Patronus, misertusque Emus Ordinarius, ambo pro ipso condonationem debiti, saltem in parte, deprecantur. Ait Patronus Augustinum debitorem villicum esse, *TRADITO dal Consigliere di allora di detta opera pià, che gli carpì dette Lire 4000. con promessa di pagar lui di proprio delle Lire 160. annue come fu effettuato per due anni: quindi detto Consigliere nella occorsa rivoluzione repentinamente essendo stato fucilato; e da suoi Eredi col favore della dabenaggine di detto Chichisola assorbito quanto possedeva; Esso restò vittima di questo sacrificio; perciò implora, e spera qualche perdono sopra sudetto suo debito; Esso è anche gravato di famiglia composta di cinque figli Contadini talmente che se dovesse garantire tutto il sud. capitale di Lire 4000. e pagare le pigioni cumulate a lire 3200. resterebbe rovinato con la stessa sua famiglia*, Quæ omnia confirmantur in utraque informatione Emi Ordinarii.

” Exinde vero liquet etiam ipsum Chichisola quædam possidere bona valoris libellarum octomillium, quæ debitum quo tenetur tum pro sorte, tum pro fructibus quatenus debeantur, paululum excedunt. Subest igitur unde creditum pii operis exigendum.

” Plane dignus miseratione is videretur, ex quo hujusmodi dissoluto debito sese, suamque familiam suis fere bonis omnibus orbatam lugere deberet, si quo-

dam obrutus inopinato infortunio in hanc ipse Chichisola calamitatem incidisset ; Verum si pecunias in quantitate Libellarum quatuormillium habuit , accepitque pacto fœnore , ut alteri traderet utendas , fruendasque , quin ullimode sese cautum faceret ; si eo etiam , cui tradidit , defuncto , nec fuit sollicitus , ut recuperaret ; imo sivit , ut bona ejus omnia quæ quidem extabant , occuparentur ab hæredibus , quin etiam , ut satis constat , vel cogitaverit , vel cogitet , vel quidquam egerit , agatque , et super ipsis bonis , quod habet creditum exigat vel in totum , vel in parte , tantam hæc ædepol exhibent imbecillitatem , stultitiam , ne quid pejus dicam , quæ certe nec miserationem excitant , nec ullam admittunt causam excusationis ad eum præsertim effectum , ut jacturæ onus Pii Operis damno sit refundendum.

„ Nihilominus haud ego sum , qui benignitatem , et indulgentiam S. hujus Congregationis erga inopem Villicorum familiam arctis adeo cancellis coercendam sentiam , ut nihil omnino ex hoc , de quo agitur credito , remittere liceat . Ut , superius innui , Patronus deprecatur , ac Patroni precibus adhæret Ordinarius ; ut qua in parte sui debiti liberationem Chichisola consequatur . Qua in re illud præmittendum NUM scilicet frugiferum , et legitime frugiferum sit hujusmodi debitum : NUM infrugiferum , quia fructus non fuerint legitime conventi . SI frugiferum , et rite frugiferum nomen est Augustini Chichisola : cum ex uno fructuum titulo debitor sit adhuc Libellarum 3200. scut. rom. fere quingentum , habent plane Eminentissimi PP. latum satis modum , unde *salvo capite* Libellarum quatermillium , condonationem indulgeant , et exerceant miserationem . Esset plane hujus condonationis præfinienda quantitas ; at qui melius Eminentissimo Ordinario rem hanc absolveret , omnibus in loco perpensis circumstantiis tum Pii operis creditoris , tum familiæ debitoris , tum etiam ratione habita possibilis relevationis , quam familia ipsa debitor ab hæredibus defuncti Consilarii , cujus favore nomen integrum cessisse dicitur , sperare , et consequi posset ? Id ego plane sentio , ut in tuto satis posita , satisque cauta sorte Libell. 4000. , quid Ordinarius existimat opportunius

expleat in quantitatis horum fructuum condonatione præfinienda, tributis etiam induciis quoad reliquum si non omne debitum eorundem fructuum condonandum arbitretur; impositoque quoad hanc partem quum exactio fieret, onere erogationis in missarum celebrationem juxta Fundatoris voluntatem. SI vero haud frugiferum nomen est, ex quo rite fructus conventi non extiterint; et si proinde fructuum titulo nihil condicere permissum, nihil certe remittendum videtur, cum jam satis, multumque compendii habuerint Chichisolius, defunctus Consiliarius, hujusque hæredes, qui spatio circiter viginti annorum tanta pecuniæ vi uti, frui potuerunt, nullo penitus in pium opus refuso emolumento; Idque unum indulgendum, si quidem fieri posse procul periculo putaret Eminentissimus Ordinarius, ut Caput ipsum libell. 4000. legitime frugiferum, prævia Castrensiarum requisitorum interpellatione, inscriptisque congruis hypothecis, penes eundem debitorem relinqueretur.

Quod vero spectat ad bonorum conductores, quos novem numero, ac quoad omnes fovere debitum erga Pium opus, patet, Libellar. 3281. pro respectivis eorum contractibus, nullus plane videtur esse locus indulgentiæ, et condonationi. Habuerunt hi, habentque fundos Pii Operis locationis, ac perpetuæ quoque locationis nomine, quorum fructibus, ac utili dominio fructi sunt libere, atque fruuntur, MODICA etiam juxta loci morem, receptamque ab omnibus consuetudinem præstituta in singulos annos pensione, quin ullam obtrudant, jactitentque vel minimam quidem fuisse passos calamitatem, ullumque vel in ipsis fundis, vel in fructibus infortunium; Nulla erogatio subest, ut quid ipsis conductoribus ex respectivo debito remittatur; Omnis imo ratio urget, ut perceptis fundorum fructibus, quam sponderunt pensionem, nulla mora dissolvant; Nec nisi Administratorum negligentiam adscribendum est æs alienum hujusmodi; quod cum sit in Domini directi favorem omni lege privilegiatum, facili admodum singulis annis, prout pensionum ratæ conventæ sunt exigere potuisse, manifeste deprehenditur., Dignentur itaque EE. VV. respondere iis, quæ super singulis controversiæ capitibus proponuntur, Dubiis.

I. An, et quomodo sit locus reductioni Capellaniarum in casu etc. II. An

- II. *An, quoad Capellanas S. Michaelis libera sit etiam Capellanis permittenda in qualibet hebdomada unius Missae applicatio in casu etc.*
- III. *An sit annuendum precibus pro translatione unius Capellaniae ab Ecclesia S. Michaelis ad publicam Capellam, de qua agitur in casu ec.*
- IV. *An, et quo modo pro Missis in praeteritum non celebratis sit concedenda absolutio, et sint in futurum erogandi superextantes redditus in casu etc.*
- V. *An, et quae debitoribus, et conductoribus bonorum pii operis sit indulgenda condonatio incasu etc.*
- VI. *An, et quomodo quoad reductionem Capellaniarum, applicationem, translationem, absolutionem, et condonationem, de quibus in praecedentibus dubiis sit consulendum SSmo pro approbatione in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus juxta votum Eñi Relatoris.

Ad II. Affirmative juxta votum Eñi Relatoris exclusis ab indulto omnibus diebus festis.

Ad III. Affirmative juxta votum Eñi Relatoris, inuncto onere Capellano in diebus festis recitandi cum populo actus virtutum Theologalium.

Ad IV. Affirmative in omnibus juxta votum Eñi Relatoris.

Ad V. Quoad conductores, et capitale libellarum quatuor millium debit. ab Augustino Chichisola negative, juxta votum Eñi Relatoris, quo vero ad fructus praedictarum libellarum quatuor millium dilata, et scribatur Archiepiscopo, qui magis praecise referat de qualitate contractus, rogatis etiam testibus, quatenus actus contractus non inveniatur, et an utilis actio exerceri queat a Chichisola contra haeredes asserti detentoris quatuor millium libellarum.

Ad VI. Affirmative in omnibus ad formam praecedentium resolutionum juxta votum Eñi Relatoris.

Sess. 25. Cap.
4. de Reform.

A SCULANA REDUCTIONIS. Quae primum in Consessu diei 20. Novembris 1819. rejecta fuit instantia reductionis Missarum relata nomine Comitum Odoardi Odoardi reposita fuit in folio Congregationis habita die 17. Junii 1820. instante Comitum Odoardi uxore Catharina Bonandrini. At proposito Dubio „
An,

An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda Missarum reductio in casu ec., rescribere censuerunt EE. PP., Dilata, et scribatur Episcopo, qui referat, adhibitis diligentibus, an familia Odoardi ex Primogenituris Cauti, et Malaspina, vel quocumque alio titulo alia, et quae bona possideat sive Asculi, sive aliis in Districtibus, et cujus annui redditus.

Singula pandit Episcopus in sua Informatione, quam EE. PP. oculis subjicio. - *Pluribus adhibitis diligentibus verum statum activum, et passivum bonorum praefatae familiae efformare mihi datum est, cum erronea, et non attendenda mihi videatur quantitas, et valor bonorum ex Catastro desumptus, de quo Cancellarius (censualium videlicet tabularum) testatur in summario num. 2. (quod in praeterita actione distributum ab Oratrice fuit). Perquisivi et vidi Instrumentum divisionis celebratum sub die 24. Decembris anni 1815. per acta Notarii Palermi, inter ipsum Marchionem Odoardum Odoardi Primogenitum, ejusque germanas Sorores Hieronymam, et Lucretiam. Compertum est in dicto instrumento fuisse ipsi Odoardo assignata bona, comprehensa rata Patrimonii Malaspina in summa scut. 46718. 78. 1. et oneratum eundem fuisse pro diversis debitis in summa scut. 10426. 63. prout ex folio adjecto lit. A. in quo aperte evincitur statum activum superare passivum in scut. 36291. 55. 1. Hic autem status activus constituitur nedum ex praediis Urbanis, et Rusticis, ac semoventibus, sed etiam ex pecunia, praetiosis lapillis, depictis tabulis, et mobilibus domus suppellectilibus, quae ex sui natura frugiferum caput non constituunt. Status vero passivus conflatur ex Missis septingentis triginta quatuor (cum aliarum tercentarum decem onus incumbat Marchionis Sororibus juxta instrumentum divisionis) ex annua praestatione favore Ecclesiae S. Pancratii, nec non passivis censibus, cambiisque, quorum interusura debentur, ac aere alieno.*

Post haec in demonstrativo folio ab Episcopo transmissio animadversa, ad informationem redeo in qua ita legitur, „*Ast cum in statu passivo onus Missarum quolibet anno satisfaciendum, et praestatio facienda Ecclesiae S. Pancratii fuerit considerata in sola annualitate (quae oriuntur ex onere perpetuo) ideo cor-*

respondens Capitale assignavi juxta modum in praefato folio litt. B. adnotatum, et ita status activus major est passivo in scut. 33400. 55. 1. Ita vero in memorato folio legitur „ Per le messe 734. stabilita l' elemosina di esse a norma della Tassa Benedettina cioè a baj. 16. e quatrini 3. per ogni Messa; che formano sc. 121. 84. 2. per il quale pagamento annuo si attribuisce (juxta taxam vulgo di archiviazione) il capitale al 20. per 100. in sc. 2436. 88. Per la prestazione annua alla detta Chiesa (scilicet S. Pancratii) nella somma di sc. 24. 25. si assegnano (juxta memoratam taxam) sc. 485.

Deinde in Informatione Episcopus prosequabatur . Sicuti vero in contrario Summario Typis impresso (in secunda causæ propositione distributo) sub num. 4. partita dotis refertur Marchionissae Uxoris praedicti Odoardi , ac etiam inter hujus debita recensentur livella , ac alimenta , quae ex particulari conventione praestare tenetur fratribus , et in Instrumento Divisionis nulla fuit habita ratio bonorum Primogeniturae Cauti , quae soli Odoardo Odoardi ex fundatione debita erat ; hinc statui desuper descripto juxta Instrumentum , alium efformavi additionalē in folio sub litt. C relatum. Patet ex hoc bona primogeniturae Cauti unius Marchionis propriae juxta instrumentum, quod dicunt di assegna, assurgere ad scutata 15000. , quae annuatim reddunt juxta Administri fidem scutata tercenta . Recensentur etiam in hoc statu additionali onera , quae Marchioni Odoardo Odoardi incumbunt, nimirum praeter dotem uxoris Comitissae Bonandrini in scut. 12250. , annuas praestationes, et alimenta in scutatis septingentis favore fratrum Odoardi ; quorum praestationum et alimentorum caput - si fissa ragguagliato con la regola decennale prescritta nei vitalizj della Tassa di archiviazione in sc. 7750. ; unde status passivus ponitur in scut. 20000. Porro ex hoc additionali statu activo primogeniturae Cauti , si detraherentur nuper memorata onera , haec illum superarent in scut. quingentis . Attamen juncto utroque statu activo , et passivo , additionali nimirum cum altero superius excripto juxta instrumentum

tum divisionis bona activa superant passivitate in summa scutorum 15267. 94. 1.

Unde ita colligit Episcopus - *Ex hoc EE. PP.* aperte dignoscere valent, statum activum superare passivum in summa scut. 15267. 94. 1. activitate, et passivitate status additionalis considerata, ut ex folio sub litt. *D.*

Cum autem inter bona assignata Marchioni Odoardo Odoardi in Instrumento divisionis varia reperiantur infructifera, ita aequum mihi videtur illa detrudere ex calculo inito pro summa scut. 6664. 97., et ita status activus patrimonii praesati Odoardi reducitur ad scut. 8599. 97. 1.

Annui redditus, qui ex enunciato Capitali percipi possunt deducto Collectarum onere, pertingere valent (computati ad rationem duorum in singula centum) ad summam scut. 171. 99., quibus additis scut. 300., quae percipiuntur ab Abbacia favore filii Marchionis Odoardi Odoardi suspensa ex speciali gratia Summi Pontificis annuus redditus est circa sc. 471. 99. deductis omnibus oneribus, ut ex folio sub litt. *F.*

Supersunt ergo redditus ad onus sustinendum celebrationis Missarum, quas Marchio Odoardi in solo numero 734. celebrare facere tenetur, cum reliquae in numero 310. Sororibus Germanis ejusdem Odoardi in instrumento divisionis adscribantur.

Ast non obstante tali sufficientia, cum Familia de Odoardis, quae inter ditiores hujus Civitatis olim numerabatur, sit Ecclesiae benemerita, et incongruos redditus habeat ad vivendum juxta ejus nobilis, et pervelestae conditionis statum, aliisque circumstantiis perpensis et consideratis pro aliqua Missarum reductione annuendum mihi esse videtur ex aequitate.

Ad quam autem quantitatem reductio sit facienda, quousque sit perduratura, et quo loco sint Sacra celebranda judicium erit *EE. PP.* Solum adverto, quod onus celebrationis Missarum diebus festis in Ecclesia S. Pancratii de Lania pro populi commoditate firmum remaneat, et praecipiat in scriptio hypothecaria unius, vel plurium fundorum in securitatem Missarum celebrandarum cum elemosyna ad taxam Benedictinam.

Innotuit hæc Episcopi Informatio Comitissæ Bonandrii Odoardi; unde novas exhibuit illi Præsuli preces, in quibus exposuit post conscriptum instrumentum divisionis Marchionis Odoardi rem familiarem deterioris adeo evasisse conditionis, ut nil amplius ipse ex patria substantia possideat, ac Oratrici cesserit suæ dotis administrationem. Præterquamquod enim prætiossæ gemmæ, et depictæ tabulæ a viris celebrioris nominis, de quibus sermo est in instrumento divisionis, magna ex parte divenditæ sint ad æs alienum dimittendum; ac in passivo statu superius relato nonnullæ deficient partitæ; nihilominus eadem de causa tot fuerunt distracta prædia, quot ex valore iis tributo in instrumento divisionis summam æquant scut. 8995. 11. Has autem alienationes ex instrumentis apparere affirmavit, quorum singula in precibus enumeravit. Cum itaque vir Odoardus prorsus sit bonis dilapsus, uxor super sua dote celebrationem spondet, præter adimplementum onerum beneficiorum, unius Missæ quolibet die festo in Ecclesia S. Pancratii vulgo *alla Lama*, nec non alterius Missæ eodem modo diebus festivis dumtaxat in privato domus Sacello.

Supplicem hunc libellum S. huic Congregationi transmisit Episcopus hæc addens in sua epistola. *Per evitare qualche spesa, e per dar luogo alla verità, ed alle premure avanzatemi ho fatto riscontrare al mio Cancelliere, cui posso prestare tutta la fede, gl'Istrumenti indicati nella Supplica di alienazioni, ed in realtà si è verificato, che sono esse posteriori all'istrumento di divisione, e della quantità della ripetuta supplica specificata, e che sussiste pur anche l'economia, che ora si pratica nella Casa Odoardi, la dimissione della Carrozza, e la vendita di Gioje per riparare nella miglior maniera possibile i danni sofferti nel passato.*

Reliqua hujus epistolæ verba, nec non supplicis libelli, quem Oratrix Episcopo obtulit legent EE. VV. in *Summario*, quod una cum Memoria typis impressa Vobis distribuetur. Cætera, quæ sive factum respiciunt, sive jus, habent in folio diei 27. Maii præteriti anni 1820., ubi proposita fuit hæc causa, licet ob
alia-

aliarum causarum gravitatem non ea die, sed in sequentibus Comitibus diei 17. Junii ejusdem anni fuerit data responsio dubio, quod nunc iterum repropo-
nitur.

An, quomodo, et ad quod tempus sit concedenda Missarum reductio in casu etc.

Affirmative ad duas Missas festivas, alteram in publico Oratorio *olla Lama*, alteram in privato Sacello Comitissæ Oratricis durante ejus vita, et postea in Ecclesia Parochiali, emissa per dictam Oratricem obligatione in forma juris valida, et facta inscriptione hypothecaria super fundo libero ad formam Edicti, docto.

MONTIS POLITIANI PATRIMONII SACRI. Ut Sacrorum Ministrorum simul, ac titulorum S. Ordinationibus defectui prospiceret, atque aliquo modo suppleret vigilantissimus Montis Politiani Antistes, nonnulla sacra patrimonia ex suo ære erigere excogitavit, quorum quatuor jam constituta sunt. Has vero leges, ac condiciones pro Ecclesiæ suæ utilitate imponendas censet. Conferenda hæc erunt clericis pauperibus diœcesis, ac civitatis Montis Politiani, qui jam viginti a nativitate annos numeraverint, quique ut vigesimum primum expleverint annum, proximique, ac parati sint ad sacros Ordines suscipiendos.

*Sess. 21. Cap. 2.
de Ref.*

Jus ad ea nominandi sibi, donec in humanis sit, reservat, etsi præsentem Episcopalem Sedem non amplius se moderari contigerit; sed ipso vita functo jus istud nominationis ad successores Episcopos pro tempore existentes private spectare in fundatione mandat. Nullo vel levissimo oneri patrimonia isthæc obnoxia erunt, quæ annua scutata 25. reddant, quot nimirum pro sacri patrimonii titulo exigit Synodus Vantini, quæ in ea diœcesi servatur.

Compertum vero Præsuli erat, suam Diœcesim Sacris carere Ministris ob horum desertionem post susceptam manuum impositionem, licet gratis fuissent in Seminario enutriti, et instructi; eamque desertionem minime impediri, si in collatione patrimonii apponeretur consuetam clausulam *donec provideatur*. Hi enim de-

sertores (ut in sua Informatione animadvertit Episcopus) ad alteram dioecesim transeuntes ne perdant , quod habent , saltem ab initio quaerunt, obtinent , et exercent officia si non omnino prophana , minime tamen ad constituendum titulum Ordinationis idonea . Hinc desertio fuisset eadem : Ex hoc factum est , ut in foundationis instrumento cautum fuerit , et conditio apposita ,, Che nella nomina , ed espressamente nella costituzione del Patrimonio vi si aggiunga non solo la Clausula, donec provideatur, ma ancora la condizione da farsi formalmente accettare dal nominato , che il medesimo s' intenderà ipso facto spogliato del patrimonio , ogni qual volta senza licenza del Vescovo abbandoni la diocesi di Montepulciano , e si stabilisca in altra , qualunque ne sia il motivo , che ne avesse , o l' impiego che ne prendesse .

Porro hanc conditionem , quæ aliquid novi , et extraordinem induit , auctoritate , et sapientia Vestra roborari postulat memoratus Antistes , ut omnis de ea quæstio in posterum auferatur . Capitulum, cujus ex S. Congregationis praxi fuit mens requisita , ita summè aperit votum : ,, Quod laboribus , vigiliisque Episcopus Politianus in Ecclesiam praestat , operibus etiam perfici curat. Patrimoniorum namque , de quibus EE. PP. nostri Capituli sententiam exposcunt , fundatione, Ecclesiae Politianae paupertati prospicit , atque utilitati .

Libenti igitur animo Capitulares mentem aperiendo Patrimoniorum favent fundationi , licet conditio in his apponatur , quæ ejusdem Ecclesiae Clericis impediatur , quominus alibi moram traducant ; necessaria siquidem conditio isthaec videtur ad illud obtinendum finem , quo ab amplissimo fundatore instituta sunt , et ad reparanda incommoda , quæ pati cogitur etiam Cathedralis Ecclesia : nonnulli namque Ecclesiae Cathedralis servitio addicti necessitate compulsi diebus praesertim festivis , ut Sacramenta administrent , in alias Diaecesis Ecclesias se transferant ; necesse est ; Quam autem significationem edere , quæ amplissimi Praesulis beneficiis respondere aliquo modo posse videatur , Capitulares ignorant : occasionem autem , qua rogati de uniuscujusque voluntate patefacienda , arripiunt ,
EE.PP.

EE. PP. significandi Ecclesiam Politianam fore Episcopo in grati animi testimonium semper obstrictam, devinctamque memoria beneficiorum sempiterna, et porrecturam ad Deum Preces, ut quam diutissime eum incolumem, sospitemque conservet.

Habemus in jure, pios Fundatores posse in instrumento foundationis condiciones sibi magis benevisas cæteroquin possibles, et honestas apponere, dummodo juri Divino positivo, vel naturali non repugnent, ex *Cap. significatum 11. de præb. ec.*, et *Cap. Praeterea de Jurepat.*, cap. quanto 16. de *Censib.* Et ita inter alios tradunt *Gonz. ad reg. 8. Cancl. glos. 5. num. 100.*, et *seqq. Reiff. in Jus Can. lib. 3. tit. 5. §. 4. num. 105. et seqq.*, et *Card. de Luc. de Benef. dis. 65. num. 10.*, qui dicit hanc esse regulam generalem. Nec obstat appositae condiciones possibles, et honestas repugnare juri communi juxta *Gloss. communiter approbatam in C. Cum dilectus V. constitutum V. satis tamen credo de consuet. Card. de Luca loco cit. dis. 95. num. 10. Fago. Cap. Cum in cunctis nu. 72., et 73. de elect.*, qui asserit, sic tenuisse S. Congregationem, quam secuta fuit S. Rota *dec. 194. nu. 1. par. 2. recent.* Summus enim Pontifex annuere solet voluntati Fundatorum tum ut alii quoque invitentur, et ita cultus Divinus augeatur, tum quia in foundationibus magis præponderat Cultus Divinus, quam ratio præjudicii, quod alicui inferri possit jam quæsitum jus non habenti, ut fuse docent S. *Rot. dec. 258. num. 23.*, et *24. par. 7. Rec.*, et *Lambert. de jurepatron. lib. 1. q. 9. princ. nu. 82.*, et *seqq.*

Hæc quoad jus in genere: in specie vero nonnulla animadverti possunt, quæ conditioni, cujus approbatio postulatur, obstant, ac alia multa, quæ viam approbationi sternunt.

Siquidem impedimento esse potest rei novitas, quæ plerumque discordiarum, et litium fons est ad tradita per Honorium III. in *Cap. 9. de consuet.* Præsertim vero in themate arcenda videtur hæc novitas, cum jam per SS. Canones provisum sit, ne Clerici invito Episcopo e Diaecesi discedant. Nam dum Sacrosancta Tridentina Synodus vestigiis inherens canonis sexti Concilii Chalcedonensis demandavit Clericorum ad-

scriptionem suis Ecclesiis, interdicendum esse voluit sacrorum exercitium deserentibus Ecclesiam cui erant adscripti. Hæc autem poena locum sibi vindicat etiam in casu, in quo alio titulo præterquam residentialis beneficii, quis fuerit ordinatus, ut plene testatur resolutio a S. hac Congregatione in strenuo partium conflictu edita in *Nucerina Residentiæ, et Suspensionis* 19. Septembris 1818., ubi substineri censuerunt EE. VV. suspensionem latam ab Episcopo Nucerino contra Sacerdotem suæ diocesis ob derelictam hanc invito Ordinario, licet ad patrimonii sacri titulum fuisset ordinatus.

Animadvertere quoque præstat, poenam impositam super aliquo delicto non esse multiplicandam, ut docet *Menoc. Consil. 471*. Jam vero si proposita conditio privationis patrimonii approbaretur, Clericus Diaecesim derelinquens pluribus paenis obnoxius evaderet. Nam primo ei posset Episcopus Sacrorum exercitium interdicere juxta Tridentinum; secundo illum quiret patrimonio privare, ad cujus titulum sacros Ordines suscepit. Nec satis. Hæc privatio secumferret etiam irregularitatem; cum agatur de pauperibus Clericis, qui alio carent titulo, quem substituere valeant.

Verum non minoris roboris ea sunt, quæ conditionem approbandum esse suadent. Etenim præter ea, quæ superius retuli, dum de dispositione juris in genere agi, observandum est cum Episcopo, hanc conditionem, nec Clericis facere injuriam, nec Canonicis legibus adversari, *Non Clericis facit injuriam* (sunt ejus verba) *quia ex una parte libere eam acceptant, et ex altera libenter acceptare possunt, cum patrimonium, ad quod consequendum ipsa addicitur, immune sit a quovis onere, majusque afferat emolumentum, quam quaelibet Capellania, et etiam simplex beneficium semper in hac diaecesi tenuissimum. Nec adversatur Canonicis legibus, imo potius est eisdem consentanea, cum spiritui Ecclesiae consentaneum sit, quod quisque Clericus propriae inserviat Dioecesi. Et revera conditio isthæc nullibi expresse a jure prohibetur, eive adversatur, sed tantum est præter jus, et eo tantum fine est apposita, ne Sacris ministris il-*

la Ecclesia careat, quorum defectui non nisi hoc modo provideri posse censet Episcopus. Cum autem quilibet fundator possit apponere condiciones in fundatione etiam contra jus commune, dummodo possibiles sint, et honestæ, videtur, nedum posse Episcopus Montis Politiani privationis conditionem præcipere in fundatione, quæ juri communi non repugnat, sed etiam postulare, ut ea conditio non nisi ad cautelam, et ut majus robur ex EE. VV. auctoritate recipiat, approbetur. Atque ex eo ipso, quod agitur de Episcopo, qui tamquam pius fundator hanc pœnam imponit deserentibus Diœcesim, non vero de Episcopo, qui id sanciat per Edictum, vel Synodalem Legem. Sapientiæ EE. PP. erit perpendere in hac rei circumstantia quanti facienda sint paullo ante allata super rei novitate, et pœnarum pluralitate. Super irregularitate autem hæc habet præfatus Præsul in sua informatione. *Quod autem ob amissionem adepti patrimonii suspensus evadat Clericus invito Episcopo relinquens Diœcesim, suæ tribuit culpæ, quia frangit (et sæpe ut præterita experientia docet non ob laudabilem finem) fidem libere datam in acceptatione, et statutam ob rectissimum finem a fundatore violat conditionem. Præterea si in casu recentis Nucerinæ (19. Septembris 1818.) Sacerdos discedens a Diœcesi incurrit suspensionem ob violatum invito Episcopi præceptum, quare in simillimo casu eidem poenæ non subiaceat ob violatam beneficii fundatoris voluntatem?* Porro consonum est S. hujus Congregationis resolutionibus privari posse illegitime absentem a residentia beneficio, licet ad ejus titulum fuerit ordinatus, et suspensus remaneat, ut hac de re, dubitantibus Episcopis, S. Congregatio respondit in *Nullius Guastallæ Privationis Mansionariæ 31. Julii et 28. Augusti 1660. lib. 22. Decret. pag. 214. et 256. atque in Firmana Privationis Canonici 30. Maii 1665. lib. 24. decret. pag. 495.*

Quatenus EE. VV. annuere censeant Episcopi votis, tunc ad præcidendas quæstiones, quæ in posterum oriri poterunt duo quoad modum erunt animadvertenda. Primo scilicet in instrumento fundatio-

tionis privatio patrimonii indicitur *ipso facto* incurrenda, si invito Episcopo Clericus Diœcesim derelinquat, qui procedendi modus consonus non videtur vigenti dispositioni SS. Canonum, cui magis consonant verba limitationis, quæ in supplici libello EE. VV. porrecto exponit Episcopus, qui privationem executioni dandam esse dicit, nisi ab Ordinario moniti ad propriam Diœcesim remeaverint. Non eadem semper servata fuit praxis ad eam privationem inducendam. Alexander namque III. in *Cap. 3. 4. et 6. de Cleric. non resid.* recta via privandos esse non residentes sanciverat. Celestinus III. idem constituerat, nisi post citationem ad Ecclesiam beneficii redirent, ut patet ex *Cap. 8. Ex parte eod. tit.* Innocentius III. statuerat in *Cap. Inter quatuor eod. tit.* privandos esse, si post tempus ab Episcopo constitutum adhuc residentiam neglexissent. At idem Innocentius postea hanc decretalem limitavit, ut pandit *Cap. Ex tuæ devotionis 11. eod. tit.* statuens, ut si ignoraretur, ubi moram duceret irresidens, trinae citationis edictum in valvis Ecclesiæ affigeretur: sique post sex menses non rediret, privaretur. Tandem Gregorius IX. æque privandos non residentes statuit, si post canonicam monitionem adhuc a propriis abessent Ecclesiis. Licet autem hic privationis ordo plurimum immutatus sit a Tridentino *Sess. 24. Cap. 12. de Ref.* quoad Parochos, et obtinentes beneficia in Cathedralibus, et Collegiatis, novusque fuerit præscriptus sub nullitatis pœna omnino servandus, ceu pluries sensit S. Rota, ac declaravit S. hæc Congregatio; nihilominus cum in casu agatur de Clericis, qui simplicia patrimonialia obtinent extra Cathedrales, et Collegiatis, sed cum onere residentiae, quoad eos servanda videtur praxis, quæ respicit obtinentes simplicia Beneficia extra Cathedrales, et Collegiatis, quam non immutavit Tridentinum de Parochis tantum et præbendatis loquens in memoratis Ecclesiis. Jam vero aut Clericorum, qui memoratis Patrimoniis fruuntur, ignoratur absentia, et tunc servanda est ad unguem forma procedendi præscripta ab Innocentio III. in *cit. Cap. Ex tuæ devotionis*, ut docet Fagnan. in *lib. 3. decret. tit.*

de Cleric. non resid. cit. Cap. Ex tuæ devotionis numero 36. agens de privatione beneficiorum simplicium cum onere residentiaë. Aut non ignoratur ubi præfati Clerici vitam ducant, et tunc sufficit simplex requisitio, seu monitio, vel revocatio cum competenti termino ad redeundum, quo elapso etiam non expectatis sex mensibus, (beneficio) spoliari poterit, ut ait idem Fagnan. loc. cit. num. 9. circa medium. Porro EE. VV. erit approbare vel methodam privationis expositam in instrumento foundationis, quæ consona est antiquioribus Ecclesiæ Canonibus, vel praxim in supplici libello indicatam, quæ sequitur præsentem Ecclesiæ disciplinam.

Secundo ponderandum est in instrumento privationem indici in casu transitus ad aliam Diæcesim amplissimis clausulis videlicet *qualunque ne sia il motivo, che ne avesse, o l'impiego, che prendesse*. Verum facillime posset contingere, ut Clericus ad eum titulum ordinatus abesset ex causa, quæ legitima habetur a SS. Canonibus, puta valetudinis ob aeris insalubritatem, ob servitium præstandum S. Sedi, cui omnium Ecclesiarum inest sollicitudo. Ex hac videant EE. VV. utrum, et id sit præcavendum, ne in posterum lites emergant, ratione habita ad juris dispositionem, quæ facultatem tribuit fundatoribus apponendi conditiones sibi magis benevisas, et cum hæ sint in utilitatem Ecclesiæ.

Hiscæ omnibus inspectis Sapientiæ EE. VV. declarandum superest dubium.

An, et quomodo conditio privationis sit approbanda in casu etc.

Affirmative in omnibus juxta preces.

Sess. 23. Cap. 4.
de Ref.

CALLIEN SANATIONIS, ET ABSOLUTIONIS.
Testamentariis tabulis, quibus anno 1796. decessit Catharina Gaugelli omnium suorum bonorum hæredem instituit Conjugem Antonium Lenci, adjecta tamen lege, ut dimidium prædii nuncupati il *Piane*, o *Tarsia*, quod totam continebat hæreditatem, ab omni ære alieno liberum, et solutum erogaretur in legato perpetuo ad ipsius Testatricis animam suffragandam.

Cum anno 1797. in Civitate Calliensi pia foret erigenda domus pro puellis orphanis educandis, cumque exigui essent redditus Pius VI. s. m. dictum legatum favore orphanotrophii concedendum esse benigne annuit, cum onere perpetuo celebrationis unius Missæ in qualibet hebdomada pro anima Testatricis, ut patet ex Rescripto diei 3. Septembris prædicti anni 1797.

Ut vero æquæ partes tam pro Orphanotrophio, quam pro hærede Antonio Lenci constituerentur; hic inita transactione anno 1801. sub die 19. Junii cessit prædium Tarsia Orphanotrophio, constituto pretio scut. 3400. in *moneta erosa*, ut vocabant, cujus medietas scut. 1700., dicto orphanotrophio tributa fuit pro antedicto legato, statutumque fuit, ut altera medietas scut. 1700. solveretur annis viginti post Lenci mortem ipsius hæredibus, constituto interim fructu scut. 5. pro quolibet centenariio, et anno.

Cum Orphanotrophio dictum retinere prædium minime conveniret ob loci distantiam, necessariis ab hac S. Congregatione obtentis facultatibus sub die 23. Novembris 1805. peracta fuit prælii alienatio sub asta favore Episcopi Bellini pro scut. 2650., quot nimirum constituiebant intrinsecum prælii valorem, qui in transactione æstimatus fuerat in scut. 3400. *aerosa moneta*, quæ tunc locum habebat. Relata itaque summa scut. 2650. diversis temporibus a memorato Antistite Bellini persoluta fuit.

Ex hac pecuniæ diversitate factum est, ut pia Orphanorum domus ex legato Gaugelli scut. tantummodo 950. perceperit, quæ demortuus administrator in favorem Orphanotrophii fideliter investivit.

tran-

transactionem vero superius memoratam Administratores Orphanotrophii pendere debent hæredibus Lenci die 17. Januarii 1824. scut. 1700. quæ tamen magna ex parte in alios usus illi erogarunt. Ita namque erogatam fuisse summam scutor. 2650. habitam ex venditione prædii Tarsia refert Episcopus in sua informatione „ *A favore dell' Orfanotrofio si rinvestirono, come si dice nella supplica scudi 950. Si è estinto un debito fruttifero gravante il pio istituto per scudi 130. Si è ammortizzato altro debito in acconto dell' importare del Fondo stesso Tarsia, in favore del Signor Lenci venditore per scudi 833. Si sono pagate alle Monache di S. Chiara (quorum bona ex parte addicta fuerunt favore Orphanotrophii) parte per pensioni arretrate dell'anno scorso, e parte correnti scudi 295. 30. Si sono pure rinvestiti in bestiami posti sù i Poderi dell' Orfanotrofio scudi 143. 70. E finalmente sono rimasti in essere scudi 298. , quali somme formano appunto scudi 2650. , Ex his constat familiæ Lenci pecuniam enumeratam fuisse in scut. 833. , ac proinde persolvenda superesse sc. 867. dumtaxat , non vero scut. 1700.*

Administratores Orphanotrophii supplices sunt penes S. hanc Congregationem petentes, ut peractum investimentum scut. 950. pro adimplemento deserviat oneris injuncti in alienatione Fundi „ *Tarsia* „ ad pium Legatum Missarum conservandum favore Testatricis Gaugelli; ut nempe memorata transactio, sed etiam summæ impensæ in dimittendis debitis, atque in sublevandis Orphanis adprobentur, ut denique reliqua summa scut. 298. impendi possit favore hæredum Canonici Fioravanti, pro sumptibus ab ipso Canonico jam demortuo Administratore peractis pro Orphanotrophio.

Ex altera, quæ requisita fuit Episcopi informatione, hæc habentur præter relatam huc usque factorum seriem *Auditis interim omnibus interesse habentibus præsertim Administratoribus singulis supradictæ piæ domus, et ipso promothore Fiscali, retulerunt primo, quo pacto legato Gaugelli satis provisum sit cum relata summa sc. 950., quæ devincta remanere et adjudicari debet pro Missa una qualibet anni hebdomada celebranda, deinde de redditibus valde exiguis Orphano-*

trophli, ut ex statu activo, et passivo, qui hic adnectitur, et dignosci valet, et tandem de impensis, quae nullam, aut parvam admodum reformationem admittunt, ut videre est ex folio, quod Vobis E.E. PP. submitto.

Hisce omnibus praenotatis, quoniam placuit Sacratissimo huic Senatui injungere, ut sensum meum hac super re aperirem, mihi videretur Oratorum precibus annui posse, legato enim perpetui suffragii unius Missae a pia Testatrice Gaugelli satis provisum est summa scut. 950., quae etsi medietatem fundi Tarsiae ex inita conventionem cum haeredibus Lenci non aequiparet, ex adductis tamen rationibus constat aequipollere vero, ac legitimo valori dimidii praedii ipsius, quod debitis facultatibus accedentibus Orphanotrophio adjudicatum est. Quo vero ad caeteras paecuniae erogationes circumstantiae pii Instituti praemebant adeo, ut iis nulla ratione succurri valeret, nisi per summas, quae fuerunt impensae, sicut pariter nulla in praesenti adest via solvendi id, quod haeredibus Fioravanti debetur, nisi reliqua summa scut. 298. utantur actuales Administratores.

Dicebam superius Oratorum precibus annui posse, eo vel magis, quod certe speratur, fore, ut quaedam summa brevi Orphanotrophio pendatur, quae haeredibus Lenci abunde valeat satisfieri.

Haec pecunia a Familia nobili Marini de Pergula solvi debet, quae legitimis, ac debitis modis spondit, se loco Pio talem pecuniae vim dono daturam, quando causam quamdam obtineret, quae jam Supremae Rotae suffragiis in favorem Marini adjudicata fuit.

Status activus, de quo meminit Episcopus in hac Informatione, constituitur in scutatis annuis 493. ob. 8. passivus vero in scut. 720., et ob. 36., unde exitus introitum superat in scut. 227. ob. 26.

Cum Administratores sanationem petant super iis, quae huc usque peregerunt, in primis de transactione sermo instituendus videtur. Porro cum transactio secumferat cessionem, remissionem nequit ab Administratoribus pia causa iniri absque Apostolica venia

nia, quin transactio corruat, iique censuris obnoxii fiant, etsi necessaria causa adsit ad eam ineundam, ut nedum docuit, sed etiam iudicavit Sac. hæc Congregatio in *Caven 2. Maii anni 1818.* præsertim in responsionibus *ad I. II., et II. Dub.* In themate non constat, qua auctoritate concordiam subscripserint Administratores. In hac autem non adfuisse videtur utilitas loci pii; Etenim æstimatio fundi, antequam perficeretur concordia, facta fuit in *moneta aërosa*, ut ajunt, et iuxta hanc æstimationem computata fuit prædii medietas in scut. 1700. constituta, cui solvendæ sese obligavit Orphanotrophium in reali ac argentea pecunia. Juxta hanc nonnisi ad scut. 2650. ascendebat prædii valor, cujus medietas est scut. 1325. Dum vero ex obtenta facultate prædium alienavit Orphanotrophium, dempta summa scut. 1700. persolvenda familiæ Lenci ex inita conventionem, favore loci pii nonnisi scut. 950. investienda remanserunt. Deinde licet loco pio concessum fuerit, ut non statim scut. 1700. numeraret, nihilominus gravatus ipse fuit civili interusurio scut. 5. pro qualibet centenario, et anno.

Veruntamen non levia etiam adsunt rationum momenta, quæ suadent sanandam esse transactionem, cujus substantia in eo est, ut aliquid ex utraque parte remittatur. Jamvero familia Lenci concessit Orphanotrophio, ut debitam pecuniam numeraret post viginti annos a morte Antonii Lenci, ex quo non leve commodum persensit illud, dum hanc summam investivit. Deinde ex supplici libello videntur creditores Lenci aliquid condonasse, cum ita sese expriment Administratores, dum de jam iis persoluta summa scut. 853. loquuntur „ *non si dubitò di ritirare dalle mani del compratore (Episcopi scilicet Bellini) i delli 1700., de' quali, con aver ottenuto dai Creditori un piccolo ribasso scudi 853., furono già disposti a parzial pagamento del suddetto debito* „ Si vero concordia non sanaretur, ac omnia in pristinum reducerentur, difficillimum, ne dicam impossibile esset, prædium recuperare ab Episcopo Bellini, restitutione numeratæ pecuniæ. Dum enim in prima Informatione Episcopus rationem reddit,

cur

cum receperit a Præsule Bellini summam empti prædii hæc habet „ Si è creduto opportuno il ritirare tali somme , anche per prevenire la morte di Monsignor Bellini Vescovo di Loreto compratore , onde non andare incontro ad un deperimento per essere il Predio stato devoluto all' appannaggio , in causa di vendita fattane dal lodato Monsignore „ Hæc quoad transactionis sanationem ; ad reliquas administratorum petitiones accedam .

Præcipit S. Tridentina Synodus sess. 23. cap. 4. de reformatione , ut quo plenius , et utilius potest , custodiantur ea , quæ ad pios usus relicta sunt . Hinc videtur approbari posse ab EE. VV. investmentum scutat. 950. factum pro adimplendo Legato unius Missæ qualibet hebdomada celebrandæ juxta Rescriptum S. M. Pii VI. . Hujus autem adimplento satis hoc modo provisum esse patet ex Episcopi Informatione .

Verum non nisi arbitrio administratorum altera summa scut. 143. , et ob. 70. impensa videtur in pecudum emptione , quæ potius reservari debuisset ad dimittendum debitum cum familia Lenci contractum . Idemque dicendum videtur , tum de altera summa scut. 130. erogata in extinctionem debiti fuctiferi , tum de illa pecuniæ vi , quam Administratores consumpserunt in solvendis pensionibus Monialibus suppressi Monasterii S. Claræ .

Attamen animadvertant EE. PP. erogationes præfatas non fuisse veras , ac proprie dictas alienationes , sed tantum necessarias impensas , vel ad dimittendum æs alienum , quo Orphanotrophium tenebatur , vel investmenta , quibus melior evasit Loci pii conditio , prout ex relatis Episcopi informationibus liquet . Ex his judicabunt EE. VV. an suprema sit authoritate probandum , quod proprio licet arbitrio , sed juxta Episcopi sententiam necessitate compulsi , et bona fide Administratores peregerunt .

Ad summam quod attinet scut. 298. , quæ adhuc superextant ex pretio venditi fundi *Tarsia*, ejus erogatio imploratur . Variis sane angustiis præmitur Orphanotrophium , inter quas est ejus debitum in scut. 202. 39. erga hæredes Canonici Fioravanti defun-

functi Administratoris, qui post redditionem rationis in ea summa creditor fuit renunciatus. Urgent hæredes præfati sui crediti solutionem, nec aliam adesse viam ad hoc æs alienum dimittendum censet Episcopus, quam si permittatur Administratoribus uti enunciata superius summa scut. 298., eo vel maxime, quia ipsis certa inest spes hæredes Lencios solvendi pia largitione a nobili familia Marini Pergulensi promissa in prospero exitu litis, ut in altera informatione agebat Episcopus.

Sed si impedimento est, quominus sanatio concedatur summarum, quæ, ut supra inquitur, jam erogata sunt favore causæ piæ vel in melioranda ejus bonorum conditione, vel in extinguendo ære alieno, quia familia Lenci ineunte anno 1824. jus habet ad recipienda conventa scuta 1700. (quatenus concordia probetur), quæ alioquin ex redditibus loci pii desumi nequeunt, qui impares sunt annuis ferendis oneribus; si inquam id impedimento est, quominus sanatio pro jam erogatis summis concedatur, quanto magis impedimento erit, ut depositæ pecuniæ in alium usum erogatio concedatur. Nec concessionem viam sternere posse videtur promissio familiæ Marini, quæ ex conditionis eventu pendet. Si enim anno 1824. nondum liti finis impositus erit, vel si etiam adverso Marte e tribunalibus discedat ea familia, tunc, deficientibus aliis mediis ad solutionem præstandam erga Lencios, hi investmentum scut. 950., et cætera pii loci bona persequentur usque ad integram proprii crediti satisfactionem.

Postremo sermo est de absolute impertienda, cui sternere poterit viam Oratorum bona fides. His itaque omnibus inspectis ne grave sit EE. VV. responderi sequentibus dubiis.

I. *An sit consulendum Sanctissimo pro sanatione transactionis in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An investmentum scut. 950. favore legati Gaugelli Lenci sit approbandum in casu etc.*

III. *An*

- III. *An sit concedenda sanatio pro summis impensis favore Orphanotrophii in casu etc.*
 IV. *An pro reliqua summa scut. 298. sit annuendum precibus Oratorum in casu etc.*
 V. *An sit consulendum Sanctissimo pro absoluteione a censuris in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

Sess. 21. cap. 5.
De Reform.

MAZARIEN. Cum in anteactis administrationibus Monasterii S. Mariæ Magdalena Civitatis Drepani Mazariensis diocesis non solum capitale unciarum 143. et tari 15. quod a duobus piis testatoribus legatum fuerat ad effectum investiendi pro celebratione Missarum consumptum penitus invenerit moderna illius Monasterii Abbatissa, sed etiam omissam fuisse celebrationem Missarum pro diversis aliis legatis in summa unciarum 286. tari 13., et grana 14. summum Pontificem adiit postulans absoluteionem „ *degli accennati pesi tanto del capitale consunto, quanto d. ll' inadempimento de' Legati* „

Episcopus, ad quem remissæ fuerunt preces, ut referret, transmissa notula bonorum particularum foundationum, nec non statu activo, et passivo Monasterii, et perquisitis Ecclesiæ libris, tabellis, et SS. Visitationum decretis, de erogatione fundi investiendi pro legatis missarum, annuo reddito Monasterii, et numero Monialium, utrum sint expensæ reformandæ, Missis hactenus inadimpletis, et impotentia supplendi, quoad præteritam, et futuram, ita de singulis rationem reddit in sua informatione.

Tanto muneri satisfactorius nihil omittendum duxi, ex iis quæ scitu necessaria, et intelligentis Vetris digne existimavi . . . Primum equidem neminem hæc in

in re interesse habentem inveni. Perquisitis deinde Ecclesiae libris, et SS. Visitationum decretis cognovi, fundum pro legatis Missarum investiendum ad sublevandas urgentis ipsius Monasterii necessitates fuisse consumptum. Qua de re in mea prima generali Visitatione statutum, ut Monasterium, attenta sui paupertate, et supplendi impotentia quoad praeteritum, et futurum ad S Sedem pro absolute obtinenda conjugeret.

Numerus Monialium ad tresdecim ascendit, et annui redditus, oneribus deductis summam constituunt unciarum centum nonaginta quatuor, tarenorum trium, et granorum quinque, quae nedum ad Monialium alimenta, verum etiam ad Ecclesiae cultum sunt destinata. Adnexa detemporis librorum fides, quae statum activum, et passivum ipsius Monasterii indicat, id clarissime evincit. Missas porro hactenus inadimplatas ad summam unciarum 443. tarenorum 9., et granorum 14. ascendere, et capitale consumptum ad unceas 103, et tarenos 15. ex duplici ipsius detemptoris fide hic interclusa colligitur.

Quapropter circumstantiis omnibus bene perpensis foundationum notulas annectens, existimarem indulgere posse petitis.

„ Porro ex fide Ratiocinatoris Monasterii, et ex particulis testamentorum constat Antonium Tobia anno 1576. censum unciarum sexdecim cum fructibus ad rationem decem in singula centum reliquisse Monasterio cum onere celebrationis quatuor missarum hebdomadalium, et Orpheum Fardella anno 1592. legasse eidem Monasterio alium censum unciarum 87. cum onere unius missae in qualibet hebdomada, et alterius missae cum cantu in die anniversario omnium defunctorum.

Hæc sunt capitalia, quæ forsitan debitoribus censuum restituta, consumpta fuere, quin inter tenebras trium et ultra sæculorum scire datum sit, quo tempore, quave de causa omissa fuerit investmenti redintegratio; a qua nunc absolutio exoratur.

Sedulo hinc duo animadvertenda, capitale nempe penitus consumptum in summa unciarum 103, et taren. 15., et Missarum omissionem in summa unciarum 443, taren. 9. et gran. 14.

Cum capitale consumptum, et deperditum sit culpa obligati, qui ad proprium usum illud convertit, condonatio concedi non solet, ut in *Beneventana Reductionis* 18. Aprilis 1788.

Verum cum Monasterium ex propriis redditibus supplere non possit, sequitur, ut, licet culposa sit deperitio fundorum, attamen reductioni locus esse videtur ex impotentia, cum ad impossibile nemo teneatur. De hac impotentia non solum testatur Episcopus, sed etiam luculenter constat ex statu activo, et passivo Monasterii, ex quo patet annuatim superesse summam uncearum 194. quæ respondent scutis 455. quibus tum alimentis Monialium, tum solutioni taxarum, tum expensis pro Ecclesiæ, et mantentione funtorum suppleri debet. Porro in casu veræ impotentiae non desunt exempla, in quibus S. Congregatio condonationem, et absolutionem concedendam censuit, ut præsertim in *Isernia* 26. Novembr. 1723., in *Fanen.* 22. Novembr. 1738. *Alben.* 24. Martii 1793. in *II. Dubio* Videant tamen EE. PP. utrum imponendum sit onus Monasterio celebrandi Anniversarium pro piis testatoribus pro una vice tantum, aut per plures annos, seu potius aliquod pium opus in modum suffragii Monialibus sit præscribendum.

Quo vero ad omissionem Missarum, quoad præteritum, cum Monasterium impotens prorsus sit ad supplementum, eadem occurrunt rationum momenta, quæ militare videntur pro condonatione capitalis. Utcumque enim id evenerit, certum est Monasterium nunc de suo supplere non posse, cum nec tanti sint redditus quot pro annuis expensis sunt necessarii. Quod si impotentia ex defectu reddituum valere poterit ad obtinendam condonationem consumpti capitalis, eo facilius suadere poterit absolutionem ab inadimplemento Missarum quoad præteritum, ut passim Sac. Congregatio, et præcipue in *Verulana Reduct.* 9. Septemb. 1791. ad *II. Dub.* et in *Ravennaten. Reduct.* 25. Novembris 1797.

Hisce positis, dirimenda Vobis EE. PP. proponuntur Dubia.

I. An, et quomodo sit concedenda absolutio quoad capitale consumptum in casu etc.

II. An, et quomodo sit concedenda absolutio pro omissione Missarum, quoad præteritum in casu etc.

Die Sabathi 18. Augusti 1821. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

*Sess. 23. Cap. 4.
de Reform.*

CALLIEN. SANATIONIS, ET ABSOLUTIONIS.

Dub. I. *An sit consulendum SSmo pro sanatione transactionis in casu etc.*

Et quatenus Affirmative.

II. *An investimentum scut. 950. favore legati Gaugelli Lenci sit approbandum in casu etc.*

III. *An sit concedenda sanatio pro summis impensis favore Orphanotrophii in casu etc.*

IV. *An pro reliqua summa scut. 298. sit annuendum precibus Oratorum in casu etc.*

V. *An sit consulendum SSmo pro absolutione a censuris in casu etc.*

Ad I. Affirmative facta reductione Capitalis scut. 1700. debit. Antonio Lenci, et fructuum tam solutorum, quam solvendorum ad formam legis, et tariffæ.

Ad II. Affirmative facta inscriptione ad formam edicti.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Affirmative, quatenus supersit aliqua summa dimisso prius Antonio Lenci.

Ad V. Affirmative.

Sess. 21. Cap. 5.
de Reform.

MAZZARIEN.

Dub. I. *An, et quomodo sit concedenda absolutio quoad Capitale consumptum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit concedenda absolutio pro omissione Missarum quoad praeteritum in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative celebrata unica missa lecta singulis annis cum recitatione officii pro Defunctis a monialibus infra octavam omnium fidelium defunctorum.

Ad II. Affirmative celebrata unica missa cum cantum cum assistentia omnium Monialium, facto verbo cum S^mo.

Sess. 24. Cap.
18. De Ref.

CAESENATEN BENEFICII. Actum sub quatuor dubiis inferius reponendis de hac controversia est in Congregatione diei 23. Junii proxime elapsi distributis juribus favore Valducci, silente vero Petro Drudi. Ob dilationem vero postulatam ab ipso informante responsum, EE. Patres, dedistis *Dilata in omnibus, et interim scribatur Eminentissimo Episcopo qui sine mora, et non attenta quacumque inhibitione, nisi signata manu Sanctissimi, deputet Ecclesiasticum Administratorem, qui satisfactis omnibus oneribus, residuales beneficii fructus retineat in forma depositi ad effectum consignandi, cui de jure, in exitu litis-* Singula diligentissime praestitit Eminentissimus Episcopus, ut patet sequens ejusdem epistola - Acceptae
 „ mihi fuerunt litterae Eminentiae Vestrae datae die
 „ 23. Junii currentis anni, quibus demandatur juxta S. Congregationis Concilii voluntatem, ut sine mora, nullaque attenta inhibitione, nisi signata manu Sanctissimi pro beneficio a quondam Antonio Faberi in Ecclesia Parochiali S. Laurentii de Subrivulo hujus Dioecesis instituto, deputetur Ecclesiasticus administrator, qui satisfactis omnibus oneribus residuales beneficii fructus retineat in forma depositi, ad effectum consignandi, cui de jure, donec inter Sacerdotes Laurentium Valducci, et Petrum Drudi ortae controversiae juridice
 di-

„ dirimantur. Quare mandatis obtemperans non dis-
 „ tuli, quin sub die 2. Julii decurrentis dictam
 „ Ecclesiasticum administratorem legitime deputa-
 „ rem Blasium dall' Ara Parochum Ardiani, ne
 „ unquam nominatio ipsa nullitatis vitio infringere-
 „ retur, simulque Colonis honorum dicti Bene-
 „ ficii inhibui ad recognoscendum in dominum
 „ tamquam administratorem prædictum Parochum
 „ dall' Ara, et nulla hactenus ex parte interesse ha-
 „ bentium oppositio est deducta. Verum cum non-
 „ nullæ ad hunc legalem actum exequendum expensæ
 „ necessariae fuerint a fructibus ipsius beneficii una
 „ cum aliis pro oneribus satisfaciendis detrahendas
 „ esse existimo.,

Cum hæc indicta fuerit concertationi dies, causa sub
 iisdem dubiis reproponitur, deleta tantum quarto,
 quod jam captam in præteritis Comitibus provisionem
 respiciebat. Circumferuntur jura pro Drudio, ac
 simplex memoria pro Valducci, in qua exorantur
 EE. PP. allegationem reassumere in præterita actio-
 ne distributam.

Non intrare arbitrium pro aperitione oris contendit
 Drudi defensor, quia veritati consona fuit narratio
 sive juris patronatus laicalis beneficii, sive vacatio-
 nis beneficii ob resignationem a Sebastiano Drudi
 anteacto rectore sponte factam favore nepotis, quem
 instituendum supplicavit, sive demum annui redi-
 tus quinquaginta duo ducata auri de Camera non
 excedentis, super quo observat, geminos crucesigna-
 tos favore Valducci testantes, annum reditum at-
 tingere posse summam sc. tercentorum et ultra, id refer-
 re habita ratione ad biennii pretia et in generibus, mini-
 me vero ad decennalem statum ad pecuniam reflectam.
 Peritus deinde, qui refert annum liberum reditum esse
 posse sc. 156. onera non exprimit, unde sexta pars debet
 remitti juxta Tribunaliam sententiam, et Datarie sty-
 lum, quæ dempta reditus esset sc. 120, quæ differentia
 cum non fuerit gratiæ fundamentum, non viliat
 concessionem. Ut vero probetur nil veri fuisse reti-
 citum, diluuntur objecta ex arborum incisione, quæ
 facta est post obtentas facultates, et ex illatis beneficio
 damnis a resignante, quæ falsa undique asse-
 runtur.

Censet hinc in *secundo dubio*, exequendas esse litteras Apostolicas, tum quia justificata fuit gratia deficiente obreptione, et subreptione, tum quia medietas vocum patronorum concurrit favore Drudi, sive voces sumantur in *stipes*, sive in *capita*. Cum tamen sermo sit de patronis sexaginta septem, quorum sex nominarunt Valducci, reliqui autem omnes pro Drudio suam nominationem expleverunt, me abstinco a referenda iniuscujusque patroni descendencia a duabus sororibus fundatoris, id enim brevius, et facilius deprehendent EE. VV. ex schemate genealogico, quod ex parte Drudi ana cum alio peculiari summario distribuetur. Tantum dicam, plura adduci tum ex jure, tum ex verbis testatoris præteritisque nominationibus, ut probetur, omnes, qui Drudium nominarunt, frui hoc patronatus jure.

Addit præterea Drudii defensor, non afficere, nominationes expletas fuisse pro quolibet casu vacationis, vel cessionis beneficii adhuc pleni, tum quia nisi istæ resignationem præcessissent, facillime alteri etiam extraneo Beneficium conferri potuisset, tum quia, cum resignatio a Summo Pontifice sit probanda, nil obstat patronorum consensus datus ante provisionem Paris *de resig. lib. 8. quaest. 10. num 5.*, tum demum quia votum captandæ mortis cessat, dum agitur de beneficio vacaturo non per mortem, sed per spontaneam beneficiati dimissionem, *Rot. rec. dec. par. 16. Decis. 210. numer. 16. 17. 18.* Tandem excluditur simonia ex defectu probationum, et ex qualitatibus testium, quæ alioquin ad tramites juris debet plene, et concludenter probari.

Ex his concludit Drudi defensor, dandam esse institutionem suo Clienti, de qua sermo est in *tertio dubio*, nec locum esse provisioni, quæ jam capta fuit in Comitibus diei 23. Junii proximi elapsi.

Dignentur itaque EE. VV. reasumpto folio nuper citatæ Congregationis diei 23. Junii distributaque tunc allegatione a Valducci respondere dubiis, quæ reponuntur.

I. *An intret arbitrium pro apertione oris in casu etc.*

II. *An*

II. *An Litterae Apostolicae sint exequendae in casu etc.*

III. *An, et cui sit danda institutio in casu etc.*

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmativo favore Petri Drudi.

ROMANA CAPELLANIAE. Causae hujusce species relata fuit in folio Congregationis habitae die 14. Aprilis proxime praeteriti, in qua proposita fuere quatuor dubia. I. *An Religiosi S. Mariae supra Minervam in vim cessationis a celebratione Missarum Capellaniae erectae in Ecclesia Parochiali S. Thomae ad Cincios a Cl. Me. Cardinali Capizucchi, et omissionis nominationis Capellani decesserint a beneficio nominationis Capellani, et administrandi bona dictae Capellaniae in casu etc.* Et quatenus affirmative II. *An, et ad quem spectet nominatio dicti Capellani, et administratio honorum in casu etc.* III. *An praefati Religiosi celebrare queant Missas dictae Capellaniae extra Ecclesiam S. Thomae ad Cincios contra statutum in Instrumento erectionis an. 1676. in casu etc.*

Sess. 22. cap 4.
et Sess. 25. cap.
4. de Reform.

IV. *An, et quomodo constet de praetensa reductione Missarum in casu etc.* His vero ita responderunt EE. VV. Ad I. Negative in omnibus. Ad II. Affirmative, et spectare ad Priorem pro tempore existentem in Conventu S. Mariae supra Minervam. Ad III. negative. Ad IV. Dilata, et obtenta aperitione oris providebitur.

Ab R. P. D. Auditore Sanctissimi concessa fuit, instante Parocho S. Thomae ad Cincios, facultas obloquendi adversus obtentam reductionem a Priore Canonici S. Mariae supra Minervam rescripto diei 17. Augusti 1804., ideoque causa hodie reproponitur dum-

taxat super quarto Dubio, distributa tantum allegatione favore Prioris cum Summario additionali, Parochus enim, qui nequit legalis defensionis expensas sustinere, quædam folia mihi exhibuit.

Defensor Sacristiæ S. Mariæ supra Minervam constare de missarum reductione censet, tum quia in precibus nil falsi expositum, aut veri reticatum fuit, tum quia adfuit parochi consensus, ac proinde non intrare arbitrium pro aperitione oris. Etenim Eminentissimus fundator voluit, ut vocati deberent pro elemosyna dictarum missarum, (scilicet quatuor quavis hebdomada) persolvere annua scuta viginti quinque ultra subministrationem . . . utensilium, reliqua vero scut. 82., et obol. 60. voluit ut cederent in commodum primogenitorum Cenci, et his subrogatæ Sacristiæ. Jam vero ad statutum missarum emolumentum, non ad integrum frugiferum caput, vel superextantes redditus favore vocatorum referenda esse contendit memoratus Defensor verba ejusdem donantis: *Licet introitus præsentium, et aliorum pro tempore faciendorum investmentorum in aliqua parte deficerent, nihilominus semper, et donec remaneat debita elemosyna pro celebratione dictarum Missarum, ut supra, ordinata, ipsae missae semper absque ulla reductione celebrentur.* Cum itaque ob augmentum elemosynæ sufficere haud possent scut. 25. pro celebratione quatuor missarum in hebdomada, nec petitio, nec rescriptum obreptionis, vel subreptionis vitio redargui valet.

Ut vero probet, Parochum consensum præbuisse reductioni concessæ anno 1804., duo affert monumenta idem Defensor, in quorum primo concessa legitur a S. Congregatione Visitationis facultas, ut eo usque inadiimplētæ missæ celebrarentur in Ecclesia memorata Sanctæ Mariæ, Parocho nullimodè dissentiente: in altero vero ab eadem S. Congregatione Visitationis pariter petitum fuit, ut missæ reductæ anno 1804. a R. P. D. Secretario Rev. Fabricæ S. Petri celebrarentur pro mediæ parte in Ecclesia S. Mariæ, pro altera vero mediæ parte in Paræcia S. Thomæ, „ *attesa la convenzione fatta con quel Curato, come risulta dall'an-*

nesso foglio , che si unilia ,, quod ad annum juxta
petita concessit laudata S. Congregatio .

Jam vero si Parochus consensit , ut medietas missarum,
nimirum quinquaginta quinq̄ue celebrarentur in Ec-
clesia S. Mariæ , eo ipso assensum præbuit reductio-
ni . Quin obstet, folium consensus non inveniri : ete-
nim Parochus negare nequit præstitum consensum,
quia hoc deficiente S. Congregatio precibus non an-
nuisset ,

Rector Parochialis Ecclesiæ S. Thomæ e converso probat,
non constare de reductione Missarum , quia falso ex-
positum fuit elemosynam statutam esse in scut. an-
nuis 25. Etenim donans clare vocat in instrumento
integrum capitale *dos Capellaniae , simplexque ser-
vitium Missarum* . Voluit præterea , quatenus Sacer-
dos ex Famîlia Cincia extaret , ut in Capellanum no-
minaretur , eique *pro celebratione dictarum Missa-
rum integre , et absque ulla diminutione assignen-
tur scuta dicta annua 107. - , et ob. 60. , et li-
cet mandaverit , ut extraneo Capellano persolveren-
tur pro celebratione missarum annuatim scut. vigin-
tiquinque , nihilominus prohibens capitis in minima
etiam parte distractionem , statuit, ut omnia stare de-
berent obnoxia, affecta , obligata , et hypotechata in
satisfactionem , et totale implementum omnium , et
singulorum in præsentî Instrumento contextorum* . Præ-
scripsit ulterius , ut vocati Cinci apponere deberent
in pariete Capellæ S. Francisci existen. in memorata
Ecclesia S. Thomæ marmoreum lapidem cum inscri-
ptione suæ voluntatis quoad Capellaniam , in quo
reapse legitur, quatuor missas in hebdomada ibi cele-
brandas esse *ex onere injuncto ab Eminentia Sua in
donatione ususfructus trium censuum , et totidem LL.
MM. in totum scut. 2725. , quæ nimirum frugiferum
nomen exæquant* . Ex his omnibus infert Parochus,
universa bona obnoxia esse ex voluntate Donantis Ca-
pellaniæ , ac proinde verba *semper , et donec rema-
neat debita elemosyna pro celebratione dictarum mis-
sarum , ut supra ordinata , ipsae missas semper , et
absque ulla reductione celebrentur , non esse referen-
da ad scut. 25. , sed ad integrum caput , ac proinde
falso fuisse in precibus expositum scut. 25. solummo-*

do assignata pro elemosyna Missarum; qua ex falsitate, et ex relicta Donantis voluntate gratia nullitate afficitur.

De transactione, sive præstito consensu fatetur Parochus voce tantum actum fuisse de subscribendo folio, in quo utraque pars suum præstaret assensum, ut missæ quinquaginta quinque ex reductis celebrarentur in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, et aliæ quinquagintaquinque celebrarentur in Ecclesia S. Thomæ, quod tamen folium numquam fuit utriusque partis subscriptione firmatum; atque id in causa fuit, cur S. Congregatio Visitationis *ad annum* tantum gratiam concesserit. Deinde hic consensus respiciebat translationem, non autem celebrationem inadimplentium in Ecclesia S. Mariæ, vel reductionem præcedenti anno nulliter peractam ob vitium obreptionis, et subreptionis.

Hæc sunt, quæ ab utraque parte afferuntur. Nihil itaque aliud modo superest, nisi ut EE. VV. reassumpto, ut precor, folio diei 14. Aprilis proxime præteriti, dignentur, ea, qua solent jurisprudentia, et justitia respondere dubio, quod reproponitur.

An, et quomodo constet de prætensa reductione Missarum in casu etc.

Esse locum arbitrio pro aperitione oris, ideoque rescriptum R. Fabricæ diei 17. Augusti 1804. non esse exequendum, et amplius.

Sess. 24. cap. 5. **M**ELEVITANA COHABITATIONIS, ET PRAESTATIONIS OBSEQUIORUM MATRIMONIALIUM. In faciem Ecclesiæ die 12. Junii an. 1818. Paulus Xicluna Aurificis artem exercens in Urbe Valletta Melitensis Insulæ matrimonium iniit cum Rosa Frendo Vidua quondam Cajetani Pereira, quæ in Paterna domo sita in proxima Civitate Conspicua vitam degobat, quæque dotem promisit scut. 3200. Cum
optas.

optasset Sponsa non illico patriam deserere domum , votis annuit Paulus , qui jam conductam Vallettæ domum decenter ornaverat ; atque hinc summo mane se conferebat Vallettam , ut ibi commercium præsertim Lapillorum , ac gemmarum in sua Officina exerceret ; Conspiciam vero revertebatur circa meridiem , ut cum Uxore sumeret cibos , ac deinde iterum ad officinam petebat , et ad solis occasum rursus Vallettam deserebat , ut inter maritales amplexus noctem traduceret . Licet æstivo , et autumnali tempore accessus , et recessus isti non levis essent incommodi , commercioque damnum afferrent ita , ut Vir coactus fuerit discedere diluculo , et sero tantum reverti Uxoris domum ; Attamen ingravescente hyemali tempore vitæ , salutique consulens incommodam hanc methodum omittendam omnino esse duxit . Quamvis enim una urbs non multum distet ab altera , nihilominus necessaria est maris transfretatio plerumque procellosi : suadere hinc capit uxori , ut paternam domum desereret .

Suasionebus in irritum cedentibus , invita uxore , Paulus in propriam domum se recepit , ineunte Mense Decembris , et renuentem Uxorem apud Curiam Episcopalem vocavit , instans sub die 2. Junii 1819. , ut ea ad cohabitationem adigeretur , et præstationem obsequiorum matrimonialium . Contestata lite , decrevit Curia Episcopalis cohabitationem , et præstationem obsequiorum matrimonialium , nisi intra præscriptum terminum octo dierum prorogabilem tamen , legitimas separationis causas Rosa allegavisset . Post plures huic concessas dilationes , tandem die 13. Aprilis 1820. memorata Curia favore Pauli sententiam edixit , a qua appellationem ad S. Sedem interposuit Rosa . Sacro huic Tribunali ablegata causa fuit a R. P. D. Auditore SSm̃i , quæ hodie Vobis dirimenda proponitur , concordato de more dubio , et distributa allegatione favore viri , silente uxoris defensore .

Non quamlibet sævitiam petitam ex severiori supercilio , vel graviori voce , etiam moderatis adhibitis aliquando verberibus , si justæ causæ concurrant , præbere legitimum titulum separationis thori , contendit Pauli defensor post doctrinam Hostien. in cap. quemadmo-

dum 26. §. ult. in fin. *ibiqu.* Abb. num. 18. de *jureju-*
ran. Sanchez de *matrim. disp.* 18. num. 16. *Consc. de*
separat. Thor. lib. 2. cap. 6. num. 13. ; sed requiri im-
 manes percussiones , corporis cruciatus , inhumana-
 num Uxoris tractum per domum , ludibria Uxoris
 pudori , et honestati vim inferentia cum aliis crucia-
 tibus , injustam detrusionem in carcerem terrenum ,
 ac humidum cum vinculis sine cibo , et potu , eje-
 ctionem e lecto maritali , machinationes in ejus vi-
 tam , crebra jurgia , dissentiones , et injuriosa verba
 cum minis in conjugis vitam , et alia hujusmodi ,
 quæ numerat *Consc. loc. cit. cap. 7. num. 4. , et seqq.*
 Censet præterea , qui Pauli jura tuetur , ex enumera-
 tis sævitiis licet atrocissimis non sufficere unicum
 actum , sed saltem duos necessarios esse juxta com-
 muniorem Doctorum opinionem relatam a Sanchez
 de *Matrim lib 4. disp. 1. num. 22.* refellente doctrinam
 Farinacii , qui unicum actum atrocissimum sufficere
 ad separationem admittit .

In facto autem duæ juratæ fides dantur , in quarum
 prima Testes viginti sex deponunt de optimis mori-
 bus , et vita irreprehensibili Pauli , in altera Testes tri-
 ginta quinque affirmant , eum esse *un soggetto dabbe-*
ne , onesto , docile , e socievole , prudente nel suo
portamento , cauto nel parlare ec. , ut legitur in *Sum-*
mario Vobis distribuendo sub num. 2.

Quanti vero faciendæ sint atroces injuriæ ab Uxore ex-
 positæ deinceps expendit . Non enim justa separatio-
 nis causa esse potest virum pluries uxori dixisse , *che*
si era con lei ammogliato non già per le sue qualità
personali , ma per la dote , secus ipsam numquam
 in uxorem duxisset . Neque justa separationis causa
 esse potest , Rosam jucundis verbis Paulum blandi-
 tam fuisse , qui vicissim publice de ipsa non recte lo-
 quebatur ; etenim in primis qui fuerint sermones la-
 tent , deinde præsumi rectissime potest , respexisse vi-
 rum ad ejus duritiem , quæ , ne desereret patrios
 lares , causam dabat tot damnis in negotia-
 tione , ac tot incommodis , et vitæ sui Viri pericul-
 lis . Nullius quoque momenti dicuntur aliæ duæ cau-
 sæ , tum nimirum asportatio rerum suarum , quam
 vir peregit , postquam Vallettæ jam suam moram
 constituerat , et minax brachii nutus ab eodem e

via factus Uxori, quæ e fenestra una cum aliis mulieribus publicam supplicationem transeuntem cernebat, qui mirax brachii nutus a quadam fæmina ejusque filiabus Rosæ servitio mancipatis deponuntur ex auditu ab ipsa Rosa.

Cætera fusius noscent ex allegatione distributa pro Paulo Xicluna. Nihil verò mihi exhibitum est ex parte uxoris, quæ causa cecidit in Magna Curia Melevitana. Vestrum nunc erit PP. EE. respondere concordato Dubio

An judicatum Episcopi Melevitani, sive illius Vicarii Generalis sit exequendum, ita ut D. Rosa Frendo Xicluna sit cogenda ad cohabitandum cum ejus Viro, et præstandum obsequia matrimonialia in casu etc.

Affirmative in omnibus, et amplius.

CAMERINEN. FUNERUM. In folio diei 20. Novembris 1819. actum de hac causa est, et proposita fuere dubia I. *An, et cui ex duobus Parochis jus erat sepeliendi in Casu etc.* II. *An, et in qua quantitate sit locus restitutioni emolumentorum in casu etc.* III. *An sit locus exhumationi, et restitutioni cadaveris in casu etc.* Quibus responsum fuit sequenti Congregatione diei 18. Decembris Ad I. *Affirmative favore Casini Parochi S. Gregorii, et Valentini.* Ad II. *Affirmative excepta quarta funeris juxta consuetudinem Dioecesis, et ad III. Affirmative.* Instante Parocho S. Martini reposita fuit causa die 23. Junii proximi elapsi sub duplici tantum Dubiorum formula I. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.* II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.* Verum scissis in diversa suffragiis prorogatum fuit judicium.

Sess. 15. cap.
13. de Ref.

Hodierno igitur conventu tertio proponitur causa, in qua

qua quum nihil in facto addendum sit *praeterita folia* reassumere precor. Dicam igitur tantum breviter de controverso jure sepeliendi Monialem Masi in sepulcro Majorum, adeoque de jure funerandi, postquam erecta fuere publica cœmeteria. Præoccupatum jam fuit in utroque folio, quod licet Veronica Masi professionem Religiosam emisisset in Monasterio S. Clarae Oppidi Sarnani, attamen eligere sepulturam posset, quia Religiosi hoc jure gaudent, quando decedunt extra Monasterium, nec commode in sui Ordinis Sepulcro eorum cadavera deferre licet; *Cap. 5. Religiosi de sepult. in 6.* Si igitur in hoc casu sepulturæ locum eligere valeant, necessario sequitur, quod veluti non Religiosi habendi sint quoad sepulturæ electionem; ideoque et in sepulcro Majorum humari debeant, si in hoc sepulchro deponendi sint, qui regularibus ordinibus nomen minime dederunt.

Sola igitur difficultas in eo residet, utrum in sepulcro majorum vel parochiali humanus sit, qui absque sepulturæ electione diem obiit supremum, prout Veronicæ accidit. Regula generalis obtinet, „ quod omnes Christi fideles, qui intra fines illius (Parœciæ) decesserint in eadem Ecclesia sint tumulandi *Rot. cor. Priol. relat. per Piton. post discep. 51. num. 29.* At hæc regula limitatur in iis, qui majorum habent sepulchrum. Hi enim ibi deponendi sunt, ubi depositi fuere majores sui, etiamsi nullam elegerint sepulturam. Ita textus in *cap. 1. de sepult.* ubi hæc verba leguntur, „ *Statuimus unumquemque in majorum suorum sepulcris jacere, ut Patriarcharum exitus docet*, et *cap. 3. eodem tit. in sex.*

Consentiunt hoc jus interpretantes Doctores, defunctum non electa sepultura in sepulcro majorum deponendum esse, non in Parochiali Ecclesia *Pignat. to. 4. consult. 216. num. 23.* „ *defunctus ex dispositione juris non electa sepultura debet sepeliri in sepulcro Majorum suorum, si illud habet, et in defectu illius in Ecclesia parochiali.* Quod etiam elicitur ex *cap. 1. de sepult.* ubi Pontifex duo decernit, alterum quod unusquisque debeat sepeliri in sepulcro majorum suorum, alterum quod possit sibi eligere sepulturam. *Brgo si non eligit, manet secundum jus de-*

determinata sepultura in loco majorum, qua deficiente succedit Ecclesia Parochialis, Idem Pignat. alias clarius hoc idem affirmat in consult. 3. num. 2. tom. 4. Certum est eos, qui poterant eligere sepulturam, et moriuntur absque electione, sepeliendos esse in sepulcro majorum suorum, vel in Ecclesia Parochiali, Reiffenst. lib. III. Dec. tit. 28. num. 10. „ ibi „ qui sibi ipsis sepulturam non eligit sepeliri debet in sepulcro majorum suorum. Cardinalis Petra in Comment. ad Const. II. Honor. III. sect. unic. num. 23. tom. II. pag. 393. „ Sepultura autem non electa nullum jus habent Regulares, sed competit Parochiali, non quidem indefinite, sed quatenus non adsit sepultura majorum et quamvis loquatur alternative, vel in sepulcro majorum, vel in Parochiali, tamen standum non est literae, cum non sit alternativa, sed potius suppletiva sepultura in Parochia, ne quis remaneat insepultus, ut optime Passerin. art. 4. inspect. 4. cap. 2. a num. 295. „ pro ut etiam non facta electione debet quis sepeliri in sepulcro majorum, si sit in Ecclesia regularium, nec potest impediri a Parocho.

Favet Parocho S. Martini Statutum cleri Romani, ubi in §. 4. cap. 3. statuitur „ *decedens vero non electa sepultura, vel in sepulcro majorum, vel in propria Parochia, prout haeredibus defuncti magis videbitur, tumulandus est* „ At animadvertendum, Camertinam Archidiaecesim non esse sub hujus statuti censura, quod afficit tantum Romanam Diaecesim, prout pluries definitum est, et ita praesertim docet Benedictus XIV. de Synod. Diaeces. lib. 2. cap. 3. §. 3.

Post haec inquirendum superest, quod juris post caemeterii erectionem. Distinguit primo Parochus S. Martini jus sepeliendi a jure funerandi. Illud vocat principale, hoc accessorium, corruente primo, necessario secundum corruere dicit. Jure sepeliendi privatae sunt Ecclesiae omnes, ideoque et jure funerandi, quod in Ecclesiis Parochialibus tantum conservatum affirmat in littera, quam vocant *Circolare* S. Congregationis Consultationis, in qua cavetur „ *restino salvi gli emolumenti parochiali, che sono o di stabilimento, o di legittima consuetudine, sulli quali coll'*
enun-

enunciante providenze , non intende che sia fatta alcuna innovazione ,

Cum igitur de Parochis tantum habita fuerit mentio , ideo concludit Parochus S. Martini , quamvis ante coemeterii erectionem cadaver, de quo agitur, in Ecclesia , ubi aderat sepulcrum majorum, esset deponendum , attamen post hanc erectionem nullum jus competere poterit Ecclesjæ SS. Gregorii, et Valentini circa jus funerandi .

E' contrario hujus Ecclesiæ Parochus contendit, ex hac nova Coemeterii dispositione nihil ex antiquis juribus immutatum esse , quod ex verbis citatæ literæ educere putat . Namque servata ibi sunt jura , quæ *di legitima consuetudine* competunt , quæ verba prout generalia , generaliter sumenda sunt , nempe non de Paræciis tantum , verum de omnibus Ecclesiis . Nec obstare sibi dicit, quod fuerit usurpatum verbum, „*Parrocchiali* „, Siquidem contendit *demonstrative*, non *taxative* adhibitum fuisse, et dumtaxat quoad emolumenta , quæ Parochus SS. Gregorii, et Valentini alteri Parocho non invidet ; cum illi quartam Funerariam deberi contendat . Cætera vero præsertim quoad observantiam post cæmeterii constructionem , et Epistolum S. Congregationis Consultationis , habent EE. PP. in utroque folio , ut dirimere possint .

Dubia .

- I. *An , et quomodo sit standum , vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*
- II. *An sit standum , vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

FOROSEMPRONIEN. PENSIONIS . Tertio causa hæc redit sub EE. PP. oculis. Proposita namque primum fuit in Congregatione diei 16. Septembris elapsi anni 1820. geminis propositis dubiis I. *An, et quomodo sit locus aperitioni Oris in casu ec.*, et quatenus affirmative II. *An, et a quo tempore, et in qua summa sit locus solutioni pensionis in casu ec.*, quibus prorogato iudicio responsum datum fuit . *Dilata, et ad Episcopum pro deputatione Periti peritioris sumptibus pro nunc Parochi Agostini, et deinde cujus de jure, ad effectum referendi super actuale reddito Paræciæ SS. Joannis, et Vitalis, comprehensis incertis, facta interim per eundem Parochum Augustini favore Parochi Guerra aliqua subministratione arbitrio Episcopi.*

Confecta peritia distributisque utrinque juribus reproposita fuit Causa die 23. Junii proximi elapsi sub eadem dubiorum formula, quibus respondistis EE. PP. ad I. *Negative in omnibus, ad II. provisum in primo.* Data Angelo Agostini Rectore Paræciæ SS. Joannis, et Vitalis Montis Alti, qui causa cecidit, redeundi facultate, hodierna dies certamini fuit constituta. Distribuitur favore Josephi Guerra Parochi Ecclesiæ S. Venantii simplex memoria, in qua rogantur EE. VV., ut dignentur reassumere præterita scripta, ac etiam responsio promittitur, quatenus aliquid novi proferatur a Parocho Agostiani, qui tamen nihil adhuc mihi exhibuit.

Dignentur itaque EE. PP., quos precor reassumere præterita folia, et Allegationes, dirimere dubia

I- *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.*

Et quatenus negative ad primam partem.

II. *An, a quo tempore, et in qua summa sit locus solutioni pensionis in casu ec.*

Sess. 92. Cap;
12 de Ref.

BRIXIEN. JURISPATRONATUS. Postquam anno 1424. Petrus, et Cristophorus Uggeri acquisierant locum Milzianelli, ejusque Territorium Brixien-
sis Dioecesis e Comitibus Gambarà, cum Bettinus Petri filius reperiisset jam a sæculo a fundamentis eversam Ecclesiam S. Michaelis, quæ ibi extabat, eam rursus a fundamentis erexit una cum coemeterio, ac domo, ut in ea vitam decenter Sacerdos degeret, qui divina officia persolveret, animarumque curam gerere posset. Spopondit autem etiam dotationem quatenus sibi, suisque descendentes masculis juspatronatus in perpetuum concederetur. Votis annuit Ordinarius in hæc verba - *Te Bettinum, et quoscumque tuos masculos descendentes in perpetuum patronos constituimus cum plenitudine juspatronatus ad præsentandum, et præsentare possendum ejusdem Ecclesie Curatae beneficiatum, et Rectorem . . . juxta Canonicas Sanctiones.*

Sequiori tamen ævo adeo imminutus erat Parochialis Ecclesie census, ut nemo inveniretur, qui ad eam regendam præsentari vellet. Ne igitur Paræcia vidua remaneret coacti fuerunt per sæculum Patroni, ad avertendum nimirum animarum præjudicium, propriis expensis *Curatum mercenarium conducere*, ut legitur in Instrumento diei 20. Septembris 1685. Tunc enim alter Petrus Franciscus ex eadem familia Uggeri, quatenus sibi, suisque descendentes concederetur, præter reservatum juspatronatus, novum jus amovendi ad libitum rectores pro tempore præsentandos, obligavit se, suosque hæredes, ac successores ad numeranda Rectori quotannis in perpetuum viginti scutata monetae Brixien-
sis, nec non ad manutentionem tam olei lampadis, quam omnium paramentorum, et aliorum, quæ necessaria forent ad reparationem Ecclesie. Voti compos factus fuit ab Ordinario, qui eidem, ac *ejus descendentes masculis in perpetuum præter juspatronatus ipsis concessum in instrumento 3. Augusti 1468. etiam novum jus pro eorum libitu, uti juris est in manualibus, amovendi Rectores pro tempore præsentandos in eadem Ecclesia Milzzianelli concessit, et concedit, -*
ut

ut habet memoratum instrumentum diei 20. Septembris 1685.

Vita functo anno 1802. Carolo Uggeri exaruit masculorum linea, factaque inter geminas sorores bonorum divisione, contigit universum Miltianelli Territorium Comitissæ Dorotheæ Uggeri Luzzago natu minori. Cum huic concessisset Sanctissimus datis literis in forma brevis die prima Octobris 1805. successionem in jurepatronatus, ac jus præsentandi donec ipsa in humanis esset, illico Parochialem domum reparavit, ac ornavit, nec non sacra auxit suppellectilia. Quia vero parochiales redditus haud sufficient honestæ Archipresbyteri sustentationi, hinc Comitissa novis prædiis dotavit Paræciam, ac præterea se, suosque hæredes, et successores obligavit ad solvenda vectigalia, quibus onerantur bona tum ab avis, cum a seipsa nuper donata præter mantentionem Ecclesiæ, sacrarum suppellectilium, et Olei Lampadis, quatenus tamen obtineat, ut juspatronatus ad suos hæredes, et successores transeat, expresse namque in Instrumento cautum, „ *Caso non riuscisse di ottenere dalle competentisi autorità . . . il jus anche negli eredi, e successori di detta Contessa Dorotea donante nel predetto stabile di Milzanello di elezione di quel Parroco ogni volta, che se ne verificherà il caso, si intenderà come non avvenuta la donazione dei sopradescritti beni, che rimarranno liberi in detta Contessa Dorotea, e sarà disobbligata tanto la medesima, che i suoi Eredi dai carichi prediali come sopra.* ”

Modo itaque petit Patrona, ut probetur a Sanctissimo apposita conditio, ut nimirum jus nominandi transeat ad hæredes, et successores suos.

Episcopus, ut ad tramites rescriptis S. Congregationis referret de annuo Paræciæ reditu, impensa necessaria pro Sacris utensilibus, et de annuo reditu fundorum, quæ nuper fuerunt assignata in augmentum dotis, transmisit Parochi folium, in quo legitur „ *L'annuo reddito di questa Parochia detratte le spese prediali ec. consiste in Italiane lire 560.62. che danno scudi Romani numero 105. baj. 54. La manutenzione de' SS. Utensili, e paramenti, che si adoprano nella celebrazione della Messa, e funzioni Parrocchiali por-*

terà annualmente la spesa di Italiane lire cento , che danno scudi romani num 19. 18., l'annuo reddito dei fondi nuovamente assegnati in aumento di dote à vantaggio della mensa parrocchiale , compreso l' utile , che ne ritrae il Parroco , per l'obbligo , che detta Signora Contessa si assume di pagare perpetuamente , gli aggravi pubblici , e comunali , tanto ordinarij , che straordinarij , riguardanti i beni di secondo , e primo assegno , consiste in Italiane lire 320. , che ridotte à moneta romana danno scudi 61. 06. Ne dum autem suum assensum præbet Archipresbyter , sed congrua , ac æqua ipsi videtur petita juris patronatus extensio .

Episcopus vero ita animi sui sensum aperit . *Fateor, me vehementer optare , ut decernatur, Rectorem , de quo agitur , eligi tantummodo posse ex iis Sacerdotibus , qui indicto concursu ab Ordinario Brixisiensi in examine ad normam Canonum habito fuerint approbati, neque electores , neque eorum heredes posse Rectorem dimittere , nisi cognita causa , eaque rationabili habita ab eodem Ordinario , ut fieri solet, cum agitur de Parochis institutionem Canonicam habentibus .*

Dubitari nequit , quin jus patronatus , de quo agitur in casu , sit gentilitium . Hoc autem in jure duplici modo accipitur vel *stricto modo* , quando vocati fuerint agnati de domo , aut designata familia , vel *lato modo* , si generatim vocati fuerint descendentes conjuncti , parentes , quo in casu non requiritur sanguis agnitiuus , sed comprehenduntur omnes sive per masculos , sive per faeminas descendentes juxta *Fondus quest. benef. præsen. l. cap. 32. num 19 de Luz. de Jurep. disc. 60 nu. 30. Rot. decis. 140. num. 1. et 2. cor. Kunitz, et Pilon de contro. Patron. alleg. 37. nu. 10.* Porro jus patronatus in themate est gentilitium in stricto modo sumptum , cum vocati fuerint descendentes masculi , ob quorum defectum finem habuit jus patronatus , quod ex gratia in Oratricem tantum transivit .

Id vero probe ipsa noscens pet it , ut transferatur in suos heredes , et descendentes , ac successores . Animadverti pro ipsa potest , jus patronatus gentilitium ex Ecclesie indulgentia effici hæreditarium , et transi-

torium ad hæredes etiam extraneos juxta notissimam theoricam *Ancharan. in consil. 81. de qua fuse agit Fagn. in cap. 1. de jurepatr. nu. 25. Piton. de contro. Patron. alleg. 14. nu. 3. Rot. dec. 351. nu. 18. cor. Ansal. et S. Cong. in Paderb. Applicationis 19. Decembris 1772. ad II. Dubium. Deficit præterea in fundatione restrictiva particula tantum, ac proinde ea provisio, qua reservatum fuit juspatronatus descendentibus masculis non *taxative* sumenda est, sed *demonstrative*; ut sci licet quamdiu aliquis de contemplata familia supersit, extraneus succedere nequeat, ut disserit *Keiffens. in jus Can. lib. 3. tit. 38. sub num. 24.**

Hæc vero, quæ locum habent juxta Ecclesiæ benignitatem, etsi, dum sit extensio juspatronatus, nihil novi docetur Ecclesiæ patronatæ, multo magis videntur militare in casu, cum Oratrix novam dotis augmentum despondeat, et quidem ultra medietatem. Etenim redditus existentes sint in scut. 105., et ob. 94., et augmentum comprehensa solutione vectigalium juxta Parochi relationem computatur in scut. 61., et ob. 6. Jam vero licet ad juspatronatus acquirendum non sufficiat quælibet donatio, vel simplex dotis augmentum. *Lambert. de jurepatr. lib. 1. part. 1. in 5 quæst princ. art. 12. nu. 1. Fagn. in lib. 3. Decret. cap. cum propter de jurepatr. nu. 67.*, attamen acquiritur, dummodo dimidia saltem dos constituatur. *Vivian. de jurepatr. par. 1. lib. 2. cap. 2. sub n. 4. Fagn. eod. tract. par. 1. can. 5. cas. 7. n. 19. idemque post Const. 1. Adriani IV., quæ incipit Sanctissimus Dominus in Bullar. Mainard. Tom. 4. par. 1. pag. 1. sentiunt Garg. de Benef. part. 5. cap. 9. n. 127. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 8. nu. 38., et seq. Piton. discept. Eccl. 33. nu. 14. et de contro. patr. alleg. 58. n. 48. S. Congregat. autem juspatronatus concessit Marchionibus Bourbon del Monte ob desponsam reparationem Ecclesiæ, et augmentum dotis, quæ erat scut. 44., in aliis scut. octo, ut videre est in Civitatis Castelli Capellanæ 16. Augusti 1794. Idemque peregit in Parmen. Juspatronatus 6. Augusti 1791.*

Attamen huiusmodi concedenda videtur juspatronatus extensio de una in alteram lineam. Juspatronatus namque inducit servitatem in Ecclesiam S. Congre-

gatio in *Balneoregien*. 17. Junii elapsi an. 1820. Hinc æquiparatur veræ alienationi, et proinde cadit sub interdicto *Extrav. ambitiosæ de rebus Eccl. non alien.*, ut notant *Pirringh. in Jus Can. tit. de reb. Eccl. alien. vel non nu. 10. Lauren. in for. Eccl. quaest. 150. n. 1. Card. de Luc. de alienat. et contract. prohibet.*, *Barbosa de jure Eccl. lib. 1. cap. 11. nu. 20.* Hinc nisi adsit vera Ecclesiæ utilitas, non est locus concessioni, ac præsertim in præsentî casu, in quo agitur de Ecclesia ad pristinam libertatem restituendam.

Addi etiam potest doctrina *Card. de Luca de jurepat. disc. 10. nu. 9.*, quæ apposite ait, „*Ecclesias liberas concedi in patronatu quando habeant exiguos redditus consonatque Lotterius de re benef. quaest. 8. num. 32.* De congruæ autem tenuitate, quæ ita describitur a *Parocho*, et in Instrumento donationis a *Comitissa peractæ*, Vestrum erit *EE PP.* judicare.

Episcopus non abhorret a juris patronatus extensione ad hæredes, et successores Oratriciis. Il unum optat, ut *Parochus* non sit amovibilis ad nutum patronorum saltem, quin *Ordinarius* causam legitimam agnoscat, et probet, ac præterea, ut *Rector* juxta canonicas sanctiones præsentetur, quod ad modum spectabit concessionis. Porro quoad amovibilitatem clamant *SS. Canones*, ne *Parochus* sit conductitius, et ne curam animarum exercens sit annuus, et amovibilis, sed sit perpetuus. *Concil. Later. IV. cap. 32. relat. in cap. Extirpandæ 30. qui vero de præbend. Concil. Rhemen. ann. 1148. cap. 9. Concil. Abrincaten. ann. 1172. cap. 4. Licet autem concil. Trident. Sess. 23. cap. 7. et sess. 25. cap. 11. de Regul. admiserit Parochorum amovibilitatem, attamen amovendi non sunt absque legitima causa, ut jamdiu firmarunt S. hæc Congregatio 11. Julii 1628. et Cong. Episcoporum, et Regularium in *Sulmonen. 24. Martii 1645. et 16. Maii 1653.* ut fusius videre est apud *Girald. in animadver. et additamen. ad Barbos. de offic. et potest. Paroch. par. 3. append. 2. cap. 115. num. 12., et 13. pag. 341. edit. Rom.**

Ad modum vero nominationis hæc habet idem auctor *loc. cit. num. 3.* „*Non potest Episcopus decernere, quod Ecclesie Parochiales de jure patronatus laicorum*

conferendae sint per concursum. S. Congregat. Concilii in Vasionen. 22. Augusti 1637. Nam sine concursu conferri debent praesentato a patronis, solo praevio ipsius praesentati examine quoad scientiam, mores, et habilitatem ad exercendum officium Parochiale Concilium Trident. sess. 7. cap. 13. et sess. 24. cap. 18. Rot. in Leod. parochialis 11. Januarii 1706. num. 10. §. multo coram Kaunitz „ Et sub num. 6. excipit dumtaxat duos casus ad tramites resolutionum hujus S. Congregationis, si nimirum paræcia conferenda sit ab Episcopo jure devoluto, vel si plures a patrono, vel Patronis Licitis sint praesentati, qui tamen concursus fieri debet inter solos praesentatos. Videant tamen EE, VV. utrum in gratiæ concessione, quatenus votis annuere censeant Oratricis, suprema auctoritate imponendum sit, quod praescribere nequit Episcopus jure ordinario.

Dubium itaque proponitur.

An, et quomodo sit consulendum SSmo pro extensione juris patronatus in casu etc.

NOVARIEN. TRANSACTIONIS. In folio Congregationis 20. Januarii 1821., quod reassumere precor, proposita fuere tria, quæ sequuntur, dubia. I. *An sit locus sanationi transactionis, et concessioni beneplaciti Apostolici in casu etc.* II. *An sit consulendum SSmo pro absolute a censuris in casu etc.* III. *An sit consulendum SSmo pro absolute, et sanatione Missarum non celebratarum in casu etc.* Rescriptum vero fuit Ad I. II., et III. Emo Episcopo pro nova Informatione, et transmittat statum activum, et passivum Capellaniarum tum de tempore factae foundationis, tum de praesenti,

Sess. 23. cap. 9.
de Ref.

ti, de annuo reditu a fundatoribus assignato utrique Capellaniae ad monetam Romanam, et de numero Missarum in quolibet anno celebrandarum, nec non de alienationibus commissis, et a quibus commissae sint; an sint qui teneantur ad redintegrationem, ac de Missis hactenus inadimpletis.

Rescripto S. Congregationis obsecundans Emus Episcopus in hæc verba respondit, Injuncto iterum mihi muneri satisfacturo nonnulla dicenda occurrunt, ut absolutam habeant, quam datis literis 20. Januarii 1821. requirunt *Emiliae Vrae* de supplici libello *Caroli, et Joannis Beltrami*, cognitionem. Dico igitur 1., reditus Capellaniae erectae in loco di Ramata, in prima sua institutione fuisse libellarum 501. Mediolanensium, scut. Rom. 43. circiter cum onere Missarum 250. a Capellano, qui item tenebatur adesse Parocho Sacra Parochialia agenti; alterius vero Capellaniae reditus erant ab initio suae erectionis libellarum 318. Mediolanen. scut. Roman. 46. circiter cum onere eodem, quo in priori supradicta Capellania.

Simul cum literis diei 23. Junii 1820. dedi S. Concilii Congregationi absolutam, ut mihi videbatur, descriptionem honorum in specie alienatorum, tum etiam eorum, quae illis suffecta fuerant, quam quidem descriptionem ab Oratoribus manu propria subscriptam, meoque jussu ad veritatis normam exactam a Vicario Foraneo Regionis, et a Curia ipsa Episcopali rite sancitam, jam pridem tenet S. ista Congregatio.

Ne autem quidquam desit ad tutum ferendum iudicium, hic referam descriptionem tum honorum, quae alienata fuerunt, tum illorum, quae distractis suffecta sunt. Bona itaque primitus assignata hæc leguntur, I. Un annua rendita perpetua sul Monte S. Ambrogio di Milano, trasportata sul Monte Napoleone di L. 111. (scut. 14. et ob. 53.) e ridotta a L. 24. Italiane annue, e poscia sequestrata sotto il cesso to Governo; II. Una bottega in Milano posta su la piazza de' Mercanti sotto il portico detto dello studio dell' annua rendita, o fitto di Milano L. 150., scudi di 20. III. Un Capitale di L. 300. di Milano contro di Luigi, Vito, o Biagio Beltrami di Cireggio, prescrito L. 15., scudi 2. IV. Interessi di altro Capitale verso il Signor Ambrogio Zampone di Forno dell' annua rendita di Milano L. 42. scudi 6., reso

„ *inesigibile attesa l'insolvibilità del debitore* „ Ex his
 liquet annum redditum honorum in erectione assi-
 gnatorum fuisse Libell. Mediolanensium 318. , seu
 scutatorum Romanorum 42. et ob. 53.

Bona autem in transactione , cuius approbatio peti-
 tur , assignata hæc sunt. „ I. Un annuo censo dovu-
 „ to da Gio. Battista Concola per Istromento delli 14.
 „ Aprile 1766. rogato de Augustinis di Milano L. 5. scud.
 „ o, e baj. 66. II. Un Capitale di L. 300. di Milano dovuto
 „ da Francesco de Ambrosi di Tanchello , e per esso
 „ da Clara Camona Vedova Beltrami dell'annua rendita
 „ di L. 13. , e Soldi 10. , Scudo 1. baj. 86. III. Altro
 „ Capitale di L. 350. di Mil. dovuto da Mauro de Am-
 „ brosi , e per esso da detta Clara Camona di rendita
 „ L. 15. soldi 15. , scudi 2. baj. 26. IV. Altro Capita-
 „ le censo di L. 3920. Imperiali dovuto dagli Eredi Ce-
 „ roni. portato da Istrumento 3. Luglio 1770. rogato
 „ Zanoja dell'annua rendita di Milano L. 136. scu-
 „ di 19. 40. V. Per altro Capitale dovuto dagli Eredi
 „ Minetti e per essi dalla suddetta Clara Camona
 „ Vedova Beltrami L. 8. soldi 10. , scudo 1. baj. 20. VI.
 „ Altro Capitale di L. 150. Imperiali dovuto da Giusep-
 „ pe Nello di Prancore della rendita di L. 6. sc. o.
 „ baj. 50 VII. Il Capitale di L. 1400. di Milano dovu-
 „ to dalla Clara Camona Vedova Beltrami in forza
 „ della transazione L. 70. , scudi 10. VIII. Altro Ca-
 „ pitale sul Monte di Milano , ed ora trasferito sul
 „ banco di Torino della rendita di Franchi num. 24. ,
 „ di Milano L. 31. soldi 5. , scudi 4. baj. 46. Unde in-
 „ teger redditus quolibet anno juxta transactionem esset
 „ lib. Mediolanen. 286. , seu scut. Romanorum 40. et
 „ ob. 64. Hisee positis ad informationem redeo .

Dico 2. (ita prosequabatur Eminentissimus Episcopus)
 nullum alium , quod equidem sciam , suppeditare mo-
 dum , quo integre restauretur dos Capellaniarum
 supradictarum , nisi confirmetur , et rata habeatur
 compositio vulgo transazione , cuius exemplar videre
 est penes eandem S. Congregationem . Porro in tran-
 sactione continetur factorum series in præterito folio ,
 ac in præsentis descripta . Pacta , et conditiones pariter
 leguntur in illo : hic sat erit addere tantum , a Clara
 Camona deberi relictas frugiferorum n. nominum , quæ

in superius excripta nova assignatione bonorum leguntur sub numeris II, III, et V, nec non ab ipsa deberi redditus in scut. 10. pro capite libell. Mediolanensium 1400., ut legitur sub. num. VII., quæ æquant bona alienata a Josepho Beltrami fratre, et hærede Sacerdotis Antonii Beltrami, qui ex propriis bonis demandavit fundationem secundæ Capellanix nondum erectæ, quæque erigi debuisset juxta voluntatem Joannis Piazza primi fundatoris. Atque hic animadvertendum est Claram jam assignasse bona tantumdem valoris, ac redditus *da meglio descriversi, ed estimarsi quando sarà come infra approvata la presente convenzione, riservandosi la detta Clara di aggiungervi, o dedursi quel più o meno secondo ne risulterà l'estimo delli medesimi, colla riserva inoltre di essere lecito alla stessa di sostituire altrettanti capitali esigibili, come avanti, ove dall'estimo di tali beni non rilevasse la convenienza del loro assegno.* Hæc est pactorum summa, quam clarius deprehendent EE. PP. præ oculis habito præterito folio. Iterum nunc prosequor Informationem.

Dico 3., numerum Missarum minime celebratarum liquido, ut mihi videtur, constare in priori, quam dedi eidem S. Congregationi vel ab anno 1819. simul cum statu, ut ajunt, activo, et passivo utriusque Capellanix, et voto Oratoribus favorabili. Quæ quidem omnia, si placet E. V. consulere, nihil, cum hæc quoque illis accedant, arbitror amplius defuturum ad dicendam, quam Oratores flagitant Eminentiarum Vestrarum sententiam. Duo tantum quoad Missarum omissionem constant. Primo certum est, Missas ad Capellaniam spectantes, de qua disputatur, nunquam fuisse celebratas, cum ejus erectio adhuc desideretur. Secundo patet ex præsentī informatione, utramque Capellaniam gravatam fuisse onere missarum 250. Sed utrum onus hoc Capellanix, de qua agimus, impositum fuerit a primo fundatore Piazza, vel ab altero fundatore Sacerdote Josepho Antonio Beltrami nec ex informationibus, nec ex transmissis documentis eruere potui; ac proinde, me fugit, a quo tempore incipiendus sit calculus omissionis Missarum.

Adm. advertant EE. PP. dubium esse an Clericus Beltrami peccaverit, eo quod transactionem cum Clara Beltrami inierit, cum ageretur de jure dubio, ut in folio diei 20. Januarii observare non omisi. At licet jus, de quo agitur, dubium esset, ejusmodi tamen non erat ex se, quum ipsa Clara confessa fuerit, „ *Sebbene sia inconcusso il dovere del nominato di Lei Suocero all'erezione anzidetta per avere accettata l' eredità del Sig. Sacerdote di lui germano, essendo però la stessa esuberantemente aggravata de' debiti, come così fù aggravata l' eredità, che dal Suocero ha detta Chiara conseguita, in esse la medesima sul di lei stato di numerosa figliuolaria, più sostenuta dalla di lei industrie, che dal reddito dello scarso patrimonio, di potere implorare in ogni caso tutti i soccorsi.* Sed dubium evaserat ex temporum circumstantiis, quum jura Ecclesiæ, quantumvis certa, pro lubitu a laica Potestate infringantur, eo magis, quod mulier hæc ad hujus Potestatis patrocinium confugerit contra Clericum Beltrami, ne cogeret ad sarta tecta servanda Capellania jura, ut ex superius excriptis verbis innotescit.

Quæ cum ita sint, licet religione solatus censeri velit Clericus Beltrami, eo quod transactio versaretur super jure dubio, non tamen piaculi expers videtur Clara Beltrami, quæ jus certum confessa, tamen illud, dubium effecit per imploratum Liciæ Potestatis auxilium. Ipsa propterea præsertim et censuras incurrit, et ad damnorum Ecclesiæ illatorum refectionem teneri videretur.

Observandum etiam, Emum Episcopum in informatione ultima superius excripta retulisse redditus Capellaniæ erectæ in loco *Remate*, cui onus Missarum 250. et inserviendi functionibus Parochialibus in prima institutione fuerat impositum, tunc fuisse scut. 43. circiter, pro altera vero videlicet erigenda in Ecclesia Parochiali sub invocatione S. M. Virginis de Rosario in loco *Massiola* redditus fuisse assignatos in scut. 46. circiter. Potro quoad Capellaniam S. Laurentii loci *Remate* constat ex præterito folio, ob publicas temporum calamitates adeo decrevisse redi-

tus, ut vix annua scut. 12. retrahantur. Quo vero ad alteram Capellaniam erigendam, constat ex folio superius excripto bona assignata primitus fuisse in libellis Mediolanensibus 318., seu scut. Romanis 42. et ob. 53; suffectas autem fuisse in vim transactionis annuas libellas 286., seu scut. 40. et ob. 64. Si huic descriptioni standum esse censuerint EE. PP. apprime noscent non fuisse illatum grave præjudicium Ecclesiasticis juribus, quem redditus suffecti minores sint redditibus primæ institutionis tantum scut. circiter 2., unde non præcluderetur omnino aditus ad Apostolicum Beneplacitum impetrandum, quia de minima agitur jactura.

Status activus, et passivus Capellaniarum, quem transmisisse affirmat Eius Episcopus, numquam mihi exhibitus fuit, forsitan ex agentis incuria.

Ad alienationes, quod attinet, partim commissæ sunt a Josepho Beltrami fratre, et hærede Josephi Antonii secundi fundatoris Capellaniæ. Legitur enim in instrumento transactionis, „*Dall' assegnante (Giuseppe) si fecero in vece l' esigenze degl' interessi de' capitali suddetti, come ne fece anche l'esigenza in parte de' capitali medesimi.* Quomodo nonnulla alia frugifera capita perierint deprehendent EE. VV. ex pluries memorata nota bonorum primæ assignationis, quam superius excripsi. Utrum vero alia peractæ fuerint alienationes non constat, præsumendum autem videtur, ratione habita ad redditum relatæ descriptionis, nullas alias intercessisse bonorum distractiones.

Hæc erant fusius enucleanda, ut tutius possint EE. VV. dubiis, quæ iterum proponuntur, respondere.

- I. *An sit locus sanationi transactionis, et concessioni beneplaciti Apostolici in casu etc.*
- II. *An sit consulendum SSmo pro absolute a censuris in casu etc.*
- III. *An sit consulendum SSmo pro absolute, et sanatione Missarum non celebratarum in casu etc.*

Die Sabathi 15. Septembris 1821. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Prima, et Altera Causa, nec non Sexta, et Septima pertinent ad Folium præteritæ Congregationis diei 18. Augusti, quod reassumere precor.

CAMERINEN. FUNERIS,

Sess. 15. cap. 13. de Reform.

Dubia

- I.** *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in primo Dubio in casu etc.*
- II.** *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo Dubio in casu etc.*

Ad I. et II. Iterum proponatur.

Sess. 24. cap.
13. de Reform.

FOROSEMPRONIEN. PENSIONIS.

Dubio.

II. An eis standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Et quatenus negative ad primam partem.

II. An, a quo tempore, et in qua summa sit laqueus solutioni pensionis in casu etc.

Ad I. et II. Dilata ad primam post aequas subministratis interim ecclatatis 5q.

Sess. 24. cap.
13. de Reform.

Sess. 25. cap.
6. de Ref.

TERRACINEN., SETINA, ET PRIVERNEN. JURIS HABENDI VICARIUM GENERALEM, ET CANCELLARIAM GENERALEM. Ex quo ineunte saeculo XIII. a S. Mens. Honorabilis Ecclesiae Terracinen. unitae fuerunt Setina, et Privernen. perpetuus extitit controversiarum fons super potestate, reverentia, honore, primatu, antiquitate, et cathedralitate. Sed ceteris acrior fuit controversia super cathedralitate, de qua disceptatum fuit in S. Rota die 23. Junii an. 1702, ubi constitit de subjectiva unione Setinae, et Privernen. Ecclesiae facta Terracinen., cum primam nullum habuisse Episcopum, secundam vero quinque tantum fruitam fuisse censuerit S. illud Tribunal, ceu pandunt decisiones 784. et 785. cor. Molines.

Ut tot dissidiis sopitis quidem, sed minime extinctis, ac tot animorum exasperationibus finis imponeretur, Benedictus XIII. felic. record. duplici MOTU PROPRIO. ~~per~~ via avocatione causae cathedralitatis primam

men-

mense Majo anni 1725. Setinam Ecclesiam ad cathedræ honorem restituit, et quæ opus esset ex integro erexit, quatuor vero post menses Privernensi pristinam qualitatem Cathedralis reddidit.

Veruntamen tanti Pontificis paterna sollicitudo minime valuit diuturnas compescere disputationes, quæ imo acriores ad hanc usque diem exarserunt. Etenim quæ primum Setinis mota fuerat lis a Terracinensibus super obreptione Litterarum Apostolicarum S. M. Benedicti XIII. recruduit posterius, sed adverso Marte tum e particulari Congregatione trium S. R. E. Cardinalium, tum a S. Rotæ Auditorio Terracinenses discesserunt, ut testantur decisiones 629., et 630 cor. Olivat. editæ die 26. Junii 1767. Forsan. hujus causæ novæ disceptationi occasionem præbuere resolutiones, quæ præcedenti anno 1706. prodierunt ex S. hac Congregatione. Disputata enim die *prima Martii* in strenuo partium conflictu fuerant *sex dubia*, in quorum primis quatuor succubere Privernates, et Setini, qui juncto fœdere super privilegiis, et præeminentiis dimicabant, in duobus vero postremis decretum fuit, Synodum Privernaten. paulo ante celebratam obligare Terracinenses, et sustineri suspensionem ab Episcopo inflictam Archipresbytero, et quinque Canonicis Terracinens. ob desertam synodum contra Antistitis imperium, quia vulnus eorum præminentia in ordine sedendi inflictum fuerat.

Post negatam oris aperitionem, acriores ad hanc usque diem exarserunt controversiæ super juribus, et privilegiis trium illarum Cathedralium æque principaliter unitarum. Etenim æquali partium studio in S. Rota die 9. Maii 1768. disceptatum, ac statutum fuit in qualibet Cathedrali confici posse Oleum Sanctum, ut ex *dec. 681. cor. eod. Olivat.* Rursus die 16. Martii 1771. in S. hac Congregatione loco *Congregationis Super Seminariis* dimicatum est a Privernatibus, et Terracinensibus de aperitione oris adversus Litteras Apostolicas S. M. Benedicti XIII., et erectione Seminarii, ac denegata oris aperitione, secundæ locum non esse dixit S. hoc Tribunal *ex eo usque deductis*, quæ tamen, quoad Seminarium quæstio iterum efferbuit anno 1816. coram E. E. VV., quæque resoluta fuit

fuit favore Setiaë, adjuncto tamen aliquo modo favore Terracinaë, ut videre est in folio diei 24. Augusti memorati anni 1816.

Nec satis. Sequenti enim anno 1772. supplices fuerunt Terracinenses apud Clementem XIV. felicis recordat. impugnantes residentiam Vicarii Generalis in Civitate Setiaë; fuerunt eorum preces S. huic Congregationi ablegatæ: exquisita fuit Episcopi informatio, quæ Setinis favebat; sed minime definita causa fuit, quam ob rem latet, nisi quia forsitan defuncto interim Episcopo, gravior excitata fuit contentio super residentia Vicarii Capitularis. Volvente enim anno 1775. inchoata primum in hac S. Congregatione, et deinde definita contra Setinos in S. Congregatione Episcoporum, et Regularium lis fuit distributis utriusque juri super residentia in Civitate Terracinaë Vicarii Capitularis duobus propositis dubiis I. *An sede Episcopali vacante Vicarius Capitularis electus a Capitulo Terracinen. possit residere Terracinaë, ibique cognoscere, et judicare universas causas graviores totius Diæcesis tam Terracinen., quam Setiaë, et Privernen., II. An idem Vicarius Capitularis possit deputare in Civitate Setina Vicarium cum limitatis facultatibus cognoscendi causas minores Diæcesis Setiaë tantummodo in casu etc.*, et ad utrumque respondit S. illa Congregatio *Affirmative*, quod iudicatum confirmatum fuit sequenti ineunte anno 1776. Post hanc rem iudicatam res siluit usque ad annum 1804. quo Terracinenses, et Privernates iterum cum Setinis conservare manus super jure residendi Setiaë Vicarium Generale, et Cancellarium Generale, quod postremi sibi adstruebant ceu privativum, et cujus fere biscentenaria possessione fulciri asserebant. Actum hinc prius cor. R. P. D. Auditore SSmi de Tribuna deputatione, et commissa fuit causa ad S. Congregationem Episcoporum, et Regularium, quæ tamen ob publicas, quæ subsequutæ sunt calamitates, prosequuta non fuit. Sed an 1818. iterum Privernates preces SSino porrexerunt, eorumque votis annuens Sacratissimus Princeps prævia avocatione causæ, eam remisit ad S. Vestrum Ordinem. Exquisita fuit Episcopi informatio, quam exemplatam habent EE. PP. in *Summario pro Terra-*

cinensibus, et Privernatibus impresso. In altero *Summario* Setinorum prestant dispositiones Synodorum, quæ leguntur a num. 24. ad 28. Indicta itaque hæc fuit vadimonio dies, in qua causa sub duplici dubiorum formula proponitur magna utriusque partis animorum contentione, distributisque scriptis.

Terracinenses, et Privernates in *primo dubio*, in quo quæritur, an privativum jus competat Setinis retinendi unicum Vicarium Generalem, et unicam Cancellariam Generalem pro tribus unitis Diæcesibus, ita ut sit eis danda manutentio, huic privativo juri resistere dicunt juris dispositionem, Bullam Benedicti XIII., et rem judicatam. Et quoad juris dispositionem, de qua primum sermo est, in *Cap. 6. de Off. ordin. in 6.* extra quamlibet dubitationis aleam ponitur facultas Episcopo competens in *quolibet* loco suæ Diæcesis vel per se, vel per alium sedendi pro Tribunali, causasque ad suum forum pertinentes cognoscendi, *Pignat. Consult. Can. tom. 9. Consult. 72. numer. 14., Grat. in discept. for. Cap. 892. numer. 7. Constant. Vol. dec. Vol. 232. num. 2., Rot. cor. Veral. dec. 306. num. 1. et cor. Molin. dec. 784. numer. 84.* Quin imo sicut potest nullam Vicariam Generalem adhibere, si omnino per se gerere valeat, ita potest etiam plures Vicarios habere pro majori Diæcesum commodo, locorum distantia, et difficultate *Cap. quoniam de Off. Ordinarii, Cap. ad hæc de Off. Arch. Abb. num. 10. de Off. Deleg., Barbos. de Off. et pot. Episc. par. 3. alleg. 54. num. 125., Rot. cor. Socc. dec. 2138. num. 15.,* quæ præsertim itineris incommoda, et viarum, regionumque pericula locum in præsentis casu habere videntur.

Nec prodesse ajunt Setinis biscentenariam, et etiam immemorabilem observantiam ad manutentionem obtinendam. Agitur enim primo de actibus facultativis Episcoporum, qui Setiæ plerumque retinuerunt pro suo arbitrio Vicarios Generales, et Cancellariam Generalem. Iam vero actus facultativi, nec necessitatem, nec obligationem inducunt *Prosper. de Territ. separat. quaest. 28. num. 4. atque tum ex Constant. cit. Vol. 832. num. 29., et 30., tum ex S. Rot. cor. Emerix. dec. 1236. num. 5.,* qui libertatem Episcopi tuentur quoad locum residentiae Vicarii

Generalis, quæ non tollitur ex præcedentibus deputa-
tionibus, et residentia in uno loco factis, cum sint
actus facultativi. Tum enim hi obligant, nec am-
plius sunt facultativi, si concurrant mandatum su-
perioris, necessitas, aut coactio ad text. in cap. Cum
Eecl. de causis possessionis ec., Prosper. dis. Eccles.
quæst. 8. num. 13.

Minus vero valent in casu actus hi facultativi, ac im-
memorabilis etiam possessio ad obtinendam manu-
tentionem in jure, quod asseritur privativum,
quodque sublatum fuit a S. Conc. Trident.
Sess. 25. Cap. 6. de Refor. a quo post quamlibet con-
suetudineu etiam immemorabilem sublatam arbi-
trio Episcopi relictus fuit locus residentiae, et Tri-
bunalis in sua Diæcesi, ut fuso calamo demonstrant
præsertim Pignat. tom. 5. consult. 72., Barbos. de Ju-
re Eccles. univers. lib. 3. cap. 16. num. 28. allegan-
tes plures S. Congregationis declarationes, et reso-
lutiones editas etiam in strenuo partium conflictu.
Et revera S. Rota actibus mere facultativis tribuit
Palatium Episcopale, thronum, tribunal, Vicarium
Generalem, et carceres Setiæ existentes, quæ proin-
de nullius roboris esse dixit ad evincendam hujus
Ecclesiae cathedralitatem, ut in dec. cor. *Molines*
num. 63. et 64. Idipsum quoad Terracinenses sensit
super confectione olei sancti, quorum jus deductum
ex observantia, ntpote ab actis facultativis constitu-
ta, excludit, ut ex dec. cor. *Olivat. num. 14.* Hanc
possessionem vero pacificam negant in facto tum ob
rem judicatam, tum ob existentiam in aliis etiam
civitatibus cancellariarum, et residentiam Vicarii
Generalis, quæ per aliquid temporis in discrimen re-
vocari nequeunt.

Pauca quoad secundum defensionis caput. Repugna-
re asserto privativo juri Setinorum ait Terracinen-
sium, et Privernatum defensor Bullam s: m: Be-
nedicti XIII., qui arbitrio Episcopi reliquit in Ci-
vitate Priverni residere, aut retinere Vicarium gene-
ralem, aut specialem, functiones Episcopales tempo-
ribus, et diebus eis benevisis perogere, semper ta-
men eorum arbitrio et quod (Privernoenses)
obligati sint emere, seu construere aliquid
de-

decens Palatium, in quo praefatus Episcopus ad ejus arbitrium commode, et decenter habitare valeat -, quod sane praestiterunt Privernates; atque hinc Episcopi modo Priverni, modo Terracinae vicarios generales habuerunt, causasque judicarunt prout ipsis magis libuit.

Postrema vero defensionis pars tota consistit in rejudicata S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, in qua antiquissima, et immemorabilis asserta Setinorum possessio in retinendo Vicario Generali, et Cancellaria totius Diæcesis semel, iterumque profligata fuit, et in qua statutum est posse Vicarium Capitularem residere Terracinae, causasque totius Diæcesis cognoscere, et judicare, deputato tantum Setia Vicario cum limitatis facultatibus cognoscendi minores causas solummodo Setiae Ecclesiae. Hanc autem rem judicatam locum habere contendunt etiam in praesenti casu nedum ex *paritate rationis* cum modo nil aliud opponatur, nisi observantia, et possessio, sicuti in illa actione, sed etiam ex *potioritate rationis*, cum absurdum sit denegare modo in Episcopo arbitrium illud, illamque facultatem, quæ tunc cognita fuit, ac firmata in Vicario Capitulari.

Post rejectum in primo dubio privativum jus, possessionemque Setinorum, et post probationem *in genere* ex arbitrio Episcopi pendere unius Vicarii, vel plurium deputationem *in specie*, tuentur Terracineses, et Privernates sibi respective competere jus habendi proprium Vicarium, et Cancellariam, de quibus sermo est in *secundo dubio*, cum id consonum sit Bullæ S. M. Benedicti XIII. Quoad modum vero addendum putant *arbitrio Episcopi* pro nunc, ut scilicet indicetur sermonem esse de arbitrio æqui, et boni viri. Locorum namque distantiae, itineris difficultates, et pericula omnino exigere dicunt Generalem Vicarium, et Cancellariam in qualibet ipsorum Civitate principali, quibus sane in circumstantiis Episcopi arbitrium veluti in obligationem resolvitur, ut tradit *Barbos. de Of. et potest. Episc. alleg. 54. numer. 126.*, *Pignattel. Consult. Can. 414. tom. primo*, et prout definivit, et mandavit *S. haec Congregatio in Sutrina, et Nepesina 11. Maii 1584. In Civitatis Ca-*

stellanae, et *Hortanae* die 8. Junii 1624., et in *Falven.*, et *Sulmanen.* 4. Septembris 1604. Addunt postremo ipsos jam fundos constituisse, ut Vicarii, et Cancellarii deputandi commode, ac decenter vivere possint absque ullo Episcopi incommodo, et impensa.

Setini e contrario controversum esse dicunt arbitrium Episcopi super plurium Vicariorum deputatione. Sunt enim, qui cum adversariis hanc facultatem Episcopo tribuunt, sunt vero hand minoris notæ doctores, qui id negant inter quos Pax Jordani *lib. 12. tit. 7.* Sbrozzius *de Vica. lib. primo quaest. 46.* Garg. de Benef. *par. 5. cap. 8.* Cardinalis de Luca ad *Trid. discep. 4. num. 7.* Lauren. in *for. Benef. in tenet. de Vicar; Episc. quaest. 31.*, et 32. Exploratum tamen apud omnes est, cessare quodlibet in Episcopo arbitrium, si ex consuetudine centenaria præsertim, et immemorabili in aliqua Civitate Vicarius Generalis jurisdictionem exerceat super universa Diæcesi et Civitatibus æque principaliter unitis, ibique universæ totius Diæcesis acta serventur, quia Civitas illa jus istud ex consuetudine private sibi acquisivit. Pignatell. *Consult. Can. 64. num. 2. tom. 7.* Sbroz. *de Off.*, et *pet. Vic. lib. 1. cap. 10. num. 9.* Vaotius *de nullit. Sent. ex def. Jurisd. num. 110.*, et id ipsum ex *Sess. 25. cap. 6. Concil. Trident.* deducit Grat. *discep. forens. cap. 892. num. 16.*, et *seqq.* Et ratio est quia centenaria, et immemorabilis præsumit quamcumque meliorem titulum de mundo, ut ajunt, a proinde transactionem, remjudicatam, et privilegium *Leg. hoc jure §. Dultius de aq. quotidian.* Grotius *de jure belli, et pacis lib. 2. cap. 4. num. 10.* Ros. *Consult. 12. num. 32.* Rot. in *Romana Location. super devolutione, et Associatione 13 Martii 1789. §. 6. coram Eminentissimo Cesarei*, et S. hæc Congregatio in *V terbien. in juris eligendi 19. Septembris 1797 §. Ambigi non potest.*

Jam vero residentia Vicarii Generalis, et existentia Tribunalis in Civitate Setina antiquissima, et immemorabilis dicitur in Motu proprio Benedicti XIII. edito anno 1725., ibique enunciatur nec Tribunal, nec carceres Episcopos habuisse Terracinæ. Eadem antiquissima Setinorum possessio legitur in *decls. 784.*

coram *Molines*, et *decis. 650. coram Olivet.*, in qua perperam instituerunt Terracineses pro aperiendo eorū adversus litteras laudati Pontificis, asseriturque nam. 7. *Episcopum Pontifici dā solum gerere in Ecclesia Setia, ibi Vicarium Generalem retinere, et vix Foraneum habere Terracinae.* Illud ostenditur ex antiquissimis inscriptionibus ex *Giorgi* in opere de *Eccl. Cath. Setia pag. 25.*, ex Synodorum dispositionibus, ex longa serie Vicariorum Generalium, et actuum pertinentium ad quodvis genus, et quamlibet civitatem etiam aequè principaliter unitam, ex factis Vicariorum aliorum civitatum, qui se incompetentes declararunt, causasque ad Setinum Tribunal remiserunt, ex appellationibus interpositis a Vicariis Terracinesi, et Privernensi ad Setinum, et demum ex instauratione Archivii generalis Setini facta anno 1675. auctorante Præfecto Archiviorum, ad quod ut deferrentur, jussum est, omnia acta, et instrumenta aliarum duarum Civitatum Diæcesis cum expressa prohibitione illa imposternum extrahendi absque expressa vel Vicarii Generalis, vel Episcopi licentia.

At si Episcopi Terracineses in una Setia Civitate habuerunt Curiam, Tribunal, Cancellariam, Cathedralam fixam, Carceres, et Vicarium Generalem, negari a nemine potest, eos ordinariam, et generalem in una Setia Civitate exercuisse jurisdictionem in universam Diæcesim, et principales etiam Civitates. Id enim præter facta huc usque memorata evincit etiam Vicarii Generalis nomen, qui nimirum ille est, ac dicitur, qui cum generali potestate constituitur in eodem loco, et Tribunali, ubi residere, et jus dicere solet Episcopus, quia unum, idemque Tribunal constituit, eandemque exercet Jurisdictionem *Cap. Putamus de Consuet. in 6. Reif-fenst. in Decret. lib. 1. tit. 28. de Off. Vic. num. 14., et seqq. Marant. in specul. par. 4. dist. 5. n. 8. Laurent. in for. benef. tom. 2. quaest. 3. Sbrozzius de Vic lib. 1. quaest. 28. num. 7., et quaest. 69. num. 2., et seq. Barbos. Alleg. 54. num. 127.*

Id probe noverunt Terracinenses , qui dum anno 1772. preces S. M. Clementis XIV. dederunt S. huic dein Congregationi ablegatas reclamantes in eis contra residentiam Vicarii Generalis in Setina Civitate , litem deseruerunt postquam Episcopi informationem legerunt, qui Setinorum antiquissimam possessionem , et privativum jus protuebatur .

Diluntur deinde exceptiones deductæ ex residentia Vicarii Generalis vel Terracinæ , vel Priverni per aliquod breve tempus , et ab exercitio actuum in iis locis . Etenim cum actus hi sint perturbativi , et iniusti , nil valent , nisi supervenerit altera centenaria , quæ jus ex primis jam quæsitum tollat . Pari debilitate laborare dicitur exceptio contra privativam possessionem deducta ex actibus facultativis . Licet enim hi non pariant præscriptionem , quæ aliena est ab actibus facultativis , attamen in linea præsumptiva maximi roboris sunt ad inducendam nimirum præsumptionem privilegii , vel alterius cujuscumque tituli magis validi : *Rot. in Sedun. unionis super regularitate 5. Aprilis 1756. §. 9. cor. Caprar. dec. 280 §. 6. , et 11. cor. Olivat. , et alibi passim.*

Ex his concluditur rejiciendam esse Privernatum , et Terracinensium instantiam in secundo Dubio .

Breviter perstrinxi PP. EE. quæ fuso calamo , et summo studio in utriusque partis distributis juribus exponuntur , quæque severiori examine subjecta viam sternerent ad tutum reddendum judicium super duobus dirimendis Dubiis .

I. *An Civitati , et Ecclesiae Setinae competat jus privativum retinendi unicum Vicarium Generalem , et unicam Cancellariam generalem pro tribus unitis Dioccesibus , ita ut sit ei danda manutentio in casu etc.*

II. *An , et quomodo Ecclesiis Privernen , et Terracinen competat jus habendi Vicarium , et Cancellariam generalem in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus , et amplius .

Ad II. Affirmative arbitrio Episcopi , et amplius .

VERULANA PRIVATIONIS PARÆCIAE . Vol- Sess. 22. cap. 11
 vente anno 1815. ætatisque suæ quinquagesimo se- et sess. 25.
 cundo Sacerdos Eustachius Olivieri gubernandam Pa- cap. 14. de Ref.
 ræciam loci *Strangolagalli* Verulanæ Diæcesis juxta
 S. Canones obtinuit ab Episcopo , qui et nunc illi
 præest Diæcesi . Plurium criminum deinceps cæpit
 accusari Archipresbyter apud suum Præsulem , quæ
 præsertim mores respiciebant , malam administra-
 tionem Præbendæ Parochialis , ac desidiam , negli-
 gentiamque in sacris peragendis functionibus . Hinc
 Episcopus Paræciæ resignationem ab Oliverio exqui-
 sivit , quam tandem ille subscripsit , dum in Veru-
 lanæ Urbis carceribus detinebatur , cujus tamen pa-
 linodiam cecinit assecuta vix libertate promissa ob
 Paræciæ renunciationem , declarans ut tanquam
 nulla haberetur emissa in vinculis resignatio . De-
 latae interea fuerant querelæ contra Archipresbyte-
 rum et ad Supremam Sacræ , et Universalis Inqui-
 sitionis Congregationem , et ad Sanctissimum , qui
 eas S. Vestro Senatui ablegavit . Ex Episcopi Infor-
 matione , quæ fuit de more requisita , innotuit , Oli-
 verium ex jussu S. Inquisitionis fuisse vinculis man-
 cipatum , ac processui subjectum , et licet ob plu-
 res imputationes , emissamque Paræciæ renunciatio-
 nem Episcopus fuerit in votis , posse Paræciam novo
 Pastore provideri ; nihilominus rescriptum fuit ex-
 pectetur exitus recursus in Suprema Congregatione
 Inquisitionis .

Confecto processu, ad Urbem venit Archipresbyter jussu
 S. Congregationis Inquisitionis , quæ ita decrevit sub
 die 8. Julii 1818. „ *EE. DD. decreverunt attentis*
omnibus ex Processu resultantibus , inquisitum Pa-
rochum Eustachium Olivieri , utpote irregulariter pro-
cessatum , atque adeo non legitime praeventum , et
multo minus convictum , et confessum , dimit-
tendum esse , et nihil obstare quominus pro spectan-
tibus ad S. Officium restituatur suae Paræciæ , prae-
missa seria admonitione , ut imposterum cautius se
gerat , atque ita mores suos componat , ut vitae ho-
nestate , et exemplo bonorum operum antea actæ vitae
suspicionem abstergere valeat , et omnium benevo-
 len-

lentiam, et extimationem sibi conciliare, et ad mentem. Et mens est quod praesens Decretum communicetur R. P. D. Episcopo Verulano, eique significetur illud non obstare, quominus pro spectantibus ad suum forum exclusive utatur jure suo, sed caveat ab arbitraria, et illegali procedendi methodo, et adhibeat officiales, et ministros immunes ab omni suspicionem odii, vel amoris.

Decretum hoc Parochus illico patefecit per epistolam Episcopo, qui, dum in responsione illi gratulabatur de imputationum futilitate, eidem suadebat, ne tam cito a Parœciæ regimen rediret, ne novas paterentur adversitates. Hac de causa ex Audientia Sanctissimi die 16. Decembris 1818. Olivieri concessum fuit indultum absentiae per tres menses, injunctaque Episcopo deputatio Aeconomi Curati ob nocturnam, diurnamque Sacramentorum administrationem, quod indultum deinceps prorogatum fuit ad alios tres menses. Interea ab Eminentissimo Urbis Vicario deputatus Archipresbyter fuit ad excipiendas confessiones Monialium S. Luciae in Silice, quod munus adhuc exercet.

Verum dum ille adhuc Romæ morabatur, a qua nunquam discessit, novus confectus fuit processus a Curia Episcopali super iisdem imputationibus ad S. Inquisitionem transmissus, quæ tamen illum ad hanc S. Congregationem remisit, cui jam Episcopus dederat breve ejusdem processus summarium, ac interea nihil ex suæ Parœciæ redditibus percipere, neque legalis defensionis expensas subire poterat Oliverius. Hac itaque de causa Sanctissimum adiit, qui ablegatis S. Congregationi precibus rescribi jussit die 14. Julii 1819. „ Scribatur Episcopo, qui praefigat terminum Promothori Fiscali ad deducendum jura sua in S. Congregatione, et interim per modum provisionis mandet subministrari Oratori omnes Parœciæ relictus tam decursos a die deputationis Aeconomi, quam deinceps decurrendos usque ad exitum causae in eadem S. Congregatione, detracto solum Aeconomi stipendio eidem assignando ad formam Constitutionum Synodaliæ, nec non transmissio statu activo, et passivo Parœciæ reddituum comprehensis incertis, et non

attenta quacumque inhibitione , nisi signata manu Sanctissimi , Transmisit Episcopus statum activum , et passivum Paræciæ , ac redditionem rationum ab Aeconomo subscriptam , contra quam plurimas , nec levi ponderis exceptiones opposuit Oliverius . Interea Promothor Fiscalis in id specialiter deputatus apposuit *Nihil transeat* usque sub die 18. Augusti anni 1819., sed tamen unus , et alter elapsus est annus , quin unquam Sac. Ordinis. iudicium exquiri potuerit . Tandem hodie causa proponitur tribus concordatis dubiis , et distributis utrinque allegationibus .

Quæritur in primo dubio , an sit locus privationi a Paræcia Archipresbyteri . Huic nedum esse locum , sed jam privatum esse Archipresbyterum a jure contendit Curia Episcopalis Defensor ob innumeras arbores frugiferas divenditas , et quamdam fundi meliorationem , et retractum exinde pretium in proprios usus conversum juxta *Estrav. Ambitiosae de rebus Eccl. non alien. Lotter. de re Benef. lib. 3. quaest. 25. n. 26. , et seq. et alii passim ;* quinimo eundem inhabilem dicit ad nova beneficia assequenda juxta *Concil. Trident. Sess. 22. cap. 11. de Refor.* Descendit deinde ad mores Archipresbyteri , quos privatione beneficii , depositione a Clericatus Ordine , et perpetua reclusionem plectendos esse putat *ex Concil. Trident. Ses. 25. cap. 14. de Ref. can. 10. , et 11. dist. 21. Pirringh in jus can. lib. 5. tit. 16. §. 19. n. 17. Moscat. Inst. Can. lib. 5. tit. Jul. Clar. Sent. lib. 5. n. 32. Laurent. Jus can. lib. 5. tit. 16. quaest. 301. n. 2.*

Intercessisse autem monitiones a Concil. Tridentino citata *Ses. 25 cap. 14. de Ref.* præscriptas , tum ex monitis , et increpationibus oretenus factis , tum ex epistolis Episcopi , et responsionibus Archipresbyteri deducit , quin necessaria fuerit præexistens condemnatio ante privationem beneficii *Lotter. de re benef. tom. 3. lib. 3. quaest. 33. n. 19. Laurent. For. benef. tom. 3. sect. 1. cap. 3. quaest. 216. n. 5.*

In tria capita dividit Olivieri suam defensionem . In primo agit de nullitatibus processus , ex quo proinde nullum probationis argumentum deduci contra ipsum potest . In eo enim continetur tantum comparitio fiscalis , testiumque , irregulare tamen ; examen ; seu prima pars cujuslibet processus , at prorsus desiderantur le-

gittimatio, publicatio processus, inquisiti defensiones, ac tandem sententia privationis. Testes vero fere omnes de infima plebe, et illiterati sunt. Articuli admissi non sunt citato reo. Interrogatoria sunt generica, non specifica; nemo ex testibus de visu, vel auditu propriis auribus deponit, sed de credulitate. Idem repetiti non fuerunt citato reo, qui proinde nec praesumptionem, neque indicium faciunt: *Farinac. de test. quaest. 72. n. 806.*

Generica cum sit interrogatorii formula, genericæ quoque sunt responsiones a testibus sub eadem formula, et iisdem fere verbis datæ contra notissimas juris criminalis leges, et praxim, eademque vitia singulis imputationibus applicat Olivieri Defensor, unde deducit virum sibi inimicum, qui processui operam dabat, ad ipsum calumniis opprimendum generalibus interrogatoriis testium depositiones expiscasse, et specificas interrogationes refugisse, ne ita criminum vel umbra evanesceret, si tres tantum imputationes excipiantur, de quibus specificè deponitur, sed quæ pluribus aliis exceptionibus refellere conatur.

Alterum defensionis caput deducitur ex attestationibus virorum gravium, scilicet Gubernatoris, Gonfalonerii, et vigintiseptem patrumfamilias, inter quos plures a Consiliis sunt Municipii, qui omnes deponunt de bonis Archipresbyteri moribus, ejus diligentia in munere Parochiali, et sacris functionibus, de bono exemplo, et æquanimitate, ac patientia in perferenda persecutione.

In tertio demum defensionis capite dicitur, S. Inquisitionem super his omnibus imputationibus judicasse Parochum, refelliturque exceptio Curia, qua contenditur, S. Inquisitionem illum judicasse super criminibus dumtaxat hæresis, quæ exceptio pugnare videtur cum apposita monitione, ut Parochus suos mores componat, et honorum operum exemplo anteaetæ vitæ suspiciones abstergere valeat. Ex his omnibus concludit Olivieri, non esse locum privationi.

Post-hæc utrinque disputata in *primo Dubio* deducit utraq; pars responsionem ad *secundum*, in quo quaeritur de remotione Oeconomi, cui locum esse dicit Curia Episcopalis. ut de novo Archipresbytero

Paraecia provideatur, Olivieri autem removendum esse exorat, ut ipse redintegretur.

Utram, et in qua summa sint restituendi fructus agitur in tertio Dubio. Defensor Curiae Episcopalis nihil reddendum esse Archipresbytero censet, cum post secundam admonitionem Episcopi *ipso facto* amiserit jus ad fructus percipiendos, iisque potuerit ab Episcopo privari, et ab administratione beneficii juxta saepius citatum Tridentinum Sess. 25. cap. 14. Moscat. *Inst. Can. lib. 3. tit. 2. n. 8.*

Defensor e converso Archipresbyteri ex disputatis in 1. Dubio deducit, restituendos esse Clienti suo redditus ad formam rescripti SSm̃i die 14. Julii 1819, detracto nimirum Aeconomi Curati stipendio, et quidem in summa liquidanda a S. Congreg., non vero a Curia Episcopali, quae in formam, ac contradictoriam redditionem rationum trasmisit.

Dirimenda itaque proponuntur Dubia.

I. An sit locus privationi a Paraecia Archipresbyteri Olivieri in casu etc.

Et quatenus negative

II. An sit locus remotioni Aeconomi in casu etc.

III. An, et in qua summa sint restituendi fructus favore dicti Archipresbyteri a die constitutionis Aeconomi usque ad exitum Causae in casu etc.

Ad I. Negative, et amplius.

Ad II. Affirmative, et amplius.

Ad III. Affirmative pro summa liquidanda a D. Secretario ad formam Rescripti SSm̃i die 14. Julii 1819., et amplius.

Sess. 24. Cap.
23. de Ref.

ARIMINEN. PAROCHIARUM. Dum Flaminia sub Gallorum potestate erat sub die 7. Septembris anni 1806. a Vicario Capitulari Canonico Soleri nonnullæ suppressæ fuerunt Paræciæ post obtentas ab Apostolica Sede facultates. Inter cæteras Parochiales Ecclesias tunc suppressas aderat Paræcia SS. Joannis, et Pauli, cujus Rector erat Thomas Bizzocchi, qui in ejusdem possessionem immissus fuerat per Ballam die 10. Julii 1799. expeditam, quæ quidem Paræcia tunc unita fuit viciniore Parochiali Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ, seu vulgo S. Augustini. Deinceps in reformatione Paræciarum peracta anno 1808. auctorante SSmo confirmata fuit unio suppressæ Paræciæ favore Ecclesiæ S. Augustini quoad majorem curæ partem, sed minor populi pars subjecta fuit alteri limitrophæ Parochiali Ecclesiæ S. Agnetis, et utraque suppressæ Paræciæ pars intersecatur a communi via vulgo dicta *de' Magnani*: S. Agnetis Parochus vicissim cæssit Parocho S. Joannis Evangelistæ, seu S. Augustini non exiguam partem suæ Paræciæ. Thomas vero Bizzocchi addictus fuit servitio, et officiatu-
ræ Ecclesiæ Parochialis S. Augustini.

Restitutis rebus, supplicem libellum SSmo porrexit Bizzocchi exponens frui pacifica possessione bonorum in Ecclesiæ SS. Joannis, et Pauli, ac redintegrationem postulans ad exercitium suæ curæ. Remissis ad S. Congregationem precibus, constitit ex defuncti Episcopi Ariminen. informatione, Ecclesiam SS. Joannis, et Pauli nec divenditam, nec gravibus reparationibus indigere, nullum detrimentum ex hujus restitutione obvenire Paræciæ S. Augustini. Transmisit præterea idem Episcopus epistolam Archipresbyteri S. Augustini utpote interesse habentis, in qua suum præbebat consensum pro memorata redintegratione, sed intra limites tantum ad eam spectantes ante suppressionem, et dummodo *in reliquis ejus jura sarta lecta sint, nec ipse, nec successores sive in præsentibus, sive in posterum sub quovis titulo aliquid detrimenti capiant tum in spiritualibus, tum in temporalibus.*

Quæ ipse fuerit SSmi Domini Nostri mens patet ex Rescripto diei 5. Februarii 1817. „ Sanctissimus at-

tento consensu Parochi S. Augustini, et dum videretur Orator possideat bona jam ad suam Paræciam spectantia absque ulla contradictione Camerae Spoliorum benigne annuit pro gratia redintegrationis ejusdem Oratoris ad exercitium Curae animarum intra limites tantum ad Paræciam SS. Joannis, et Pauli spectantes ante annum 1806., ita ut omnia jura, et emolumenta parochialia intra eos tantum limites Oratori debeantur, nullumque de caetero extra eos limites, et confinia ex hac redintegratione Parocho S. Augustini, ejusque successoribus pro tempore praejudicium quoad ejus certos, et incertos redditus, jura, et emolumenta irrogatum censeatur. Decretum executoriale hinc prodiit Episcopi, in quo tamen legitur ipsum (Bizzocchi) ad exercitium curae animarum intra limites tantum dictae Paræciae SS. Joannis, et Pauli, qui erant tempore suae adeptae possessionis, gratis redintegramus; quæ quidem verba quoad substantiam non differunt a rescripto S. Congregationis, cum limites hujus Paræciae ante annum 1806. iidem essent ac de tempore captæ possessionis a Bizzocchio.

Vix tamen Cajetano Frioli Parocho S. Agnetis, cui adjuncta fuerat altera pars memoratæ suppressæ Paræciae, et de qua nulla mentio facta fuit vel in precibus, vel in informatione, innotuit redintegratio Parochi Bizzocchi ad primæva Parochialia jura, supplex fuit penes S. Congregationem, exponens jurium suorum præjudicium, ac se nolle reddere Parocho Bizzocchi partem Paræciae unitam suæ curæ, nisi prius a Parocho S. Augustini sibi restitueretur ea pars ad paræciam S. Agnetis spectans, quam ipse cedere coactus fuit in Paræciarum reformatione anni 1808., et in cujus cessionis compensationem recepit partem suppressæ paræciae SS. Joannis, et Pauli. Ne tamen exequutio rescripti S. Congregationis nimium protraheretur, cumque ad tramites tum rescripti, tum correlative cessionis hæc controversia ab Episcopo dirimi posset, rescriptum fuit die 29. Martii 1817., utatur jure suo coram Episcopo ad formam Rescripti Sanctissimi 5. Februarii proxime præteriti.

Quid actum fuerit in Curia Episcopali ex informationibus Episcoporum certo non constat; uterque vero

ex litigantibus diversa profert. Id unum constat, Parochum Bizzocchi non obtinuisse partem curæ unitam Paræciæ S. Agnetis, atque hinc protestationem emisisse contra Parochum Frioli, ac deinceps super exorta hac controversia ineunte anno 1819. preces S. Congregationi porrexisse, quæ dimissæ fuerunt eodem rescripto, quo dimissa fuit instantia Parochi Frioli, „*Ulatur jure suo coram Ordinario ad formam rescripti SSmi diei 5. Februarii 1817.*

Preces tamen cum renovasset Bizzocchi exquisita fuit novi Ariminensis Episcopi informatio, ut prælixo termino Archipresbytero S. Agnetis ad deducendum jura sua in Congregatione, distinctim referret de confinibus spectantibus ad Paræciam SS. Joannis, et Pauli ante annum 1806., et de resultantibus ex rescripto Sanctissimi diei 5. Februarii 1817. *Decretum* ita refert novus Antistes, S. Congregationis sub die 5. Februarii 1817. „*Sanctissimus Dominus Noster, audito in favorem Parochi Arimin. Thomae Bizzocchi, ad exercitium animarum curæ intra limites tantum Paræciæ SS. Joannis et Pauli spectantes ante annum 1806, respicit ad majorem partem ejusdem Paræciæ concentratæ in viciniore S. Augustini, cujus Parochus tantum auditus pro prima Informatione nullum sibi præjudicium accusavit. Reliqua pars, quæ est minor, adhuc remanet apud Parochum S. Agnetis, qui minime interpellatus nondum ipsam cedere voluit ratione jurisdictionis acquisitæ in optima, et approbata Reformatione facta initio anni 1809, juxta Epistolam Em̃i de Petro 23. Augusti 1806.*

Nunc litteris Em̃um VV. Rm̃um sub die 15. Aprilis 1820. datis circa secundas ejusdem Parochi SS. Joannis, et Pauli preces, quas una cum epistola mea transmitto auditis interesse habentibus, et præsertim Parochi S. Agnetis, sic breviter respondeo. Parochus Thomas Bizzocchi successor immediatus Josephi Tosi in possessionem immissus Paræciæ SS. Joannis, et Pauli per Bullam 10. Julii 1779., ipsamque suscepit cum adjunctis illis domibus signatis in Ichonographia ejusdem Civitatis hic annexa per lineam auratam in forma T, quæ tra-

ditae fuerunt Antecessori suo per divisionem peractam Mense Augusti 1797. ex Decreto boni mem. Illustrissimi, ac Reverendissimi Vincentii Episcopi Ferretti de Paraecia S. Innocentiae suppressa, intacta unione ejusdem Ecclesiae pro commoditate hujus V. Seminarii. Ex Decreto autem boni mem. Illmi, et Rmi Antistitis Gualphardi Ridolphi die 29. Decembris 1808. pro reformatione ultima omnium Paraeciarum civitatis in sex tantummodo, ut patet ex lineis rubeis ejusdem Ichnographiae: ita, ut major pars Paraeciae suppressae SS. Joannis, et Pauli viridi colore signata ad viciniorum S. Augustini, et pars minima aureo delineata ad aliam S. Agnetis Paraeciam adjuncta fuerit, ambasque partes intersectat sola via communis vulgo dicta de' Magnani. Et ideo Parochus orator instat ad consequendam minimam partem suae Paraeciae, quam (nisi ex Motu Proprio SSmi) praesens legitimus possessor concedere se nunquam inducet.

Unde, ut animi mei sensum aperiam, mihi videtur hujusmodi Instantia non admittenda. I. Quia parochus S. Agnetis non fuit interpellatus juxta Rescriptum S. Congregationis 14. Decembris 1816. auditis omnibus interesse habentibus, quando parochus Bizzocchi petiit, et obtinuit laudatum decretum 5. Februarii 1817. per quod idem procul dubio remanet subreptionis vitio infectum: si vero sive in precibus nuncupatus, sive pro informatione auditus fuisset dictus Parochus S. Agnetis utpote ipse non praestitisset assensum, prout asseruit, et constanter asserit; immo ostendisset deformitatem in ordine statuto, inutilitatem talis repristinatio, propinquitatem nimiam parvae novae Ecclesiae ad majorem S. Augustini, dissidia tandem inter reliquos Parochos ejusdem generis. II. Quia pars in quaestione antiquitus non spectabat ad Paraeciam SS. Joannis, et Pauli, sed S. Innocentiae, ut dixi. III. Tandem quia Parochus S. Agnetis non haberet tali modo liberum, et commodum transitum per suam Paraeciam, quod certe indecens esset, et in exequendis officiis Parochialibus dissentionum inter hos duos Parochos causam daret.

Causa itaque hodie proponitur tribus concordatis dubiis, distributaque allegatione ex parte tantum Parochi Bizzocchi, cum Archipresbyter Frioli legalis defensionis sumptus haud valens sustinere folia quædam mihi exhibuerit, in quibus rationum momenta proposuit, quæ sibi favere autumat.

Breviter dumtaxat, paucisque verbis referam, nonnulla ex iis, quæ affert Parochi Bizzocchi defensor, cum cætera noscere possint EE. VV. ex juribus ab ejus defensore distribuendis. Hic itaque urget Rescripti Sanctissimi plenariam executionem, ac Clientis redintegrationem ad omnia jura Parochialia, prout illis fruebatur ante annum 1806. cum nec falsum exposuerit, nec verum reticuerit. Non enim necesse erat exprimere respectivam cessionem Parochorum S. Augustini, et S. Agnetis, quæ non nisi post suppressionem evenit. Distinguit enim tempora suppressionis videlicet peractæ anno 1806., et reformationis Paræciarum, in qua locum habuit respectiva cessio, quæ contigit anno 1808. Hinc rectissime defunctus Episcopus audivit Parochum S. Augustini, cujus Ecclesiæ integra suppressa paræcia unita fuit anno 1806. Si vero nullum præjudicium inferri Paræciæ S. Augustini ex redintegratione Curæ SS. Joannis, et Pauli, putavit idem Episcopus in sua informatione, hoc neque illatum fuit, neque inferri potuisset alteri Curæ S. Agnetis. Cum itaque Bizzocchi ante annum 1806. frueretur integra paræcia, ad omnia jura reintegrandus est in vim Rescripti Sanctissimi, quod nullo obreptionis, vel subreptionis vitio laborat. Ex his vero memoratus defensor deducit, restituendos esse fructus clienti a die 16. Junii 1817., et reintegrandum esse ad integram paræciam, de quibus agitur in *secundo*, et *tertio* Dubio.

Parochus Frioli è converso plurimia opponit. Et primo quidem asserit, non esse distinguenda tempora, etenim licet suppressæ anno 1806. ex Apostolica facultate fuerint paræciæ, et per modum provisionis fuerint unitæ ceteris superextantibus, attamen vera reformatio non evenit, nisi anno 1808. Jam vero in hac reformatione, quæ peracta fuit auctorante Sanctissimo, ipsi tributa fuit minima pars suppressæ paræciæ

S3. Joannis, et Pauli in compensationem multo majoris partis parœciæ S. Agnetis, quam cessit Rectori Ecclesiæ S. Augustini. Unde unio quoad parœciam S. Agnetis non fuit gratuita, æque ac altera unio quoad parœciam S. Augustini, sed onerosa, quini- mo onerosissima, cum major pars cessa fuerit, minorque in compensationem recepta, ac proinde licet in reformatione parœciarum anni 1808. uterque Parochus jus sibi quæsiverit super respectiva unione, attamen longe diversus fuit titulus utriusque unionis, quoad parœciam enim S. Augustini titulus ex gratia et beneficio proficiscebatur, quoad parœciam vero S. Agnetis ex onerosa cessione.

Cum vero rescripta sint stricti juris, extendi non possunt ad personas in iis non expressas *Rot. decis. 214. num. 3. part. 2. recent.*; stricteque intelligenda sunt, et interpretanda *Abb. cons. 51. num. 3. versic., et sumus in materia lib. 2. Alex. cons. 9. n. 3. lib. 7. Rot. dec. 463. num. 2. part. 3. recent.* At in rescripto Sanctissimi mentio facta fuit tantum Parochi S. Augustini, non autem Rectoris parœciæ S. Agnetis, quæ nec fieri poterat, cum de ipso siluisset etiam præcedens Episcopi defuncti informatio; sequitur inde, redintegrationem Bizzocchi accipiendam esse tantum quoad eam parœciæ partem, quæ sub jurisdictione erat Parochi S. Augustini, non vero alterius, quæ unita fuerat curæ S. Agnetis, *Rot. dec. 25. num. 5. part. 15. recent.*; quia consensus Parochi S. Augustini officere potuerit Parocho S. Agnetis quoad alteram parœciæ partem, quæ sub illius jurisdictione amplius non erat.

Ex his omnibus ita urget; aut parochus Bizzocchi obtinere studuit integram parœciam tam sub Parochi S. Augustini, quam sub parochi S. Agnetis jurisdictione positam, aut eam partem tantum Parœciali Ecclesiæ S. Augustini unitam; primum fortasse parochi Bizzocchi non arridebit, cum enim ipse non expresserit divisionem suppressæ Parochiæ, et jus quæsitum Parochi S. Agnetis ex contractu oneroso dimanans, certe tunc viam sternit ipse implorationi aperitionis oris, qua obtenta corrumpet integram rescriptum; ergo alterum erit accipiendum,

et tunc pacifica res erit, juriq[ue] consentanea habebitur interpretatio rescripti.

Confirmat hinc usque dicta ex requisito a S. Congregatione consensu interesse habentium, appositaque limitatione in rescripto Sanctissimi ad tramites consensus præstiti a Parocho S. Augustini, ne illius juri-ribus præjudicium inferretur.

Quatenus autem S. Congregatio censuerit, redintegrandum esse parochum SS. Joannis, et Pauli ad omnia primæva jura, tunc postulat parochus Frioli, ut et ipsius paræcia in pristinum restituatur per dismembrationem a paræcia S. Augustini illius partis curæ animarum, quæ ipsi unita fuit, cum id exigat respectivæ cessionis justitia.

Reliqua rationum momenta, quæ in suorum jurium defensionem adducit Frioli, noscent EE. PP. ex informatione Pro-Vicarii Generalis hodierni Episcopi superius exscripta, quæ non refero, ne inutiliter morer EE. PP. Addam dumtaxat, ex his deducere Parochum S. Agnetis nulli restitutioni emolumentorum parochialium locum esse tum ratione habita ad rescriptum Sanctissimi, tum quia nulla contra ipsum lata fuit a curia episcopali sententia, quæ potius parochi Bizzocchi instantiam nihil fecit. Dirimenda itaque erunt Dubia.

I. *An sit locus redintegrationi favore Parochi SS. Joannis, et Pauli Ariminen. ad exercitium omnium jurium Parochialium in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An, et a quo tempore sit locus restitutioni emolumentorum in casu etc.*

Et quatenus negative.

III. *An, et quomodo providendum sit integritati Paræciae in casu etc.*

Dilata, et interim, quatenus Episcopus nequeat de consensu Parochorum S. Augustini, et S. Agnetis rem componere, impetretur aperi-tio Oris adversus Rescriptum SSmi diei 5. Februarii 1817.

BRIXIEN. JURISPATRONATUS.

Sess. 22. c. 12.
de Refor.

Dubium.

*An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro
extensione juris patronatus in casu etc.*

Affirma tive juxta conditiones appositas in donatione
Comitissæ Dorotheæ Uggeri Luzzago.

NOVARIEN. TRANSACTIONIS.

Sess. 23. c. 9.
de Refor.

Dubia.

- I. *An sit locus sanationi transactionis, et concessio-
ni beneplaciti Apostolici in casu etc.*
- II. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolute
a censuris in casu etc.*
- III. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutio-
ne, etsanatione Missarum non celebratarum in
casu etc.*

Non proposita cum sequen.

Sess. 24. cap.
13. de Ref.

SANCTI MINIATI JURIIUM PAROCHIALIUM ,, Civitatis Sancti Miniati Parochi preces huic Sacrae Congregationi obtulerunt postulantes , ut tecta sar- taque servaretur eorum Parochialis jurisdictio ad- versus Sacerdotem Carolum Nistri Cathedralis Eccle- siae Praepositum , itemque Parochum ; qui ab An- no 1800. occasione funeris Dominici Ansaldi ejus- dem Cathedralis Canonici jus suum esse contendit administrandi Sacramenta Canonicis, Beneficiatis, cae- terisque ad Capitulum Ecclesiae Cathedralis pertinen- tibus , quamvis in aliena Paroecia suum habeant do- micilium, nec non eorundem cadavera associandi , funus peragendi , et tumulandi jus habere praesumit. Asserebant Parochi, nunquam Capitulum , seu Ca- thedralis Praepositum alienjus statuti vigore , aut ali- qua consuetudine Sacramenta vel Paschali tempo- re , vel in extremo mortis periculo administrasse iis , qui etsi Cathedrali Ecclesiae sint adscripti , tamen ex- tra illius Paroeciae fines suum habeant domici- lium ,

Hasce preces Episcopo remisi pro *informatione* , et *Vo- to audito Capitulo* : Antistes asserit nunquam Cathe- dralis Capitulum habuisse *ne' in forza d' immemora- bile , ne' in virtù di statuto particolare l' osservanza di amministrare neque in Paschate , neque in extre- mis i Sacramenti a quei Canonici , Cappellani , Be- neficiati , e Chierici , che abitano ad libitum nelle lo- ro Case Familiari poste in diverse , ed aliene Paroc- chie della Città , e neppure adesso è in possesso di tale Amministrazione di Sacramenti* . Hinc nullum jus competere Cathedralis Capitulo, aut Episcopus, cir- ca eorum funera , excepto jure sepeliendi , quando sine electione ejusdem decedant . Deinde distinctas esse Paroecias asserit , nec unquam Capitulum Pa- rochorum jura perturbasse ,, *Ma questo Proposto Ni- stri . . . ha creduto , che tanto i Canonici , che i Cappellani ec. debbano considerarsi suoi Parroc- chiani , quantunque abitino in diverse Parrocchie , ed aliene , perciò pretende i loro funerali , ed aver di- ritto ai medesimi* . Tandem Episcopus desiderium suum aperit, ut quaestio isthaec a Sacra hac Congregatione def-

definiatur, ut scandala, et offensiones finem habeant, quæ futura potat.

Quo vero ad Capitulum pertinet, trasmisit Episcopus decem Canonicorum votum, qui de Parochorum precibus requisiti responderunt, *sono di sentimento, che la detta supplica sia ragionevole, mentre il Capitolo di S. Miniato, nè gli Antecessori Proposti nell'Amministrazione de' Sacramenti, e nella circostanza della morte, funerali, e sepultura di questi Canonici non hanno mai deviato dal comun diritto, nè si prova osservanza contraria al medesimo, perciò intendono uniformarsi al dotto, e savio sentimento del Reverendissimo Signor Arcidiacono Morali Lettore di diritto nella celebre Università di Pisa, qui Parochis favet.*

De consensu partium hinc causa ad S. hanc Congregationem delata est, et *quatuor concordatis dubiis hodie proponitur informantibus Parochis, silente vero Proposito. Quoad primum dubium, nempe - An, et cui competat jus administrandi Sacramenta Canonicis, et Beneficiatis, caeterisque ad Capitulum Miniatense pertinentibus extra Parœciam dictae Ecclesiae Cathedralis degentibus*, parochi, ut hoc jus ad se probent pertinere, tria asserunt. I. Quod hi veri parochiani sint, qui intra parœciæ fines domicilium habent. Ex incolatu enim acquiritur jus parochialitatis, tum quoad parochos, tum quoad subditos. *Caren. relat. pract. forens 80. num. 5., et Pignatell. cons. can. 5. in princip. tom. 8.* Si hæc generalia sunt, nulli dubium est, quia etiam eos comprehendant, qui Ecclesiae Cathedralis servitio mancipati sunt. Hinc ad excludendum quoque jus præpositi afferunt *Parochi Can. Eccl. caus. 13. quest. 1. ubi statuitur, ut nullus (parochus) alterius parochiae terminos, aut jus invadat, sit unusquisque terminis suis contentus, et taliter Ecclesiam, et plebem sibi commissam custodiat* - ; ideoque injuria præpositum parochi jus exercere extra suæ parœciæ fines contendere dicunt.

Secundo loco probare conantur Parochi, nullum jus habere præpositum, quia nullum afferre potest speciale privilegium Ecclesiae Miniatensi concessum, nec

nec ullibi in jure canonico hoc privilegium generalim cathedralibus ecclesiis indultum reperitur. Quod si aliquando ecclesia cathedralis nominatur parœcia universalis, hoc intelligendum est metaphorice et analogice, sibi que tantum vindicat locum, quando parœciarum ecclesiæ per constitutos limites divisæ non inveniuntur. At contra cum in civitate S. Miniatis, et limites statuti inveniuntur, et separatæ sint parœciæ, nequit præpositus constitutos sibi limites pretergredi, et aliarum parœciarum fines invadere.

Suum jus *tertio* probant parochi *ex consuetudine*; quia nunquam cathedralis præpositus administravit sacramenta vel in Paschate, vel in vitæ extremis his, qui in aliena parœcia degebant, etiamsi addicti essent ecclesiæ cathedrali: immo contrarium demonstrant, scilicet semper parochos hanc jurisdictionem exercuisse; quod magis comprobatur ex aliquibus Episcopi rescriptis, quibus impertitur facultas recipiendi SS. Viaticum ab ecclesia cathedrali - *purchè tal grazia non passi in consuetudine*.

Secundum dubium respicit associationem, funus, ac tumulationem cadaverum. Contendunt parochi, nulli modo posse præpositum Nistri sibi vindicare cadavera canonicorum, aliorumque, nisi illi expresse in cathedrali sepulturam elegerint. Ajunt enim hoc privilegium non competere cathedrali jure parochialitatis, quia *in primo Dubio* satis probasse putant, hoc titulo carere supra addictos clero cathedralis alibi habitantes. Ex jure vero communi omnes Christi fideles deponendi sunt in propria parœcia, nisi majorum sepulcro gaudeant, vel alibi sepulturam eligant. Exemplo vero majorum sepulcri invecum est, canonicos in canonicali sepultura esse deponendos, si in ecclesia, cui inservierunt, hoc speciale sepulcrum adsit; quo in casu canonici in cathedrali tumulandi sunt, non quatenus cathedrali, sed quia ibi sepulcrum canonicorum invenitur. At cum in cathedrali S. Miniatis nulla sit canonicorum sepultura nullum jus sibi vindicare potest præpositus tumulandi cadavera addictorum cathedrali, sed alibi habitantium.

Excluso jure parochialitatis et jure tumulandi, excluditur jus associandi tamquam illis accessorium. Quod si tumulandi essent Canonici in Cathedrali ob electionem sepulturæ, ne tunc quidem liceret, inconsulto Parocho, defuncti cadaver efferre, et associare. Nemo enim potest in aliena Paræcia aliquam exercere jurisdictionem, ut pluries decisum fuit ab hac S. Congregatione, præsertim in *Narnien. jurium Parochialium* 26. Septembris 1699. Ex iisdem rationibus negant Parochi, jus Præposito competere funera exequendi, quia hoc est tumulationi accessorium.

Quæritur in *Tertio Dubio* de quarta funeraria, sive de portione canonica Parochis debita, quia dignus est operarius mercede sua *Cap. 1. de Sepultu.* Parochi asserunt eis competere, quia jura Parochialitatis exercent, et Sacramenta administrant. Quum igitur ad Parochos pertineat quarta funeraria, quando quis deponatur in sepulcro majorum, vel in sepultura electa extra Parochialem Ecclesiam, ita quarta sibi deberi contendunt, si Canonici, aliique sepeliantur in Cathedrali, quia ubi eadem est ratio, eadem debet esse juris dispositio.

Breviter Parochi de *quarto dubio* agunt. Asserunt enim ex resolutione Congregationis SS. Ritibus præpositæ, et hujus S. Congregationis ad Parochum domicilii spectare cadaveris aspersionem, antequam e domo extrahatur, et Antiphonæ *De Profundis* intonationem. Cætera vero EE. PP. habent in distributa Parochorum allegatione, qui uni in arenam descendunt; Capitulum enim Cathedralis Ecclesiæ, seu potius Præpositus Nistri vadimonium deseruit.

Proponuntur Dubia.

I. *An, et cui competat jus administrandi Sacramenta Canonici, Beneficiatis, caeterisque ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Miniatisis pertinentibus extra Paræciam dictæ Ecclesiæ Cathedralis degentibus in casu etc.*

II. *An, et in quo casu Parochus ejusdem Ecclesiæ*
Ca-

Cathedralis jus habeat associandi, funus peragendi, et tumulandi Cadavera Canoniorum, Beneficiorum, aliorumque, ut supra, licet domicilium habuerint, ac Sacramenta receperint sub aliena Paraeciae in casu etc.

Et quatenus affirmative.

III. *An praedictae Paraeciae competat quarta funeraria in casu etc.*

IV. *An in casu, quo Capitulum, et Praepositus Cathedralis, sive illius Parochus interfuerit associationi cadaverum Canoniorum, aliorumque, ut supra, extra Paraeciam Cathedralis degentium aspersione cadaveris, antequam e Domo efferatur, et intonatio Antiphonae „ De Profundis „ spectet ad Capitulum, ejusque Praepositum, vel Parochum, seu potius ad Parochum domicilii in casu etc.*

Sess. 22. cap.
11. de Ref.

LUCANA REMOTIONIS, ET RESTITUTIONIS
ALTARIS. In strenuo partium conflictu actum de
hac causa est in Congregatione diei 15. Julii praeteri-
ti anni, in qua propositis Dubiis I. *An sit locus re-
mo-*

remotioni, et restitutioni Altaris in casu etc. II. An, et cuius sumptibus sit facienda remotio, et subrogatio alterius Altaris in casu etc. placuit EE. PP. respondere ad I. Affirmative in omnibus; et ad II. Affirmative quoad remotionem sumptibus Sodalitii dei Bianchi, quò vero ad subrogationem alterius Altaris sumptibus operis pii S. Michaelis.

Obtento statim a Defensoribus pii operis S. Michaelis novæ audientiæ beneficio, siluit causa donec in præterito Mense Februario ab iis Sanctissimo Domino Nostro preces porrectæ fuerunt, in quibus post expositam factorum seriem, et redditum a S. Congregatione iudicium postulabant, „ che venga ordinato alla commissione amministrativa dei Beni Ecclesiastici Lucchesi di rimettere la Cappella dell' Augustissimo Sacramento con un nuovo Altare di Marmo, ovvero in linea di conciliazione ordinare, che resti fisso l' Altare della Compagnia in S. Michele, a condizione che dagli Operaj si paghino alla Compagnia predetta scudi cinquanta sufficienti a costruire un nuovo Altare di stucco allusivo alla Fabrica stessa di quell' Oratorio . „

Nova isthæc instantia remissa fuit „ alla Congregazione del Concilio „ Eique statim adjectum est assuetum Rescriptum „ Reponatur in folio citata parte „ . Cum vero jam properaret repositionis dies, postulavit Operis Pii Procurator, ut de ea cognosceretur ab Eminentissimis Patribus in die propositionis causæ, ejusque instantiam dimissi decreto „ utatur jure suo in Congregatione diei 15. Septembris proxime futuri jam destinata .

Hodie igitur reponitur causa, de cuius meritis nihil addendum censeo, præter ea, quæ jam collegi in folio diei 15. Julii præteriti anni, quod reassumere precor. Reddito enim jam semel iudicio fasces submittere videntur Operis Pii S. Michaelis Moderatores, cum nihil contra latam resolutionem deduxerint, distributa tantum allegatione ex parte V. Sodalitii Sanctissimi Crucifixi.

Quod si placeat Eminentissimis Patribus aliquid concedere novis Operis Pii precibus, poterunt pro eorum sapientia, et æquitate *modum* adjicere in Dubiis, quæ dirimenda proponuntur.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in primo Dubio in casu ec.*

II. *An sit standum, vel recedendum a Decisis in secundo Dubio in casu ec.*

Die Sabathi 24. Novembris 1821. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NOVARIEN. TRANSACTIONIS.

*Sess. 23. Cap. 9.
de Reform.*

Dub. I. *An sit locus sanationi transactionis, et concessioni beneplaciti Apostolici in casu etc.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolute a censuris in casu etc.*

III. *An sit consulendum SSmo pro absolute, et sanatione Missarum non celebratarum in casu etc.*

Ad I. **Affirmative in omnibus, et Eius Episcopus curet, ut a Clara Camona consignentur tot bona stabilia, vel census, quot æquent summas ab eadem Clara debitas, nec non curet inscriptionem bonorum in publicis tabulis nomine Cappellanæ.**

Ad II. **Affirmative imposita aliqua salutari pœnitentia.**

Ad III. **Affirmative injuncto aliquo onere missarum pro unica vice arbitrio Eius Episcopi.**

SANCTI MINIATIS JURIUM PAROCHIALIUM.

Sess. 24. Cap. 13. de Reform.

Dub. I. *An, et cui competat jus administrandi Sacramenta Canonicis, Beneficialis, caeterisque ad Capitulum Ecclesiae Cathedralis Miniatensis pertinentibus extra Paraeciam dictae Ecclesiae Cathedralis degentibus in casu etc.*

II. *An, et in quo casu Parochus ejusdem Ecclesiae Cathedralis jus habeat associandi, funus*

peragendi, et tumulandi Cadavera Canoniorum, Beneficiatorum, aliorumque, ut supra licet domicilium habuerint, ac Sacramenta receperint sub aliena Paraecia in casa etc.

Et quatenus affirmative.

III. An praedictae Paraeciae competat quarta funeraria in casu etc.

IV. An in casu, quo Capitulum, et Praepositus Cathedralis, sive illius Parochus interfuerit associationi cadaverum Canoniorum, aliorumque, ut supra, extra Paraeciam Cathedralis degentium, aspersio cadaveris, antequam e domo efferatur, et intonatio Antiphonae „ De Profundis „ spectet ad Capitulum, ejusque Praepositum, vel Parochum, seu potius ad Parochum domicilii in casu etc.

Ad I. Dub. Affirmative favore Parochi domicilii.

Ad II. Affirmative, quatenus adsit sepulchrum pro addictis Chori servitio, vel sepulchrum Majorum, vel illud ipsi in Cathedrali elegerint, requisito tamen Parocho domicilii pro associatione, et salva eidem quarta funeris in quantitate juxta consuetudinem loci.

Ad III. Provisum in secundo.

Ad IV. Negative ad primam partem affirmative ad secundam.

Sess. 22. Cap. 11. de Reform. **LUCANA REMOTIONIS, ET RESTITUTIONIS ALTARIS.**

Dub. I. An sit standum; vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.

II. An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.

Ad I. Dub. In decisis, et amplius.

Ad II. In decisis et ad D. Secretarium, cum SS. me. juxta mentem.

C AMERINEN. FUNERUM .Sess. 15. Cap.
13. de Reform.

Proposita hæc causa fuit in proxime præterita Congregatione diei 15. Septembris, postquam in superioribus Comitibus die 18. Augusti habitis nonnulla in jure fuerant animadversa, et in quibus ob aliarum causarum gravitatem hæc controversia dirimi non potuit. Unde cum reproposita fuisset in præfata postrema Congregatione diei 15. Septembris, ob scissa EE. PP. suffragia rescriptum fuerit *Iterum proponatur*, eadem hodie exhibentur dubia, ac simul rogantur EE. VV. reassumere folia dierum 20. Novembris, et 18. Decembris 1819., nec non 23. Junii 18. Augusti, et 15. Septembris currentis anni. Dubia itaque sunt.

I. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisio in primo dubio in casu etc.*

II. *An sit standum, vel recedendum a decisio in secundo dubio in casu etc.*

Ad I. In decisio quoad expositionem cadaveris, et funus tantum.

Ad II. In decisio .

F OROSEMPRONIEN. PENSIONIS.Sess. 24. Cap.
15. de Reform

Hæc etiam causa rediit ad Emorum Patrum judicium in præterita Congregatione diei 18. Augusti, et iterum proposita fuit in Congregatione diei 15. Septembris sub hisce dubiis I. *An sit standum, vel recedendum a decisio in casu etc.* Et quatenus negative ad primam partem II. *An, et quo tempore, et in qua summa sit locus solutioni pensionis in casu etc.*; quibus

bus responsum fuit *Ad I. et II. Dilata ad primam post aquas, subministratis interior scutalis* 50. Nunc itaque iterum ea *EE. VV.* sapientiæ subjiciuntur, distributo memoriali ex parte tantum Josephi Guerra, quo precantur præterita scripta reassumere; nihil autem mihi exhibitum fuit ab Angelo Augustini. Reassumptis itaque tum foliis diei 16. *Septembris anni 1820.*, et dierum 18. *Augusti*, et 15. *Septembris hujus anni*, dignentur respondere dabiis, quæ reproponuntur.

I An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

Et quatenus negative ad primam partem.

II. An, a quo tempore, et in qua summa sit locus solutioni pensionis in casu etc.

Ad I. Dub. Recedendum a decisis.

Ad II. Affirmative usque ad diem motæ litis, compensatis solutionibus factis, et sumptibus Peritiæ Paoletti, in reliquis dilata, et ad Episcopum pro deputatione Administratoris cum solitis clausulis ad mentem.

Sess. 22. cap. 1. et Sess. 24. cap. 12. de Reform.

CIVITATIS CASTELLANÆ. In Collegiata Ecclesia Corchiani, quod est oppidum in Civitatis Castellanae Diocesi positum, per Apostolicas Literas de anno 1805. erecta tot statim irrepsere abusus tum quoad redituam administrationem, tum quoad ipsius Ecclesie servitium, ut vix elapso triennio ex Audientia SSiñi deputatus fuerit Episcopus in illius Visitatorem Apostolicum cum omnibus facultatibus providendi tam spirituali, quam temporali administrationi. Suspensa tunc fuit Collegiata, et nunc inquitendum est, an sit redintegrandam, et quomodo providendum tum animarum saluti, tum Sacramentorum, et redituam administrationi. Omnia complectitur in facto, et in jure elucubratissimum Votum Emi, ac Rmi Rivarola, quod ad literam refero, cum nihil addendum, nihil desiderandum in eo superesse videatur.

- 27) Vacante de anno 1805. Parochiali, et Archipresbyterali Ecclesia B. M. Virginis de Rosario in humili Loco, „ *Cerchiano* „ nuncupato, Civitatis Castellanae Dioecesis, pia exarsit penes Oppidanos cupiditas Ecclesiam ipsam erigendi in *Collegiatam insignem*, ut inde Dei cultus, et gloria excresceret majori, et assiduo servitio, ac per hujus generis honorificentiam ab obscuritate consurgeret Oppidum, ejusque decus quodammodo excitaretur. Deerat vero pecunia pro erectionis expensis necessaria, deerant fundi, redditusque pro dotatione præbendarum. At nihil difficile visum est hominibus æstu quodam novitatis, et celebritatis rei conflagentibus. Primum pro expensis *Aes alienum* contrahunt in scutis *Quatuorcentum*, fructibus etiam conventis usque ad eorundem restitutionem. Anxie dein intendunt animos ad dotationem. Sed quomodo?
- 27) Conventus, et *bona quaedam*, erant in ipso Territorio ad Sacrum Institutum *Haeremitarum Divi Augustini* pertinentia; Hæc sibi comparare auspicati sunt Oppidani *Corchianenses*, cumque debitis obruta essent, ut fere nihil, vel parum exinde rediret, facilem adeo reperti sunt Instituti Moderatorem, ut licet bona ipsa *reditus annui Scutorum septuaginta* dicitarentur, tamen pro quantitate scutorum **SEXAGINTA** persolvenda „ *per una sol volta in favore della Cassa del suo Ordine in due rate eguali, cioè scudi trenta prima della spedizione delle Bolle, e gli altri trenta entro l'anno* „ abdicata pænitus, cessaque fuerunt in erigendæ Collegiatæ commodum, et proprietatem.
- 27) Erant etiam in ipsa Ecclesia B.M.V. de Rosario, ac in aliis ejusdem Oppidi, plura **LEGATA PIA** ad numerum usque *centum supra quinque* de jure Patronatus Laicorum, quæ descripta pro annuo reditu scutorum *insimul quatuorcentum unius*, et obul. 99; oneribus gravabantur *Missarum bis millium quingentum nonaginta octo*.
- 27) Obtento Patronorum consensu, conciliatoque nominandi jure super præbendis constituendis, reditum, ac bona hujusmodi consilium quoque incunt Op-

pidani ad ipsam Collegiatam transferendi , implorandique onerum , et Missarum reductionem .

„ Præbenda insuper jam existebat Archipresbyteralis annui redditus *scut. 117. , et obul. 95. ,* unde factum est , ut ex hujusmodi , aliisque duabus , ut supra enunciatis partitis annua , *nominaliter tamen, cumulata* reddituum quantitate in *scutis 589. et ob. 94.* ceu ex marginali calculo liquet , optatum erectionis opus ad exitum perduci , atque in futurum consistere tuto posse arbitrati fuerint , qui jam piis eorum votis initio nimium indulgentes , nullum nunquam hac in re obstaculum verebantur .

„ Reque vera contracto ære alieno pro expeditione *Litterarum Apostolicarum ,* aliisque impensis , ac suppressione præmissa tam piorum legatorum , quam Archipresbyteratus , et *Conventus B.M.V. de Succursu ,* insignis , *VERBO* tamen, non ro, erigitur Collegiata sub titulo *B.M.V. de Rosario ;* in eaque dignitas principalis , et curata constituitur *Apostolicæ Sedi* semper reservata cum *octo* *Canonicatibus ,* et *quatuor* *Beneficiis* de jure Patronatus *Comunitatis ,* *Hominum ,* et *respective Familiarum ,* queis ad suppressa legata nominatio pertinebat , facta singulis adsignatione dotis , Archipresbyteratui nimirum *sc. 70 ;* *Canonicatibus scut. 50. ,* et *Beneficiorum* unicuique *scut. 15. ,* lege insuper adjecta , ut si quid ex redditibus adhuc superfuisset in quotidianas distributiones convertendum , erogandumque foret .

„ Compositis hoc pacto rebus, executioni committitur de mense Augusto anni 1805. erectionis *Bulla ;* vix autem , ac ne vix quidem Collegiata , *Capitulum ,* *Archipresbyter ,* *Canonici ,* et *Beneficiati* in unum coaluerant, maxima protinus confusio ingesta est tum quoad æconomicam administrationem , tum quoad *Ecclesiæ* servitium , *divinumque cultum .* Qua in re audire præstat *Rmum* *Episcopum* *Civitatis Castellanae* suis in hanc rem de Mense Septembris anni 1808. datis *Literis* ad *S. Congregationem* *Episcoporum ,* et *Regularium ,* a qua dein ad hanc *S. Congregationem* *Concilio* remissæ fuerunt .

„ Il disordine, e confusione , in cui si trova la Collegiata della Terra di Corchiano - Ita *Episcopus ,*

70

401 99

117 95

589 94

„ esige un pronto rimedio. Fu cretta d'tto Collegia-
 „ ta nell' anno 1805. , e dovè fin dal principio crea-
 „ re un debito di scudi 400. per supplire alla spe-
 „ sa I Canonici più non si sono dati carico di
 „ pagarlo, nè di soddisfare i frutti; nè di mettere
 „ in regola l' entrate, nè di sistenare in alcun modo
 „ le prebende, e la Massa comune, non ostante i re-
 „ plicati ordini dati specialmente nelle visite; Imo
 „ ipsi sunt Canonici qui, esigono le rendite, anche
 „ privatamente, ed arbitrariamente in confoso, sen-
 „ za aver scrittura regolata, o dipendenza al Camer-
 „ lengo, ed ognuno procura dar di mano a ciò, che
 „ può rapire senza che possa vedersi verun impianto
 „ dell' entrata, ed uscita a sfogo regolare della massa
 „ *Hee quoad æconomicam administrationem, quello che*
 „ poi più mi grava il cuore, ita etiam Episcopus, è la
 „ mancanza di detti Canonici al servizio della Chiesa,
 „ ed all' adempimento de' loro obblighi, per cui mi
 „ sono trovato in necessità di decretare, col mezzo
 „ di questo mio Vicario Generale colà spedito una
 „ multa di cinque giulj per volta da pagarsi da quel
 „ Canonico, che avesse mancato di celebrare nelle Fe-
 „ ste di precetto tanto la messa dell' aurora, che la
 „ conventuale da lucrarsi da quello, che l' avesse
 „ adempita per così impedire tale mancanza di Messa
 „ al popolo, essendo frequentemente accaduto che il
 „ Canonico ebdomadario non l' adempiva „
 „ *Quid autem - Tutte queste, ed altre infinite providenze*
 „ *usate da me - refert Episcopus,* per mettere il detto Ca-
 „ pitolo in qualche sistema, non sono giovate in al-
 „ cun modo: che anzi il disordine è maggiormente
 „ cresciuto in guisa, che avendo ricorso l' Economo
 „ della Cura per essere soddisfatto della di lui provisio-
 „ ne, ed avendo fo mandato formale sequestro su i
 „ generi, perchè non si consegnassero al Camerlen-
 „ go a veruno, si fece al contrario subito fra i Canoni-
 „ ci la distribuzione di quanto vi era, senza punto
 „ far caso del sequestro, e senza dare cosa alcuna in pa-
 „ gamento all' Economo, il quale avendo poi fortemen-
 „ te reclamato dovetti intimare, le gravatorie a tutti i
 „ Canonici „ *ab his vero quid consilii ceptum est?*
 „ **A tale intimazione i Canonici, nella maggior parte**

- „ forastieri più che mai contumaci, ed ostinati, presso il partito più strano, ed irreligioso; si ritirarono nei propri paesi, abbandonarono la Chiesa lasciando senza ufficiatura, senza Messa, senza Confessori, e solo restarvi il detto Economo, con scandolo gravissimo del Popolo „.
- „ Tot malis, atque adeo gravibus consulendum quovis modo censuit S. isthæc Congregatio, deputato in *Visitatorem Apostolicum Collegiatae ipsomet Episcopo Civitatis Castellanae cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis providendi tam spirituali, quam temporali administrationi, et cum facultate privandi Canonicos absentes respectivis Beneficiis, quatenus factis monitionibus ad residentiam non redierint. At nihil inde fieri contigit, quod Canonicos, Beneficiatos, Capitulum, Collegiatam ad ordinem revocaret sive in temporalibus, sive in spiritualibus, quod non firme fundatur, corrumpi necesse est „, ita evenisse refert Episcopus in Collegiata hujusmodi „ *Cujus pleraque bona adsignata in erectione, vel aere alieno gravata, vel Instrumentorum defectu non bene probata, vel etiam omnino fictitia deinceps reperta sunt* „, concessis ut supra usus facultatibus Episcopus Collegiatam ipsam **SUSPENDIT**, ut ex tempore fatiscenti Machinae remedium parari posset. At machina ipsa quotidie magis in preceps ruere debuit.*
- „ Eversa Collegiata, reditus etiam defecere, quibus Archipresbyter, et Parochus Corchianensis Populi necessitatibus adesse posset. Archipresbyteratui enim bonis Collegiatae adjunctis, fuit Archipresbytero constituta congrua in annuis scutis *septuaginta*, præter *incerta Stolae*. Haud satis tamen, ita fuisse constitutam opus erat, ut congrua ipsa, quamquam per se tenuis exigi, et percipi cum effectu posset. At spe quoque congruam exigendi, et percipiendi destitutus, qui pridem Parochi munere laudabiliterungebatur, *Leopoldus Ridolfi*, Archipresbyteratum, et Paræciam dimisit, unde factum, ut hac in vulgus prolata notitia, vel nemo, vel haud aptus Paræciali ferendo oneri subrogari gravissimo Populi damno postmodum valuerit,

- „ Altero ex iis Archipresbytero, scilicet *Philippo Bracci* de anno 1817. vita functo, ad evellenda radicibus mala renique omnem, quo fieri melius posset, componendam nonnulla S. huic Congregationi proposuit Episcopus *quinque articulis* distincta, quæ uti jacent, oculis Eñorum PP. subijcio
- „ Primo Archipresbyteri bona Collegiatæ adjuncta, segreganda sunt, et hæc uti antiquitus, Archipresbytero assignanda „
2. „ Cum literis Apostolicis donata fuerint Collegiatæ bona Cænobii S. Mariæ Succursus ad Patres S. Augustini spectantia, et hæc adeo sint ære alieno gravata, ut damni potius, quam utilitatis sint, eadem bona formaliter sunt abdicanda indicto Creditorum concursu.
- „ 3. „ In erectione Collegiatæ injunctum fuit onus cujusdam annualis depositi ad dissolvenda debita, et ad restituenda in integrum bona venundata pro expeditione Literarum Apostolicarum, remittendum esset hoc onus.
- „ 4. Ne Collegiata omnino destruat, ex Archipresbytero, septem Canonicis, et duobus Beneficiatis, poterit ipsa redigi ad Archipresbyterum, et tres Canonicos tantum. Archipresbyter habeat antiquæ archipresbyteriæ bona, tribus Canonicis assignentur alia, quæ constant ex centum quinque legatis, quæque jam addita erant Collegiatæ, a quibus tamen bonis legatorum erunt detrahenda nonnulla, quæ ad alienum æs dissolvendum absolute sufficiant. Archipresbyter, et Canonici gaudeant signo, prout in erectione Collegiatæ cum onere interveniendi Missæ Cantatæ, et Vesperis omnibus diebus festis de præcepto.
- „ 5. Missæ, quæ essent celebrandæ reducentur ad Missam pro Populo, et ad quotidianam pro Benefactoribus in genere inter Archipresbyterum, et Canonicos pro æquali dividendæ habita interim absolute Missarum, et Anniversariorum, quibus satisfactum non fuit juxta Bullam erectionis,
- „ Hisce ab Episcopo propositis, Rescriptum datum est ab hac S. Congregatione „ *Eidem Episcopo pro informatione, et voto, auditis Capitulo, et Administratore reddituum, transmissa notula legatorum, et eorum*

redituum, et statu activo, et passivo tam Collegiatae, quam Conventus S. Augustini, nec non modata servanda in redintegratione Collegiatae, quoad redituum, et onera cuilibet assignanda, et referat de summa dissolvendi aeris alieni, an magis expediat temporanea suspensio Canonatuum, excepto Archipresbyteratu, ad conficiendum multiplicum pro aere alieno dimittendo, et redintegrandis bonis distractis, de annua congrua ex nunc adsignanda singulis Canoniceis, et an alia suppetant media minus damnosa.

” Interposita opera Sacerdotis Leopoldi Ridolfi in Convisitatore jam hactenus deputati, S. hujus Congregationis mandatis parere studuit Episcopus, status confectus extitit bonorum, et redituum, quibus massa Capituli ditata fuerat juxta erectionis Apostolicas literas: Extensa pariter extitit *relatio* omnium, quæ obvenerant ab erectionis tempore, quæque ad rem faciendâ erant in posterum. Unisona hæc enim sunt iis, quæ jam de anno 1817. Episcopus proposuerat, et jam superius norunt EE. PP. At horum omnium deerat præcipuum fundamentum: deerant nimirum bona, deerantque reditus. Siquidem bona partim distracta sunt, partim nulli subacta culturæ, neglectaque prorsus, ac deserta, pleraque alieno ære gravata, cumque legata pia, quibus Massa ipsa potissimum conflatur, nulla fuerint legitima hipotecaria inscriptione communita, forte verendum, nec exinde quidquam retrahi, quod loco Congruæ, præbendæque Archipresbytero, Coadjutoribus, unisque, ac alteri Canonico, ad quos pro nunc saltem juxta Episcopi, et Convisitatoris votum Collegiata inducenda foret, adsignari, et constitui posset.

” Mihi *pro voto* re ablegata, vix oculos conjeci in bonorum, et redituum, de quibus agitur, qualitatem in veram, realem eorundem quantitatem, in id scilicet, quod ære alieno, oneribus, impensisque deductis, vere, ac realiter in Præbendarum favore disponendum superesset, perspicere adstatim debui, nullum esse locum posse Collegiatae, et Capituli redintegrationi, et si ad Archipresbyterum, tresque dumtaxat Canonicos circumscriberetur. Meum quam ob rem aperui sensum nonnullis *Foliis* ad hanc S. Congregationem exhibitis, quorum hæc summa fuit,

Ut suspensa adhuc in posterum Collegiata maneret, UT unus Archipresbyter, et cum ipso unus Capellanus Coadjutor seligeretur pro Animarum cura, et Ecclesie servitio; UT hisce congrua, nec minus congrua cum effectu adsigneretur; UT bona omnia, et redditus administrationi subijcerentur idonei, probeque Ecclesiastici viri, qui nedum ad bona, culturam, fructuum collectionem, redituumque perceptionem animadverteret, sed etiam per pensis maturo consilio juribus Collegiatae, et Capituli; ea, quoad res alienum, quoad onera inadimplenda, quoad fructus inexactos, quoad Bona suppressi Heremitarum S. Augustini Coenobii, quoad unita legata pia Chorum, aliorumque iurium, si quae sint, haud interim retardatis inscriptionibus proponeret, quae ad ipsius Collegiatae redintegrationem conducere facilius, ac melius extimavisset, UTQUE post haec, quae modum, et fundamentum exhiberent, unde firmiter, ac tuto consisteret, quidquid constitueretur de *absolutionibus* quoad praeteritum, de *sanationibus*, deque *reductionibus* quoad futurum agendum esset.

Die 27. Maii superioris anni novum tamen ab hac S. Congregatione datum est Rescriptum, Pro nova informatione, transmissa copia Bullae erectionis Collegiatae, et ejusdem statu activo omnium redituum, et referat, an Conventus S. Augustini in Oppido fuerit redintegratus, sin minus cui, et quomodo perfici queat restitutio bonorum jam ad eundem Conventum spectantium, facta interim per Capitulum, vel Promothorem Fiscalem inscriptione hypotecaria favore legatorum, aliorumque piorum operum Ecclesiae relictorum super fundis Debitorum, Quibus, ut Episcopus faceret satis, denno recursum habuit ad *Convisitatorem Ridolfi*. Quid is? Maximam exponens difficultatem, ac fere impossibilitatem conficiendi activum, passivum statum, qui verum, realeque Collegiatae redditum exhiberet, in omnibus, et per omnia in *meum* convenit sensum pro suspensione Collegiatae, pro collatione Archipresbyteratus cum uno dumtaxat Capellano in animarum cura adjutore, pro administratione bonorum omnium, atque redituum, subdens postmodum tum bonorum sup-

suppressi Conventus S. Augustini abdicationem, tum absolutiones, tum suspensiones, tum reductiones, quamquam ex veri, realisque status defectu lateat omnimode, quibus ferendis oneribus quoad præteritum, et in futurum pares esse redditus valeant.

„ Iterum, ut omnia perpenderem, et *Voluntatem* aperire ablegata mihi res est. Pauca datum erit superaddere iis, quæ superiori anno jam exposui. Utcumque tamen, obsequens dicam quo melius potero, quod sentio.

, De qua re agitur jam norunt apprime PP. EE. Id unum, ni fallor; venit in disceptationem, QUOMODO sit consulendum Collegiatæ Corchianensis Ecclesiæ, et si fieri potest, ejusdem Capituli reintegrationi. Jam quid in themate potissimum inspiciendum, patet per se. Inspiciendum est scilicet in activum, passivumque statum, et præsertim in redditus, qui non de jure, et secundum scripturam, et libros quos Capituli Camerarius de more retinet, percipi possent, ac etiam deberent, sed in eos, qui de facto, vere, ac realiter ex bonis; fundisque, ac speciei cujuscumque capitibus, ad Collegiatam spectantibus retrahuntur, ac percipiuntur singulis annis, singulis quoque mensibus, ne dicam dietim. Reditibus enim, et quidem certis rebus opus est, ut Canonici, et Beneficiati de Altari, et Ecclesia, cui inserviunt, vivere possint, utque Capitulum, et Collegiata sustineatur.

„ Ad factum igitur. Constat autem, certeque constat, redditus, quorum adsignatione facta extitit erectio Collegiatæ, vel numquam fuisse pares oneribus ejusdem Collegiatæ ferendis, vel postmodum procul dubio defecisse. Unum quin imo, ac alterum in præsentem conspirasse videtur, ut quæ non firmiter initio fundata fuerat Collegiata, perbrevis dein spatium temporis collabesceret. *Bona suppressi Coenobii Haeremitarum S. Augustini* unita sunt, addictaque Collegiatæ. At vix quisquam noverit, quanti hæc venerint in æstimationem bona, statim suadere sibi cogitur, nihil fore, quod ex fructibus sperandum esset. Venerunt, in æstimationem, pretiumque

que dictum est in scutis sexaginta, semel tantum, et quidem anni termino persolvendis. Manifestum hinc est, delirantium somnium fuisse, quod Pontifici Optimo Maximo exhibuerunt, bona ipsa vim annuam fructuum in scut. 70. esse reditura, reditum namque annuum scut. 70 nemo unquam hactenus, nisi fatuus pretio cessit, alienavitque sc. 60. Ergo fructus bonorum, de quibus agitur perexiguus erat tunc, modo nullus evasit.

„ Ipsaque namque bona, licet valorem attingant scutor. 1868 67. ære tamen alieno, ac frugifero gravata sunt ad vim usque scut. 1254 65., cui quidem si fructus addantur, qui decursi sunt ad diem 10. Martii anni 1819. tantum in aliis scut. 297. 05. Ita ex activo, passivoque statu ad hanc S. Congregationem transmissio.

Caput	1254	65
Fructus	297	05
	<hr/>	
	1551	70
	<hr/>	
Rema- nent	317	03

„ Reque vera ista quidem residua bonorum quisquilia extat amplius penes Collegiatam. Defuncti *Francisci Cagnelli* heredes pro asserto credito scut. 700. possessionem adepti sunt trium fundorum ejusdem suppressi Coenobii scilicet in *Contrada la Torre della quantità di due Rubbj circa*, in *Contrada S. Girolamo di tre Rubbj*, in *Contrada la Selvotta della quantità di sei mezze*, unde liquet, activum a passivo pedum absortum remanere; sed nec parum quidem deficere, ut passivitatibus respondeat.

Sermo nunc sit de novis subductionibus faciendis ex capite LEGATORUM, quæ pro annuo reditu scutorum 401. 99. fuerunt Collegiatæ adsignata. Horum adsignatio innixa extitit fundamento veterum scripturarum Episcopalis Cancellariæ. At rei veritas, et factum protinus commonstravit adsignationem ipsam minus veram, et imo mendacem tum in capite, sive fundis, tum in reditibus. Horum exactio in locationem conductionem, pacta mercede, cessa fuit Vincentio Diofebi, et Joanni Baptistæ Crescenzi. Fundis vero partim evictis, partim non repertis, debitoribus etiam partim decoctis, partim obsistentibus, ac renuentibus solvere quod debebant ob tituli, seu titularum defectum, in auras abiit locatio ipsa conductio; fundi-

- dique sine cultura, et cultoribus cum remanserint, nec amplius retrahi exinde contigit, quod erat pro vectigalibus rependendum.
- „ Est hic ædepol Bonorum Collegiatae status, semel hinc, bis etiam, ac tertio requisitus licet fuerit Episcopus, ut veram ipsius Collegiatae activitatem passivitatem exhiberet; ultimo tandem loco fateri debuit „ E' cosa quasi impossibile formare un esatto „ stato attivo, e passivo della Collegiata: Imperocchè i Terreni della medesima restano quasi tutti „ incolti massime li camporili per mancanza di denaro, per sterparli per indi seminarli, per cui „ appena rendono per pagare i pesi reali. L'esigenza de' Censi sebbene vistosa, questa ancora a „ poco si riduce, perchè molti Censuarij sono decotti, e di molti censi non si trovano le notizie „ degl'Istrumenti, e di quelli che vi sono le indicazioni, manca il denaro per mandarli all'iscrizione delle Ipoteche, per cui il credito non resta assicurato „
- „ Prostant tamen bona *praebendae Archipresbyteralis* pro anno reditu scut. 117. 95. in erectione designata. Ita ne vero? At oppositum liquet ex Episcopi, et Convisitatoris Ridolfi utraque relatione. Archipresbyteratum enim ex reddituum defectu abdicavit primum ipse *Sacerdos Ridolfi*. Deinde post defunctum Philippum Bracei, cum in ipso Archipresbyteratu, qua Economii successerint Sacerdotes Fornari, ac Tedeschini; ambo creditores, unus in scut. 15. alter respective in scut. 85. remanserunt. Rursus in dicto pluries concursu, cum nemo comparuerit, meridiana luce clarius emicat, enunciatio non haud certe subsistere scut. 117. 95. annum reditum, qui certe non adeo tenuis est, ut si revera consisteret, probos, idoneosque ad concurrendum Presbyteros in actualibus, quibus vivimus, infelicibus circumstantiis, non alliceret.
- „ Nulla hinc ex *tribus* bonorum, et reddituum *Partitis*, iisque potissimum ex quantitatibus, quibus desuper Collegiata constituta fuit, fueruntque onera praefinita, in calculo haberi potest pro ejusdem redintegratione, eorumdemque onerum implemento, ac satisfactio-

tisfactione, proinde neque reductio illa quamprimum de anno 1817. de Convisitatoris Ridolfi consilio proposuit Episcopus, fieri potest, ut amplectatur. Unde ne certa congrua pro Archipresbytero, ac tribus Canonicis? Nullibi sane. Potissimum si ad æ alienum convertamus parumper oculos, quo ipsa præmitur Collegiata. *Ex relatione* siquidem dicti anni 1817. liquet infrugifera Collegiatae debitam vim conflare scut. 544. 66., honorum stabilium alienationes ad valorem conscendere scut. 354., distractaque Censuum deposita in scut. 76. 83. **PASSIVUM** quade re Collegiatae statum fore in scut. 975. Expediens quam ob rem, et imo in casu necessarium videtur, quod jam proposui, quodque nunc rebus melius cognitis amplectendum etiam profitentur Episcopus, et Convisitator Ridolfi; **UT UNUS** dumtaxat Archipresbyter cum **UNO** tantum Capellano Adjutore seligatur, **DILATA** interim ad magis opportunum tempus cujuscumque numeri Canonorum, et Beneficiatorum redintegratione,

Plura tamen, in hanc si veniant **EE. PP.** sententiam plura inquam sunt, quibus est occurrendum, consulendumque **CONGRUA** primum præfinienda est pro Archipresbytero; **STIPENDIUM** pro Capellano Adjutore, ut de Altari, et Ecclesia cui inserviunt utriusque alantur, et vivant. **ONERA** dein designanda, et constabilienda, quibusambo facere satis teneantur. Animadvertendum est insuper in hactenus *inadimplata onera*, et in Canonicos, et Beneficiatos, qui propriis respective obligationibus defuerunt. Tandem *de administratione*, deque *Administratore* reliquorum bonorum, et jurium Collegiatae disserendum.

Quoad *Congruam* communiter obtinet, obtineat, et locum habeat, est opus in themate. Nihil communius quam centum pro **RECTORE**. In relatione huic **S. Congregationi** porrecta, Congrua pro Archipresbytero, detractis oneribus ex jure detrahendis, ad annuam, et liberam perlata depræhenditur quantitatem scut. 156., collatis nedum bonis ad ipsum Archipresbyteratum jampridem spectantibus, sed *tribus* etiam ex addictis in erectione Collegiatae *Legatis*. At in rerum actuali statu, inspectis scilicet tum

alieni æris existentia, tum reddituum tenuitate, ac incertitudine prudens, ac necessarium consilium videtur *intra limites* a jure præfinitos Congruam pro Parocho constituere. Scuta *centum* satis pro congrua fuerunt semper, sunt igitur, atque esse satis debent pro Archipresbytero Terræ Corchiani. Sint quidem ab oneribus immunia, et libera, sed non ultra sent. 100. in singulos annos congrua protendatur. Ea vero, nec alia subducantur onera, quæ de jure subducenda sunt, quæque jam in *relatione* Episcopi subducta comperiuntur. *Stolæ incertis* præter Congruam cum etiam perfruatur Archipresbyter, jam inde patet, ut totidem Archipresbytero adsignatis bonis, fundisque; unde libere, pleneque sent. 100: retrahi valeant, hæud posse deficere probos; idoneosque Sacerdotes, qui, concursu indicto, prout certe *indicendus est*, ad Archipresbyteralem hujusmodi præbendam assequendam compareant.

Præsertim si tennes, moderatæque Archipresbyteri *obligationes* præfiantur. Hasce namque ad *Missam pro populo* singulis diebus juxta veterem Tabellam *Festis*, aliasque viginti *Missas pro Benefactoribus* in genere coercuit Episcopus, ejusque Convisitator, in eorum sententiam et ego accedam, ut pluribus aliis superextantibus liberis *Missis*, commodius valeat cæteris obligationibus pro animarum cura, Sacramentorum administratione, Ecclesiæ servitio, ac manutentione, ad Archipresbyterum suapte natura spectantibus satisfacere.

Capellano adjutori post Archipresbyterum consulendum est. Huic porro nec certam præbendam, nec certos fundos in titulum constituerem Sacerdotem prævio examine, et Episcopi adprobatione, sub conditione quoque amovibilitatis præeligendum existimarem, cui ex bonis, et redditibus in administratione positis congruum foret *salarium* in singulos dies, singulosque menses, adsignandum. Hoc esset per Episcopum juxta regionis morem, et necessitatem sensu meo præfinitionum. Præfinitiones quidem Capellani obligationes, quas in aliquibus dumtaxat *missis* pro benefactoribus in genere singulis mensibus celebrandis consistentes arbitrio ejusdem Episcopi relinquerem.

In hactenus inadimpleta onera Collegiatæ, et Capituli, qui-

quibus scilicet facere satis tenebantur Archipresbyter, Canonici, et Beneficiati nunc inquirendum. Erecta plane, conflataque Collegiata fuit ex bonis suppressi Conventus Aeremitarum S. Augustini, Legatorum piorum, et Archipresbyteratus. Onera omnia queis hæc erant obnoxia in Collegiatam translata sunt. Non equidem translatio eorumdem onerum facta extitit in ea qualitate, quantitate, ac numero, ut pridem fundata reperiebantur, sed quoad tempus Erectionem antecedens in ipsis Apostolicis erectionis Literis reducta fuerunt ad certum, determinatum numerum Anniversariorum arbitrio Episcopi præfiniendum. In posterum vero, quoad tempus nimirum erectionem subsequens, præfata ipsa omnia onera reducta sunt pariter, iisque in Apostolicis Literis constituta ad Missam pro populo, singulis de præcepto Ecclesie festis diebus, et ad Missam quotidianam pro benefactoribus respective, nec non ad aliam Missam singulis etiam de præcepto Ecclesie festis diebus per futuros, et pro tempore existentes Archipresbyterum, et Canonicos per turnum respective celebrandos.

„ Præfinitus nec ne unquam fuerit ab Episcopo Anniversariorum numerus in satisfactionem onerum, quæ ante erectionem impleri debuisset; celebrata nec ne fuerint vel in parte, vel in totum Anniversaria ipsa, non plane constat. Vereor tamen, ac imò arbitror nec ullum unquam ex ipsis Anniversariis celebratum, nec celebrandorum quidem numerum ab Episcopo fuisse constabilitum. In postrema enim Convisitatoris Ridolti, et Episcopi relatione legitur
 „ *Conviene inoltre, che la S. Congregazione conceda una generale assoluzione di tutte le Messe non soddisfatte dal giorno, che si avanzò la supplica per la erezione della Collegiata, delle quali era gravato il Convento, l'Arcipretura, e li 105. Legati, fino a tutto il Settembre 1820. per quiete delle coscienze di tutti quelli, che ne hanno avuto parte, e di quelle, che non sono state fatte celebrare per mancanza di entrate.*

„ Et re quidem vera ex præcitatis verbis non obstare colligitur ignoratam etiam forte fuisse absolutio-

nem ab Archipresbytero, et Canoniceis obtentam pro oneribus ante erectionem inadimpletis per celebrationem Anniversariorum ab Episcopo præfinitorum. Hæc si præfinita, si celebrata fuissent, haud amplius pro absolute Missarum „ non celebrate dal giorno, che si avanzò la supplica per la erezione della Collegiata „ solliciti fuissent Episcopus, et Coovisitor. De aliis vero POST erectionem satisfaciendis palam est, fere omnia, vel maxima in parte neglecta, et inadimpleta usque ab initio remansisse. Ab anno enim 1808. retulit Episcopus, quod vix erecta Collegiata „ I Canonici non si sono dati carico di pagare il debito „ quod pro erectionis impensis contraxerant „ ne di sodisfare i frutti, nè di mettere in regola l'entrate, nè di sistemare in alcun modo le Prebende, e la Messa comune, nonostante i replicati ordini da me dati, specialmenie nelle Visite. Si esigono le rendite dai Canonici privatamente, ed arbitrariamente in confuso; Ed ognuno procura dar di mano a ciò che può rapire. Quello poi, che più mi grava il cuore, è la mancanza di detti Canonici al servizio della Chiesa, ed all'adempimento dei loro oblihi, per cui mi sono trovato in necessità di decretare, col mezzo di questo mio Vicario Generale una multa di cinque giulj per volta da pagarsi da quel Canonico, che avesse mancato di celebrare; sed omnia in irritum; tutte queste ed altre infinite providenze per mettere il detto Capitolo in sistema non sono giovate in verun modo, che anzi il disordine è maggiormente cresciuto „ Ad gradum usque, ut Canonici pervicaciores facti Ecclesiam deseruerint „ lasciandola senza Uffiziatura, senza Confessori, con scandolo gravissimo del Popolo.

„ Quomodo sit in themate consulendum videant, atque decernant EE. PP. Anniversariis, Missis, aliisque oneribus, quibus Archipresbyter, et Canonici facere satis tenebantur, et non fecerunt, tanto temporis spatio, a Mense Augusto scilicet anni 1805. usque ad præsens erit plane occurrendum absoluteionis remedio, lege tamen injuncta, ut Missarum numerus celebretur in eadem Causa applicandarum. Quantae sint autem celebrandæ, per quos etiam, quo in loco,

quo

quo tempore præcedenti erit præfiniendum arbitrio Episcopi, qui congruam etiam pro eisdem Missis elemosynam celebrantibus persolvendam decernet, ex administratis Bonorum Collegiatæ redditibus.

„ Injunctum quoque onus neglexerunt Canonici „ *di depositare per rinvestire li fondi alienati per la spedizione delle Bolle Apostoliche non meno, che rimpiazzare i depositi distratti di diversi Censi*; horum quoque defectuum, et inadimplementorum, prout etiam *di qualunque altro distratto, che non se ne avesse notizia, e da ogn'altro deposito, che in qualsivoglia modo fossero obligati di far per qualunque altro caso, o causa; a cui essi fossero tenuti* „ Absolutionem tribuendam ipsis Canonicis postulant Episcopus, et Convisitator. Nec plane dubium quin sit annuendum. Absolutio enim danda pro omissionibus; ne pro iis, de quibus hic agitur ullum pro nunc injungendum onus arbitror, ut satisfactæ, vel compensatæ quovis modo remaneant. De Capitalium enim huc jusmodi, ac Depositorum reintegratione ratio habebitur opportunior in administrationis vel progressu, vel exitu. Habuit, posseditque Collegiata usque a sua erectione tenuem quandam *hæreditatem* defuncti Felicis Parca, quæ licet ex ejusdem dispositione post factam honorum, quibus conflabatur, venditionem, eroganda fuisset in totidem Missarum celebrationem; penes Capitulum nihilominus, ipsamque penes Collegiatam remansit, prout remanet adhuc. Pusilla quidem hæreditas est, quodam enim *terreno* constat in contrada *Capo la ripa*, exiguaque *Domo*, quorum tamen fundorum valor nec in transmissio activo, passivoque statu, nec in relationibus exponitur, proindeque ignoratur prorsus, fundos hujusmodi, qui numquam Collegiatæ addicti legitime sunt addicendos modo, uniendosque, Testatoris derogata voluntate peroptatur. Sed equidem dissentior, neque huic arbitror postulato adhærendum.

„ In irritum cesserunt enim quot hæctenus factæ sunt in Collegiatæ favorem uniones Legatorum Piorum, Bonorumque applicationes. In causa fuerunt hæc, ut potius quam inde Collegiata consisteret, improbi-
orum usus, improbæque dissipationis reos Canoni-

ci sese reddiderint. Eversa nunc Collegiatæ machina, nec cætera sunt evertenda, quæ adhuc salva manent Legata Pia. Quid in posterum eveniet, quid fieri poterit, latet omnino. Namque latet, *num*, et quomodo Collegiata ipsa redintegrari contigerit. *Felicis Parca* quamobrem dispositio suam habeat effectum, et quoad præteritum inadimplementum per datum numerum Missarum arbitrio Episcopi præfiniendum, atque ex bonorum administratorum redditibus satisfaciendum consulatur. Ita plane sentio. Sed non ita satisfactum *integre* hujuscemodi omissionibus, et inadimplementis.

” Canonici sane, qui potius quam agere, quæ debebant, atque onera implere, quibus tenebantur, omnia negligere, omnia pessumdare ausi sunt culpabili methodo, pessimoque consilio, nec videntes quidem furtiva quasi manu redditus Collegiatæ distrahere, suosque in privatos usus addicere contra Leges omnes, omnesque Capituli constitutiones, pœnitentiam agant est opus, ut sese censuris exuant, in quas misere incidisse non ambigitur. Sunt autem contumaces; haud comparent, absolutionem non deprecantur, delitescunt imo in malefactis operibus, contractisque censuris obsurdentes. Monendi sunt igitur ab Episcopo, et personaliter, acriterque monendi, ut eorum conscientias consulant singuli, provideantque injunctis spiritualibus exercitiis per decem dies in aliqua religiosa domo ab eodem Episcopo designanda perficiendis.

” Pauca nunc quoad *Administratoris* deputationem, et *administrationis* modum. Segregatis bonis pro Archipresbytero, ejusque congrua, ceu superius propositum est, reliqua omnia cujuscumque speciei sub *administratione* collocanda sunt. Hinc primum *Ecclesiasticus* deputandus *Administrator*. Erit sane Episcopi probum, et idoneum seligere virum, eritque ejusdem Episcopi prudentis arbitrii condiciones, obligationes, emolumenta etiam, si fuerit opus, præscribere, ac præfinire, quibus velut fundamentis, ipsa innixa administratio, bene inchoari, melius prosequi, et prosperum juxta vota exitum exhibere posse videatur. Arduum sane opus, diligenti,
ac-

accurataque factorum, et jurium, quibus bona ipsa involuta sunt, cognitione contrectandum.

” Quod ut facilius evadat *Statum* imprimis conficere oportet bonorum omnium, et Jurium ad Collegiatam pertinentium. Hisce cognitis cognoscenda sunt singillatim, et intimius investiganda *onera* quibus bona ipsa, juraque obnoxia manent, qua in re solenter, et cante agendum est. In ea nedum enim inspicendum est *onera*, quæ piam continent *causam*, quæque Canonicis, et Capitulo satisfacienda incumbunt; sed *caetera* potissimum prænoscenda, quibus devincta præfata bona sint, ac esse possint in favorem *Extraneorum*. Recta hinc, stationque pergendum ad *Hypotecarum Tabularia*. Ii Codices volvendi sunt, ac sedulo revolvendi, ut inspectis vinculis, et hypotecis, omnibusque cognitis oneribus, inde liqueat nedum quanti æstimari possint Collegiatæ bona, sed qui quotque præsertim sint veri, reales, ac liberi dictorum bonorum redditus in ejusdem Collegiatæ favorem disponendi. Post hæc si noverit Administrator tum fundos consistere, tum fundorum superesse liberos redditus, quibus Collegiata uti frui valeat, *Transcriptionis* ope si *proprietas* ad ipsam pertinet Collegiatam, neque transcripti fundi hactenus fuerint, ac respective *Inscriptionis* remedio, si jus dumtaxat in *fructibus* eidem competat Collegiatæ tum ipsi fundus, tum ipsi fructus, et redditus in tuto collocandi sunt. Primum hoc porro studium, et hæc potissima esse debet Administratoris cura, quemadmodum prima etiam, et magis necessaria sit hæc oportet *impensa* cum administrationis redditu peragenda, ut successivo tempore non amplius de proprietate, ac possessione fundorum, deque reddituum securitate in favorem, et utilitatem Collegiatæ dubitari possit.

” Superius, quæ innui, omnia etiam studiosius forte agenda sunt, quoad bona suppressi *Caenobii Haeremitarum S. Augustini*. Pretium emptionis venditionis hujusmodi plene indigitat eorundem bonorum passivitates, pretio enim sexaginta scutorum, quot erant a Capitulo semel persolvenda, haud certe minus acquiritur redditus scutorum 70., qui fuit in
gal-

calculo habitus pro erigenda Collegiata. Sed si tunc annum exhibere redditum nequibant bona illa, prudenti tamen instituta administratione non erat forte impossibile, ut aliquid exinde superesse posset, quo Collegiata perfrueretur. Siquidem pertinebant bona, ceu vidimus ad valorem scut. 1868. 67. æs alienum frugiferum in scut. 1254. consistebat; sed mitis admodum ejusdem fructus, qui ad scuta 15. annua circiter conscendisse ex *relationibus* deprehenditur, meliorem efficiebat eorundem Bonorum conditionem.

” Mox plane in cumulum adacti fructus ad vim supra scut. 500., moxque creditum *Francisci Cagnetti*; quod licet *Transactione* consopitum, ad vitam revocari, quo nescio modo contigit in scutis *septingentum*; nec non etiam capta per ipsum Creditorem judicialis possessio *trium fundorum* ad ipsum Coenobium olim spectantium, sunt in causa quominus bona ipsa passivitatibus obruta excessu videantur. At hac in re quidem plurimum posset opera, studium, solertia administratoris. Decursæ alieni æris usuræ non admodum difficile conciliari cum creditoribus, et reduci possent. Si fructus etiam adeo sint mitis in singulos annos, nec etiam difficile, ut reducuntur, concilianturque sortes. *Transactio* item crediti *Cagnetti* ad examen revocanda; illud scilicet inspiciendum, quo pacto conflata quantitas scut. 700., et quomodo, quo tempore præsertim extinguenda. Inspiciendum etiam, quo jure Creditor in possessionem ierit *trium fundorum*, num scilicet eorum fuerit adeptus omnimodam, et absolutam proprietatem, num potius de credito satisfieri cum fructibus debuerit per modum *Salviati Conventionalis*. Omnia hæc ad præsens in occulto sunt, nihil est igitur quoad bona hujusmodi decernendum.

” Illud enim nec prudenter constitui nunc posset, isthæc nimirum abdicanda esse, ac dimittenda bona in favorem creditorum, ut in *Relationibus* insinuatum. Grave namque periculo sese exponeret Collegiata, nedum de fructibus omnibus, si quos hactenus percepit, reddendi rationem; sed etiam de distractis bonis

nis , effectibus , mobilibus , eorundem Creditorum cætum reintegrandi . - *Dovrà però la Collegiata , ita in postrema legitur Episcopi relatione . restare obligata a dar fuori porzione del prezzo del Terreno Casale delle Monache impiegata per la spedizione delle Bolle Apostoliche , il prezzo delle diciassette Pecore date in affitto al fu Tommaso Giorgi forse conteggiato da Monsig. Vescoo cogli eredi del medesimo nel di loro dare ; ed avere col Capitolo , e tutto ciò che di Mobilia apparteneva al suddetto convento è stato da essa alienato , .* Cautè proinde , et quam cautè agendum in themate . Si spes foret cum creditoribus conciliandi tum quoad usuras , tum quoad sortes : si jam in parte cum perceptis fundorum fructibus imminuto Cagnetti credito non desperata , nec remota videretur eorundem fundorum reintegratio ; cur quæso , quo consilio hæc omnia perdere , insuperque Collegiatam periculo exponere , atque oneri refundendi Creditoribus , quæ omnia percepit , distraxitque ? „

„ Opportunius hinc mihi videtur , et magis expediens , ut omnia hæc iterum enucleanda comittantur Episcopo , et administratori , ut supra deputando , post quorum novam relationem Ratio habeatur , et providebitur . „

Dubia itaque proponuntur .

- I. *An , quomodo , et ad quod tempus sit servanda suspensio Collegiatae Oppidi Corchiani , seu potius , et quomodo sit locus ejusdem redintegrationi in casu etc.*
- II. *An , quomodo , et in qua summa sit præfinienda congrua Archipresbitero , et quae sint eidem addicenda onera in casu etc.*
- III. *An , et quomodo , et in qua summa sit præfiniendum Salarium pro Capellano Adjutore , et quibus sit conditionibus eligendus in casu etc.*
- IV. *An , et quomodo sit concedenda absolutio quoad praeteritas omissiones in casu etc.*
- V. *An , et quomodo sit facienda applicatio hereditatis bo. me. Felicis Parca in casu etc.*
- VI. *An , et quomodo sit a censuris concedendo Canonici absolutio in casu etc.*

VII. *An, quomodo, et quibus cautelis sit deputandus Administrator, et gerenda administratio in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam juxta votum Eñi Relatoris.

Ad II. Affirmative in annuis scutis centum solvendis ab Administratore præter incerta stolæ, injuncto onere applicationis missæ pro populo, et aliarum viginti Missarum pro benefactoribus juxta votum Eñi Relatoris.

Ad III. Affirmative juxta votum Eñi Relatoris.

Ad IV. Affirmative juxta votum Eñi Relatoris injuncto aliquo Missarum onere arbitrio Episcopi.

Ad V. Negative in omnibus juxta votum Eñi Relatoris.

Ad VI. Affirmative arbitrio Episcopi, injuncta tamen gravi, et exemplari penitentia.

Ad VII. Affirmative juxta votum Eñi Relatoris, injuncto Administratori onere redditionis rationis singulis annis coram Episcopo, qui eam transmittat ad S. Congregationem singulis trienniis, et ad D. Secretarium cum SSño quoad omnia.

*Ses 24. cap. 12.
de Ref.*

AUXIMANA DISTRIBUTIONUM. Antiquitas erecta Collegiata Montis Fani Auximanæ Diocesis præter beneficiatos, qui Ecclesiæ inserviunt, octo habet Canonicos, ac Præpositum, quorum cuilibet sua constituta est separata præbenda, ac præterea massam possident communiter administratam, cujus redditus ratione majoris, minorisve servitii distribuuntur interesse habentibus, et hæc massa pinguior est præbendis, quibus unusquisque ex Canonicis fruitur. Singulis autem ex iis adeo inhæret onus coadjuvandi Præpositum in iis, quæ sunt parochialis officii, ut cum primum canonicatus possessionem capiunt, parochialibus muneribus obeundis juramentum emittere debeant; et quoties inhabiles renunciantur ad audiendas Sacramentales confessiones, vel jubilationis indultum post expletum laudabile quadragenarium servitium consequuntur, ab exercitio præfati oneris juxta Episcopalia Decreta, et Rescripta S. hujus Congregationis sive per se, sive per alios nunquam eximuntur.

Ille omnium cura, cujus exercitium primario penes Præpositum, secundario vero penes cæteros Ca-

nonicos tanquam Præpositi coadjutores residet, præcipua causa fuit, cur SSiſmus restitutis rebus per Eminentissimum a Secretis Status redintegrari mandaverit die 28. Martii 1820. memoratam Collegiatam Ecclesiam, quæ cæterarum vicissitudines in Italico gubernio perpessa fuerat.

Quare in locum residentię sese conferre debebat Canonicus Franciscus Vagnozzi, officium confessarii octo fere ab hinc annis exercens in Monasterio Visitationis S. Marię Loci Offanię ejusdem Auximane Dialectis. At Moniales supplicarunt Sanctissimum, ut dignaretur confirmare ad alios sex menses præfatum Canonicum in munere Confessarii, illumque dispensare a residentia in nuper restituta parochiali Collegiata MontisFani, ita tamen, ut idem Canonicus posset pro suo lubitu, vel fallentias persolvere, vel tertiam partem distributionum amittere, vel per Coadjutorem, aut Substitutum residentiali munere fungi, quin res in Capituli manibus poneretur. Confirmationem in officio Confessarii indulgit Sanctissimus, at in reliquis voluit, ut ipsemet Canonicus Vagnozzi recurreret. Hic proinde ad exitum properante semestre concessæ absentię supplicem exhibuit libellum, eidem Sacratissimo Principi exponens restitutionem Collegiatę, et indultum postulans absentię.

Voti compos factus, a Secretaria Memorialium rescriptum prodiit, *ut a residentia, et servitio chori abesse valeat, et nihilominus Canonicatus sui fructus, redditus, ac proventus percipere possit ad sex mensem dumtaxat, si tandiu.* Eminentissimus Episcopus, cui fuerat concessio pro executione commissa, in rescripto, hæc addidit - *Relicto interim onere eidem Oratori Sacerdotem Confessionibus audiendis approbatum, et idoneum substituendi; qui in obeundis muneribus parochialibus Collegiatę suis vices gerat* - Et hoc indultum ad alios sex menses iterum a Sanctissimo fuit prorogatum.

Interea Angelus Raffaelli ejusdem Collegiatę Beneficiatus a Canonico Vagnozzi rogatus ejus vices gessit quoad ægrotorum assistentiã, quousque audivit se obnoxium futurum iri punctaturis, nisi a suppleendis vicibus absentis Canonici abstineret tempore

340 Die 24. Novembris 1821.

re choralis officiatorum. Quamvis enim Canonicum ob onus praebedae adnexum absint ad praestandam aegrotis assistentiam, quin fallentis subiciantur, non ita tamen fit in Beneficiatis iis, qui ex propriae praebedae fundatione hoc onus non habent.

Obtenta indulta Canonicus Vagnozzi tunc tantum Capitulo exhibuit, cum de distributionum massa dividenda aliquid consilii Canonici capere parabant. Sed quia distributiones lucrandi una cum praebedae fructibus facultatem sibi factam a Sanctissimo fuisse contendebat Vagnozzi, negaret vero Capitulum, vehemens hinc exarsit controversia, quae dirimenda S. huic Tribunali fuit ablegata. Exoptat itaque Capitulum, ut declaretur non solum Vagnozzi quotidianas distributiones amittere debere, verum etiam eandem mercedem ab eodem esse persolvendam, quam pro substituto in cura animarum impendere debuisset.

Eminentissimus Episcopus, qui fuit de sua sententia rogatus, epistolam transmisit Vicarii Foranei, in qua legitur, quae sit Ecclesiae illius consuetudo, quaeque constitutiones Capitulares, eamque EE. PP. oculis subjicio - *Io posso aggiungere, che le costituzioni del Capitolo niuno esentano dalle puntature, ossia perdita proporzionata delle distribuzioni quotidiane, che non intervenga al Coro, salvi i due mesi di vacanze accordati dal S. Concilio di Trento nei soli giorni feriali, fuori di quei, che sono impiegati per gli affari del Capitolo, o infermi residenti nel Paese, o anche fuori, purchè vi stiano per interesse del Capitolo, o assistenti al Vescovo in tempo di S. Visita, o assenti per publici affari della Chiesa Collegiata.*

Essendo finalmente la cura delle anime presso il Capitolo, niuno addetto al coro viene puntato nel tempo, che resta impiegato per la parrocchia, nell' amministrazione cioè de' sacramenti, assistenza de moribondi, istruzione dei fanciulli nella dottrina cristiana, e cose simili.

Chiunque poi degli addetti al coro si è nei tempi passati dovuto trattenere fuori della residenza per lungo tempo, come sarebbe causa studiorum, o per

ragione di malattia, o per altro ragionevole motivo, per non soggiacere alle puntature ha sempre dovuto ricorrere alla S. Congregazione del Concilio, la quale dopo intese le favorevoli informazioni del Vescovo, e del Capitolo ha condisceso per quel tempo, che ha creduto, col rescritto però sempre dimissa tertia parte delle distribuzioni quotidiane.

Senza riandare tanti altri casi, che vi sono nei tempi passati, l'istesso Signor Canonico Vagnozzi n'è l'esempio più fresco. Nell'anno 1802. fu egli fatto Beneficiato di numero di questa nostra collegiata, ed era allora in cotesto Seminario Campana studente di S. Teologia. Supplicò allora la S. Congregazione del Concilio per rimanervi affine di compire il suo corso Teologico. La S. Congregazione udito favorevole il voto dell'Eminentissimo Vescovo, e del Capitolo condiscese per un anno col solito rescritto, dimissa tertia parte; poco tempo dopo, avendo egli fatto il calcolo dell'entrata del suo beneficio, cercò di volere più tosto pagare le puntature, che stare al Decreto della S. Congregazione. Il Capitolo in ciò gli si oppose, e dovè stare a quanto era stato decretato dalla prelodata S. Congregazione.

Nell'anno susseguente replicò novamente le sue istanze presso la S. Congregazione per seguitare a rimanere in Seminario per la stessa ragione, ma udito novamente il parere del Capitolo, il quale gli fu contrario, dovè egli partire dal Seminario, e ritornare alla sua residenza.

Tutto ciò avvenne al Vagnozzi, essendo semplice Beneficiato, al quale come tale non incombeva l'esercizio della cura delle anime, essendo ora per istituzione Canonico coadiutore al Preposto nell'amministrazione della cura delle anime, come tutti gli altri Canonici, non saprei dire, se sia giusto, che seguiti a trattenersi fuori della residenza per fare il Confessore di Monache, dalle quali viene bene stipendiato, e lucrare inoltre tutta l'entrata del suo canonicato, con pregiudizio degli altri, dopo essersi assentato per il lungo lasso di anni otto circa, cinque come Canonico, e tre come Beneficiato; avven-

avendo goduta la sua Pensione come Beneficiato , e ricevuta sempre l'intera sua porzione di decime riscosse prima come Beneficiato , e poi fatto Canonico , come Canonico benché assente .

Capitulum plura affert in suis scriptis , ut ostendat Indulta a Canonico Vagnozzi obtenta nullitate laborare , utpote obreptionis , et subreptionis labe infecta ; ab hoc vitio e contrario ea defendit Canonicus Vagnozzi , sed ab his referendis consulto me abstinco , tum quia petita a Capitulo facultas super iis obloquendi non fuit concessa , sed tantum rescriptum fuit a R. P. D. Auditore Sanctissimi sub die 14. Junii proxime præteriti *adeat S. Congregationem Concilii* , tum etiam quia quæstio definiri valet interpretatione dumtaxat rescripti Sanctissimi , quin obreptitium , et subreptitium declaretur , præ oculis nimirum habitis iis Indulti verbis , *et nihilominus Canonicatus sui fructus , redditus , ac proventus percipere , et exigere valeat* , utrum scilicet hæc facultatem Canonico Vagnozzi dederint percipiendi nedum præbendæ redditus , sed etiam quotidianas distributiones , ut deinceps tuto judicari possit quid percipere ipse valeat , quidque amittere debeat .

Docent Canonistæ , fructus præbendarum , ac distributiones quotidianas valde differre inter se , illorum enim nomine venit quicquid percipitur ex bonis vel juribus fixe , ac perpetuo ipsi beneficio adnexis , ac beneficiato ex sola ratione beneficii absque alio onere vel servitio debitis : distributionum e contra appellatione intelliguntur ii redditus , quibus beneficiatus fruitur ex causa actualis servitii , interessentiæ in choro , ac divinis officiis . Certum quippe esse tradit de *Luca de canon. , et capit. dis. 16. n. 2. , et 6.* dictis distributionibus non convenire vocabulum fructus ; quodque magis præcise confirmat *Gozal. sup. Reg. 8. Cancell. §. 7. præm. num. 186.* - id ipsum tradit *Piton. discep. eccl. 1. 2. 16. , et Rota in addit. ad decis. 576. part. 4. recen. sub num. 52. ,* docuitque S. hæc Congregatio tum in *Dubiis Indultorum 6. Martii 1820. , tum in Romana Pensionis 21. Julii proximi præteriti .* Hinc ea est S. Congregationis praxis , ut quoties conceduntur indal-

Indulta absentiae, vel causa studiorum, vel ratione munerum, quae non sunt adnexa praebendae, semper quotidianae distributiones amittantur ab Indultariis, si excipiantur addicti S. Sedis servitio sive in Ecclesiastico, sive in temporali munere, prout jam statutum fuerat a Congregatione particulari deputata a S. M. Innocentii XII. Hinc contendit Capitulum, debere Canonicum Vagnozzi amittere tertiam distributionum quotidianarum partem, cum expressam facultatem ei Sanctissimus non indulerit lucrandi quotidianas distributiones, quas ex jure amittunt absentes licet ex legitima causa, non tamen ex opere, vel munere propriae praebendae injuncto in fundatione, sed ut alterum officium exerceant, ex quo etiam lucrum percipiunt, ut in themate esset in Canonico Vagnozzi, qui et integros praebendae fructus, et distributiones perciperet, et praeterea emolumentum exigeret a Monasterio ob Confessarii munus.

At favore Vagnozzi animadverti posset praeter fructus omnes sui Canonatus, aliquid aliud ei voluisse concedere S. M. ne caetera rescripti verba, scilicet, *reditus, et proventus* inutiliter jacerent. Et quoniam praeter fructus, et distributiones quotidianas nil aliud percipiunt Canonici Montis Fani; hinc etiam istae equipollenter concessae videntur, expressi namque, et equipollentis eadem est ratio *L. cum quid ff. si cert. petat. L. si filius familias ff. eodem*, unde equipollentia videntur verba *reditus, et proventus*.

Quatenus E. E. P. P. censeant verba Indulti non loqui etiam de distributionibus quotidianis, ita ut sint haec a Canonico Vagnozzi amittendae, tunc judicare debebunt, an hic praeterea relaxare aliquid aliud debeat ratione non exercitae curae animarum, quod emolumentum persolvere debuisset substituto deputando juxta E. M. Episcopi executoriale decretum. Hoc emolumentum ut persolvatur a Canonico absente, postulat Capitulum.

Et sane etiam ex justa causa e. paræoia Parochi discedentes relinquere debent idoneum Vicarium, qui cum ejus vices gerat, ab eo debitam mercedem exi-

gat congruum; æquumque est; dignus est enim operarius mercede sua *Reiffenst. lib. III. in jus Can. tit. 4. n. 28.* Et revera apud Collegiatam Montis Fani invaluit praxis, Canonicum sive absentem; jubilatumve; vel debita scientia carentem, suis sumptibus Vicarium idoneum, qui præpositum coadjuvet, relinquere debere.

Sed Vagnozzi consentiente Eñño Episcopo in Vicarium reliquisse assertit beneficiatum Raffaelli; idque retulisse Capitulo in aula Capitulari degenti ad negotia expendenda.

Negant exadverso hanc relationem Capitulares; eamque non apparere ajunt in publicis libris. Juratam dein attestationem memorati Raffaelli transmiserunt adfirmantis, a Vagnozzio fuisse requisitam pro suis vicibus adimplendis, donec abesset, in infirmorum tantum adsistentia. Cum autem præterito mense Novembris ei innotuisset ob hujusmodi servitium non eximi a punctaturis, illud statim deseruit, nec emolumentum sibi promissum pro labore recepit.

Videant itaque EE. PP., utrum quod supra de Parochis præscribitur, quorum absentium vices nullus alius ex officio peragere debet, locum habeat in Canonicis Montis Fani, qui omnes ad coadjuvandum Præpositum in exercitio Curæ adstringantur; ita ut si eorum aliquis, non relicto vicario, a residentia discedat, cæteris, qui illius onera impleverunt, mercedem impendere debeat. Et quoniam Canonici separatam non possident præbendam, quæ præcise iis assignata sit pro cura animarum, sed omnes præbendæ fructus pro utriusque officii onere percipiuntur; videant EE. PP., utrum in distributionibus quotidianis contineatur etiam emolumentum pro compensatione majorum laborum.

Sit itaque sequens dubium dirimendum „

An, et qui fructus, redditus, et proventus sui Canoniciatus percipere debeat Canonicus Vagnozzi in casu etc.

Non proposita cum sequentibus.

**MARSORUM DIVISIONIS CAPELLANIA-
RUM.** Sacrorum Ministrorum numerus jam ob pu-
blicas vicissitudines valde imminutus in Dioecesi præ-
sertim Marsorum, nunc vero ob auctam Patrimo-
nii taxam ex novissimo Concordato inter S. Sedem
et Serenissimum Ferdinandum utriusque Siciliae Re-
gem pene deficit. Licet enim, ut Clericorum decen-
ti sustentationi provideretur, sapientissime constitu-
tum fuerit, ut Patrimonii taxa non minorem redi-
tum 50. Ducatorum monetæ Neapolitanæ præbeat
in singulos annos, tamen clericis, ut plurimum
adeo parva supellex est, ut sibi reditum hunc con-
stituere nequeant. Ne igitur ex Ministrorum defe-
ctu damnum percipiant oves suæ curæ concreditæ,
modernus Marsorum Episcopus supplex adiit S. hanc
Congregationem postulans facultatem dividendi duas
Capellanas, quarum collatio, et provisio ad se spe-
ctat, ut ita ex duabus quatuor constitutis, titulus
ad Ordines recipiendos sufficiens quatuor clericis
idoneis paretur.

Ejusdem Episcopi circa oblatas preces votum, et informa-
tionem exquisivi, quæ ita se habet, „*Capellaniae præ-
dictae fuerunt a quondam Julio Caesare Lattaro Vil-
lae S. Sebastiani hujus Marsicanae Dioecesis sub
die 5. Februarii Anni 1696. hac inter alias apposi-
ta conditione, ac lege, ut Capellani omnes, ex-
cepto uno D. Andrea di Luca ab ipso Fundatore in
altera illarum primo Capellano designato, in qua-
cumque vacatione ab Episcopis Marsorum pro tem-
pore in perpetuum eligerentur, dummodo tamen
Dioecesani Sacerdotes essent, bonisque vitae, mori-
bus, ac virtutibus præditi, prout ipsis Episcopis
conscientia, ac prudentia sua suggesserint, ita ta-
men, ut si Sacerdos, aut Clericus aliquis ex Am-
brosio di Pietrantonio per lineam masculinam de-
scendens existeret, hic in electione præferretur.*

*Linea masculina præfati Ambrosii jamdudum extincta,
nullus nunc extat ad dictas Capellonias passive vo-
catus, ac proinde liberum est hodie Marsicanis Epi-
scopis Sacerdotes Dioecesanos sibi melius visos, prout
in Fundatione, ad ipsas eligere. Equidem in ultimis*

vacationibus alteram earum obtinuit Sacerdos D. Vincentius Cambise, alteram Sacerdos D. Joseph Addari hujus Dioecesis, et ob hujus obitum nuper sequutum una ex illis in praesentiarum vacat.

Ast quum in praesenti rerum statu haec Marsicana Diaecesis pluribus indigeat Sacris Ministris, vix autem unus aut alter Clericali Militiae adscriptus Sacrum Patrimonium possit sibi constituere ob ejus redditum ultimo concordato hujus Regni ultra medietatem antiqui Patrimonii, scilicet a viginti quatuor usque ad quinquaginta Ducat. nostrae monetae auctum, qui quidem redditus et a publicis oneribus immunis esse, et juxta organicas hujus met Regni leges non secundum Peritorum, ut prius solebat, sed secundum Catastri, quem PROVISORIUM appellant destinationem computari debet (hoc autem ad Sexaginta tres Ducatos usque redditum ipsum extendit) Capellaniam praedictam, ut supra vacantem, sicut et aliam quando vacaverit in duas aequales partes dividere, easque Clericis pauperibus, quibus alia media non suppetunt S. Patrimonium sibi constituendi, aetate ceteroquin, scientia, morum honestate, aliisque Canonice requisitis praeditis, durantiis tantum circumstantiis assignare, ad hoc ut ad Sacros Ordines ipsarum titulo promoveri, atque Ecclesiae servitio mancipari possint, in votis habeo.

Siquidem Capellaniae praedictae annum singulae habent redditum ducatorum centum octuaginta monetae hujus Regni cum onere solvendi ex eis viginovem circiter pro Regiis Collectis, Capellam S. Antonii Patavini intus Ecclesiam Parochialem dictae Villae S. Sebastiani erectam manutenendi, ac necessariis suppellectilibus in communi providendi, nec non plenas Missas biscentum sexaginta pro qualibet ipsarum celebrandi.

Si igitur x summa ducatorum nonaginta, quae dimidius est redditus cujusque Capellaniae quindecim circa demas pro Regiis collectis, quod reliquum est, nedum ad Sacri Patrimonii constitutionem juxta Concordatum praedictum, verum et ad caetera onera sustentanda salis, superque erit.

Porro quum haec omnia ad Divini Cultus, ac Religionis augmentum, nec non ad Fidelium aedificationem,

eorumque animarum salutem maxime conferant, ea per Vos mihi, Eminentissimi Patres, concedi posse arbitror.

Defunctorum pias voluntates executioni committendas esse, nec ulla umquam ratione immutandas, nisi justa, subsit causa decrevit S. Tridentina Synodus vetustiorum Canonum vestigia sequuta *Sess. 22. de Refom. Cap. 6.* Ubi autem justæ causæ id suadeant nihil impedit, quominus Romanus Pontifex piam immutet Testatoris dispositionem, quemadmodum probat praxis hujus Sacræ Congregationis, quæ iusta causa concurrente affirmative pro commutatione sæpissime respondit. Porro in casu de quo agitur nihil immutatur quoad substantiam piæ dispositionis, sed tantum circa modum. Cum enim Fundator voluerit, ut duo essent Capellani, Episcopus exorat ut quatuor hi sint, et Missas celebrent, quas in suffragium animæ suæ celebrandas constituit pius Institutor.

Nec prætereundum est, quod defunctus cum has duas Capellantias fundavit non quidem sibi proposuit, ut duo Capellani taxative Missas celebrarent, sed *desiderando di disporre esso vivente per la salute dell' anima sua* piam institutionem peregit. Nihil ergo detractum foret saluti animæ pii hujus defuncti, si a duobus, vel pluribus Sacerdotibus numerus Missarum a se relictarum persolveretur.

Videant igitur Eminentissimi Patres an servanda juxta literam sit fundatio, vel potius Episcopi precibus sit annuendum. Dubium erit.

An, et quomodo sit annuendum precibus in casu eo.

Sess. 22. cap.
12. de Reform.

AMERINA REDUCTIONIS, SEU NOVAE DOTATIONIS. Sex habet Beneficiatos Ecclesia Cathedralis Amerina, qui ejus servitio mancipati Choro interesse debent alternative diebus ferialibus, omnes diebus festivis, et Diaconi, ac Subdiaconi ministerium præbere Canonicis solemniter celebrantibus. Donatus erat unusquisque parvo quidem, sed sufficienti reddito, ut ipsi fatentur, sibi proveniente ex separata præbenda, quam quilibet administrabat. Quatuor ex his, qui primæ erectionis dicuntur, anno 1634. Capitulum, sibi reservato jure patronatus, Capitularibus bonis provisit, ac præterea aliud prædium nuncupatum *Urbestale* iisdem tradidit onere iis imposito, ut diebus ferialibus Missam Conventualem applicarent. Reliqui vero duo Beneficiati sequiori ævo erecti fuerunt annis scilicet 1776., et 1778. ab Episcopo Justiniani assignatis fundis totidem simplicium beneficiorum, adjunctoque servitio Chori.

Cum autem cujusque præbenda in terrulis inter se valde dissitis constituta foret, ac proinde sufficientem tantum, sed non honestam sustentationem ipsis præberet, hinc tum primæ cum secundæ erectionis Beneficiati in propriis comitiis alienare statuerunt omnes illas terrulas, quæ adæquant juxta censuales tabulas mille scutata, nec non emere latifundium nuncupat *Penna Vecchia*, illudque in comune possidere, sicut jam possidebant prædium *Urbestola*, divisa inter se ipsos Missarum Conventualium applicatione, quod onus etiam secundæ erectionis Beneficiati acceptarunt. Hisce a S. Sede approbatis per Decretum S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, postulatoque ab ipsis, et præstito consensu a Capitulo, Episcopus delegit unum ex Canonicis, ut custodiret pecunias, quas Beneficiati erant exacturi, ex præbendarum alienatione -

Itaque labente anno 1805., pacti sunt cum quodam Barghiglioni emptionem dicti fundi *Penna Vecchia* pro scutatis 1500. quorum usque ad integram solutionem interusura statuerunt sex scutatorum pro quolibet centenario, et anno.

Quamvis integrum venditarum terrularum pretium in empti prædii solutionem erogare debuissent Beneficiati, tamen ex scut. 1268. 75., quæ ad totum annum 1808. ex venditione receperunt unicam tantum summam scut. 986. 78. pro empti prædii solutione consignarunt, cæteras vero summas in alios usus impenderunt. Hinc debitores remanserunt reliqui fructiferi nominis in summa superextanti scut. 513. 21.. Interea dies cecidit favore Berghiglioni integræ conventionis solutionis, sed Beneficiati nec residualem sortem, nec fructus solvere curarunt. Factum hinc est, ut Venditor eos in iudicium vocaverit, et post diuturnam litem primum Tuderti, deinde Romæ ipsum prædium *Penna Vecchia* a Beneficiatis emptum pro summa scut. 1500., facta publica licitatione fuerit deliberatum favore melioris oblitoris pro summa scut. 826. dumtaxat.

Patet hinc ex fundo *Penna Vecchia* damnum obvenisse scut. 674., ac alia scut. 571. tam in interusuriis solvendis, quam pro litium expensis, aliisque causis fuisse consumpta, unde Beneficiatorum congrua, non detractis oneribus, ac missis conventualibus vix consistit in scut. annuis 14. circiter. Quare Sanctissimum Beneficiati primæ erectionis exorarunt, ut *vel onera choralia, vel Missam Conventualem reduceret, vel Canonice, qui jure patronatus præbendam beneficialium fruuntur, ad reddituum augmentum cogeret.*

Preces Episcopo ablegavi, cujus Vicarius Generalis hæc respondit, „*Et si tenues, et valde exigui evaserint redditus beneficiatorum primæ erectionis hujus Cathedralis, ipsi tamen culpa non vacant ab eorum immiutionem, ut manifestè constat ex Voto Capituli, quod, ut jussis Vestris obtemperarem, consului Clare, ac distincte omnia oculis vestris patebunt EE. PP. ex simplici lectione ejusdem Voti, quod hinc adjicere malui, ne plura verba facerem.*

Præter cætera superius exposita habetur in memorato voto, prædium *Urvestole* a Capitulo traditum beneficiariis pro applicatione Missæ Conventualis adhuc penes ipsos extare quin ullam partem fuerit diminutionem, addit demum quoad servitium chorelis re-

ductionem *Ella* (Cathedralis) è *priva di altri Beneficiati*, ad eccezione de' soli due, uno de' quali è *assente per causa de' studj*, l'altro addetto per lo più alla direzione di un Monastero di *Monache*. È pure la medesima *Catedrale mancante di Chierici Beneficiati*, e senza *Cantori*; vedesi dunque quanto sia necessaria l'opera degli attuali *Beneficiati*

Nulli dubium in facto est, reditus beneficiatorum impares evasisse ad onera choralia substinenda, eorumque reddituum decrementum causam suppeditare, ut eorumdem onerum reductio postuletur. Hæc reductio passim conceditur a S. Congregatione, dum non adest divini cultus, choralisque servitii decrementum, vel dum reditus non decreverunt ex culpa præbendatorum. Potius hic inspiciendum videtur, an aliquis reddituum diminutioni ex propria culpa causam dederit, ita ut illam supplere teneatur.

Beneficiati amissorum bonorum culpam in Capitulares refundunt, utpote qui contra eorum voluntatem, fundum *Penna Vecchia* emerunt e Civitate valde dissitum, saxosum, quem lambit Tiberis ex una parte, atque ex alia rupes devoratrix consumit. Præter ea auctis decursu temporis interusuriis causam dedisse, referunt *Canonicum Deputatum*, qui diu eorum pecuniam penes se asservavit, quin illam, uti debebat, ad prædii pretium persolvendum erogaret.

At Capitulum hisce accusationibus respondet innixum præsertim actibus Collegii Beneficiatorum. Beneficiati enim unanimiter subscriptum Summo Pontifici obtulerunt supplicem libellum, et ipsimet consensum rogarunt Capitulum tam pro massa communi, quam pro acquirendo fundo *Penna Vecchia*, unde eruitur a veritate aberrare, omnia superius enarrata suo lubitu Capitulum gessisse. Atque idipsum probant Canonici ex resolutione; quam in Comitibus inter se habitis beneficiati miserunt; ubi deputatus fuit unus ex ipsis *Antonius Tribellini*, ut prædiolis alienandis, et acquirendo prædio *Penna Vecchia* præesset. Præterea *Canonicus* ab *Episcopo* deputatus curam habebat dumtaxat pæcuniæ custodiendæ; venditioni autem terrularum, debique cum *Barghiglioni* extinctioni præfuerat memoratus *Tribellini* ad id a cæ-

te-

teris deputatus, ut præter resolutionem comitii beneficiatorum, constat, ex acceptilationibus a Creditore editis, ubi legitur datam summam ipsam recepisse,, *Dai Cappellani, e per essi dall' Agente da quelli eletto* ,,

Post hæc hinc, et inde deducta videant EE. PP. an concedenda sit postulata reductio servitii choralis ad dies tantum Festivos, vel potius ad redituam in pristinum restitutionem cogendi sint sive Canonici, sive Beneficiati. Nihil enim moror in petita dispensatione ab onere applicationis Missæ conventualis, pro qua preiudicium est, penes Beneficiatos extare integram fundum *Urbestole*, in cuius corresponsivitate Beneficiati ad satisfactionem Missæ Conventualis sese obligarunt.

Certe si rectores negligant, vel omittant quod utile est Ecclesiæ, ex qua negligentia vel omissione sequatur perditio, vel minoratio honorum Ecclesiæ, statuit *text. in Can. quicumque 12. quæst. 4.*, quod iidem rectores teneantur propriis bonis damnum resarcire ad instar Tutoris, qui negligenter res pupilli curavit *Glos. in dicto can. quicumq. ver., aut neglectum ibi Barb. num. 1.*

Vernum contra Capitulum animadverti potest, quod jure patronatus gaudet, atque patronorum esse, ut de congrua dote Ecclesiam provideant *Farnia de jurep. par. 5. can. 4. cas. 1. num. 11.* Item culpa re-dargui potest Capitulum, quia non impedierit bonorum elapidationem, quam ignorare non poterat, et ad eam impediendam stricte obligabatur, etiam sub pæna privationis omnium utilitatum, quas ab Ecclesia habet *Lamb. de jurepa. 2. art. 2. quæst. prin. 3. lib.*

At rursus animadverti favore Capituli potest ipsum jam paratum, fuisse rationem exigere a Beneficiatis gestæ administrationis, quam reapse jam exigisset, nisi Beneficiati ad S. Congregationem convolassent.

Favet etiam beneficiatis impotentia. Pluries autem S. Congregatio absolutionem, concessit nedum a censuris, sed etiam ab onere redintegrandi capitalia ob impotentiam obligati.

Quatenus autem censeant EE. PP. denegandam esse

absolutonem ab onere redintegrandi capitale , tunc perpendere debebunt utrum beneficiati , vel Capitulum ad id teneatur , nec non usque ad quam summam , et qua methodo perfici redintegratio debeat . Hisce præmissis EE. PP. justitiæ simul , et æquitatis erit respondere dubiis , quæ proponuntur .

I. *An sit concedenda dispensatio ab onere applicationis Missæ conventualis in casu etc.*

II. *An , et quæ reductio servitii Choralis sit concedenda Beneficiatis in casu etc.*

Et quatenus negative ad utrumque .

III. *An , et quomodo providendum sit tenuitati reddituum beneficiatorum in casu etc.*

IV. *An sit concedenda absolutio ab onere redintegrandi capitale in casu etc.*

Et quatenus negative ad quartum Dubium .

V. *An , qui , et quomodo ad redintegrationem præstandam teneantur in casu etc.*

Die Sabathi 22. Decembris 1821. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

AUXIMANA DISTRIBUTIONUM.

Sess. 24. cap.
12. de Ref.

Dubium „ An, et qui fructus, redditus, et proventus sui Canonatus percipere debeat Canonicus Vagnozzi in casu etc.

Attento rescripto SSm̃i in casu de quo agitur, affirmative in omnibus, exceptis tantum distributionibus inter præsentis, et compensato arb. Em̃i Episcopi servitio curæ, quatenus Orator per alium non inservierit,

MARSORUM DIVISIONIS CAPELLANIARUM.

Sess. 22. cap.
6. de Ref.

Dubium „ An, et quomodo sit annuendum precibus in casu etc.

Affirmative juxta votum Episcopi facto verbo cum SSm̃o,

Sess. 22. cap.
12. de Ref.

AMERINA REDUCTIONIS, SEU NOVAE DOTATIONIS.

Dubium „ I. *An sit concedenda dispensatio ab onere applicationis Missae conventualis in casu etc.*
II. *An, et quae reductio servitii choralis sit concedenda Beneficiatis in casu etc.*

Et quatenus negative ad utrumque .

III. *An, et quomodo providendum sit tenuitati reddituum Beneficiatorum in casu etc.*

IV. *An sit concedenda absolutio ab onere redintegrandi capitale in casu etc.*

Et quatenus negative ad quartum Dubium.

V. *An, et quomodo ad redintegrationem praestandam teneantur in casu etc.*

Ad I. et II. Negative

Ad III. Dilata

Ad IV. Negative, et consulant conscientiae suae

Ad V. Dilata et scribatur Episcopo juxta mentem

Sess. 24. cap. 1.
de ref. Matr.

MELEVITANA NULLITATIS MATRIMONII.

Redditum judicium fuit de hac causa in Congregatione diei 24. Martii labentis anni, cum proposito Dubio - *An constet de nullitate Matrimonii* - prodiit Responsum - *Negative* - Implorato novae audientiae beneficio, iterum Joachima Cutajar Melitensis nul-

litalis querelam proponit adversus Matrimonium, quod ipsa anno 1811. contraxit cum Francisco Erba. Ne inutili repetitione morer. Eminentissimos Patres, ipsos rogo, ut reassumere dignentur *Folium* ad dictam diem, in quo fuisse tum in *facto*, tum in *jure* de proposita actione disserui. Addam tamen epitomen eorum, quæ Foeminae Defensor in nova allegatione adducit, quæque Matrimonii assertor in contrarium animadvertit.

Joachinae Defensor in eo constituit quæstionis statum, ut sua clientula in infirma, ac imbecilli ætate *tresdecim* annorum, et sub Matris quasi ferrea educatione constituta, nequiret ullo pacto ipsius Matris imperium declinare, ac tali corripere metu, quo omnis ei liberæ voluntatis usus impediatur. Addit insuper non esse hic locum dissolutioni vinculi Matrimonialis jam rite, recteque initi, quo in casu rigidissimæ requiruntur probationes, sed quærendum an, nec ne, rite fuerit contractum, nimirum utrum tot concurrant probationes, quæ irritum reddiderint *ex defectu consensus* contractum, ac proinde nec Sacramenti gratia superaccesserit, ut docet *Beatus Liguorius Theol. Mor. lib. 6. tract. 6. cap. 2. num. 880.* Hinc concludit, perperam ab ipso exquiri eas probationes, quæ omnem in contrarium possibilitatem excludant, cum satis superque sit moralis certitudo ex pluribus conjecturis, et adminiculis simul junctis promanans, quæque licet ultimum evidentia gradum non attingant, certam tamen reddunt Judicem in ferenda sententia.

Has conjecturas, hæc adminicula deducit ex aspera, et violenta Matris natura, ex infirma ætate, et imbecillitate Joachinae, ex atrocibus sævitiis, et ex perpetua illius repugnantia erga Franciscum Erba. Nec succensendum putat quod metus reverentialis iocustus fuerit a Matre, quia ut Filia, etiam erga Matrem habetur, ut subdita, eamque revereri tenetur. *Sanchez de Matr. lib. 4. disp. 6. num. 50. Paschal de Patr. potest. par. 3. cap. 2. num. 57.* ita ex ejus aspera natura junctis minis, ac sævitiis oritur metus ille reverentialis, qui liberum consensum impedit.

valet, ut hæc S. Congregatio censuit in *Ipren Dispensationis 15. Decembris 1719.*

Postea refellere conatur, quæ in præterita actione Defensor Matrimonii animadvertibat, ut probaret Joachimam, licet ab initio invita consenserit nuptiis ineundis cum Francisco Erba, postea mutasse voluntatem argumento ducto *tum* ab exploratione Parochi, *tum* ab expleta connubii solemnitate, sine querela, et lacrymis, *tum* a diuturna cohabitatione, et copula. Parochi enim ex ore in formali examine ne verbum quidem *positivum* excidit, sed tantum - *se non sbaglio - non mi pare - ac demum - ma io non conservo veruna positiva memoria di ciò.*

Testibus vero *negativis*, qui asserunt non vidisse in Joachima aut molestiæ, aut lætitiæ signum in actu celebrationis Matrimonii, prævalent alii Testes *affirmativi*, qui de illius mærore deponunt, quique affirmant non nisi post *tertiam* interrogationem ante Aram respondisse Parocho - *alle insinuazioni della Madre, e dell' Ava, quali le erano al lato:* Cohabitationem demum etiam sequuta commixtione corporum satis non esse pro convalidatione matrimonii, si antea metus non fuerit purgatus sustinet ex S. Congregationis iudicio in *Lib. decret. XIV. pag. 56.*

Et contra animadvertit Defensor ex officio, Matrimonium rite, ac valide contractum fuisse, *directis* probationibus evinci *tum* ex Parochiali Codice, *tum* ex depositione Testium, qui benedictioni Nuptiali adstiterunt, *tum* ex ipsius Parochi, et Proximiorum examine. Contra *directam* vero probationem nihil asserit valere præsumptiones, et conjecturas, quæ *indirectam* tantum probationem constituere valerent. Nec solum leves, quæ pro Joachima afferuntur ac despiciendas dicit probationes, sed imo contendit, aut nunquam intercessisse metum, ex quo irritaretur Matrimonium, aut certe si quando fuit incussus, postea evanuit, aut saltem contractus rati habitione convaluit.

Non intercessisse metum ex eo contendit, quod de *maius*, ac sævitiis deponant tres Fœminæ, quæ in-

verisimilia referunt, et inter se, ac etiam cum ipsa Joachima minime conveniunt. Præterea a pluribus numero, qualitate, ac sexu præstantioribus superantur, qui vel negant sævitias, vel ignorasse deponunt, cum ob sanguinis conjunctionem, et familiares eorum accessus ad domum sponsæ ignorare non possent.

Detrusio vero Filix in Conservatorium tanti hanc habenda est sive ex parte matris, sive etiam Filix, ut eam invitam ad consentiendum induceret. Non enim constat potuisse Matrem, quod minabatur exequi, nec adeo timidæ erat naturæ Joachima, aut expertæ consilii, ut levi metu concuteretur, aut ignoraret quot, et qualia media ipsi præsto essent, ut sese a Matris unguibus eriperet.

Evannit vero omnis metus, cum non unus, alterque dies, sed mensis effluxerit a comminata poena Conservatorii ad Matrimonii solemnitatem. Porro ad irritandum matrimonium non valet metus, qui illud præcessit, nisi probetur metum ipsum usque ad Matrimonii actum perdurasse *Ursaj. discept. tom. 7. part. 2. disc. 25. Rota cor. Ratto dec. 128. num. 7. et decis. 149. num. 2.*

Tandem rati habitationem inducit ex septem annorum silentio super nullitate Matrimonii, ex biennali cum Viro habitatione, et ex debito eidem pluries reddito. Sed cum de iis omnibus egerim in præterito Folio, illud iterum reassumere precor Eños Patres, ut dirimere possint.

Dubium

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In decisis, et amplius.

Sess. 25. Cap.
13. De Reform.

PISANA PRAECEDENTIAE . Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Pisanae Dignitatibus, Canonicis, et Beneficialis sive Capellanis constat. Hujus coetus seniores in Choro ordinario privilegio gaudent sedendi immediate post Canonicos, et in eadem linea, sed genuflexoria Canonicorum panno viridi ornari debent, quæ si vacua sint, non licet Capellanis occupare, ut resolutum fuit ab hac Sacra Congregatione in *I. Dub. Pisanae 18. Augusti 1731.* Mos est in eadem Metropolitana, ut in aliquibus certis diebus Parochi civitatis sacris functionibus intersint, pro quibus scamna in medio Chori ponuntur; In publicis vero supplicationibus, quando Capitulum, et Parochi interesse solent, hi integro Capitulo præcedentiam cedunt.

In eadem Pisanarum urbe adest antiqua Parochialis Ecclesia S. Sixti Papæ, et Martyri dicata, cujus hodiernus Prior Reginaldus Panichi sibi jus competere asserit sedendi in Choro immediate post Canonicos, et ideo in Processionibus præcedendi ne dum Beneficiatos, seu Capellanos, verum etiam ipsum Chori Magistrum, quem vocant *Magiscolam*: Verum quum hanc præcedentiam ei denegat Capitulum ab *EE. VV.* petit hujus privilegii confirmationem, seu potius reintegrationem cujus observantia - *rimane pienamente provata almeno fino all'anno 1766.* - prout affirmat idem Prior in diffuso supplici libello, quem *PP. EE.* habent in *Summ.* typis impresso a Capitulo distributo.

Archiepiscopo preces remisi - *pro informatione, et voto audito praesertim Capitulo in scriptis, eumque rogavi, ut referret quoque - de consuetudine quoad præteritum - Hic vero in sua informatione, et voto privilegium hoc ad Ecclesiæ S. Sixti Priorem non spectare asserit, omnemque consuetudinem excludit, imo - continuata possessione biscentum saltem annorum interveniente suo jure Capellani expoliari non posse - concludit, ceu videre est in eadem Archiepiscopi informatione, quæ extat in dicto Capituli Summario.* Quamvis utraque contradicente parte, hæc indicta fuerit concertationi dies; nihil tamen

ex parte Panichi distributum est ; pauca igitur dicam de iis , quæ ex foliis nonnullis mihi exhibitis eruere potui .

Petitum privilegium Prior Panichi probare putat ex copia quadam asserti [decreti Capitularis sine die , et sine anno , quæ Prioris Mazzoli manu exarata videtur . Asserit primo fidem dandam esse copiis , quando originale inveniri nequeat , et copia adminiculis roborata sit . *Glossa in leg. sicut iniquum Cod. De fide Instrument. , quodque firmavit S. R. R. in decis. 58. num. 23. par. 10. , et in decis. 460. num. 2. part. 18. tom. 2. recentior .*

Adminicula quibus probare vult Decreti veritatem sunt .
 1. Altera decreti copia , quæ extat in Archivio Capitulari in libro litt. P. , qui inscribitur , *acta Beneficialia et alia diversa* - 2. Dispositio Canonorum quam plurimum , quam usque ab anno 1515. habebant concedendi Ecclesiæ , et Priori S. Sixti aliquem honorem , et præminentiam - *tam dicti Prioratus intuitu , ejusque honore , et proeminentia conservanda , quam præfatorum Magnificorum Patronorum - seu civitatis Antianorum , quodque probatur ex minuta quadam Instrumenti inter acta Joannis De Vecchiano Notarii Florentini inventa . Sic igitur argumentatur Panichius . Probabile est , quod ii Canonici , qui hanc dispositionem significarunt , eam ad effectum perduxerint - 3. Est qualitas Mazzoli , nempe Dignitas Sacerdotalis , et Parochialis , qui vita migravit , quin ulla ostendatur retractatio . Hoc vero non solum præsumptionem inducit , verum etiam semiplenam probationem , prout firmat Genua *De scriptura privata lib. 1. quaest. 12. num. 1. et seq.* Quartum adminiculum scaturit ex altera ejusdem Mazzoli declaratione , qua asserit , in associatione cujusdam Cadaveris præcessisse *Magiscolam Capituli* , quamvis hic vehementissime contradixisset .*

Quo vero ad observantiam attinet , exhibet Prior fidem juramento firmatam trium , qui omnes septuagesimum ætatis annum excedunt , et asserunt ab antiquissimo tempore Priorem S. Sixti præcessisse Capellanos , seu Beneficiatos . Hujusmodi documento centenariam probare conatur , cui etiam addit alteram de-

positionem Presbyteri Carugini, ut Priorem Boscaini usum hoc fuisse privilegio ostendat.

Sed contra assertum privilegium distributa allegatione assurgit Capitulum Primatiale Pisanae Ecclesiae, ac primum contendit, quod nunquam dividi, atque secreti ab extraneo liceat morale quoddam corpus ad *Textum in Cap. Novit. de iis quae fiunt a Praelat. sin. cons. Cap. Quin* prodesse Panichio possit vel Prioris, vel Parochi dignitas prout alias definitum fuit a S. Rituum Congregatione in *Turrilana 1. , et 27. Julii 1601. ,* quod probavit S. Rot. Rom. in simillimis casibus *decis. 101. num. 5. part. 5. , et decis. 254 num. 5. part. 10. recet. ;*

Quod si non ex jure, sed ex concessione a Capitulo libere facta privilegium hoc sibi competere asserat Prior, respondet Capitulum, hanc concessionem, dummodo extet, nullius roboris esse, quia Capitulum SS. Canonum praescripto de non scindendo morali Corpore derogandi potestatem minime habet; tum quia haec concessio juris esset alienatio, ad cujus validitatem requiritur Beneplacitum Apostolicum, et justa utilitatis, et necessitatis Ecclesiae causa.

Praeterea nullius roboris censendam esse ait Capituli defensor hanc concessionem, quia non integrum Capitulum, sed nonnulli tantum ex Canonicis, inauditis Beneficiatis, quorum juribus praesertim inferebatur praesudicium, privilegium hoc concesserunt.

Negat vero Capitulum hanc concessionem probari a Panichio posse. Assertae enim concessionis copiam tantum producit Prior, quae nihili valet, nisi originale exhibeatur *Cap. 1. De fide Instrument. , et Authen. Si quis Cod. De in jus vocando .* Quia etiam probare conantur Canonici Decreti illius falsitatem, tum quia non in actibus Capitularibus reperiatur, sed in libro quodam, qui inscribitur - *acta Beneficialia , et alia diversa* - a Canonico Abrahamio proprio Marte exarato, quem ipse per testamentum Capitulo legavit; tum quia in asserto decreto dies, et consul desideretur.

Instat praeterea Capitulum, ex decreti verbis erui, illud non fuisse scriptum ante annum 1575.; verum cum

cum præsentibus dicantur aliqui ex Canonicis, qui diem obierunt supremum anno 1515. ejus falsitatem probatam esse contendit. Adminicula vero, quae ad probandam decreti veritatem affert Prior, refutat Capitulum, tum testes quoque adductos excludit, vel quia non de facto proprio asserant, vel quia imbecilles, et infirma valetudine affecti sint.

Tandem observatum nunquam fuisse privilegium ex testibus probat Capitulum, ideoque concludit, neque ex jure, neque ex facto, competere Priori jus sedendi in Choro immediate post Canonicos, et medium habere locum inter hos, et Beneficiatos in publicis supplicationibus.

Reliqua habent EE. PP. in distributa Capituli allegatione, ut, Priore vadimonium deserente, respondere possint dubio

An Prior S. Sixti sedere debeat in Choro immediate post Canonicos, et praecedere in Processionibus Capellanos Ecclesiae Primatialis Pisanæ in casu etc.

Negative in omnibus.

SPOLETANA, ET REATINA UNIONIS. In Oppido Leonissæ, quod a Spoletino, et a Reatino Præsulibus promiscue regitur, adest Collegiata S. Mariæ, cui unita fuit per Sedem Apostolicam Paræcia vulgo *Exteriorum*. Tenties admodum sunt hujus Curæ redditus, nec reperire sæpe licet, qui ejus onera subire velit, ita ut animæ vel mercenario sint committendæ, ad quem profecto de ovibus non pertinet, vel aliquis ex Canonicis curæ incumbere cogatur. Incom-

Sess. 21. Cap.
5. de Ref.

moda hæc perpendens hujus Collegiatæ Capitulum , cui jus est nominandi Curæ Rectorem , cum Paræcia S. Donati Dioecesis Spoletinæ vacaverit , adierunt tunc Episcopum Spoletanum , ut unioni utriusque Paræciæ suam præberet assensum , atque hoc pacto congruæ Parochiali prospectum foret . Similes preces Reatino Antistiti porrexere , et uterque Præsul non modo in propositam unionem consenserunt , sed etiam condiciones in futurum servandas conciliarunt . Re ad SSmum delata pro obtinendo Apostolico Indulto et ad S. hanc Congregationem remissa , tum Reatini Præsulis , tum Vicarii Apostolici , qui tunc vacantem Spoletanam Cathedram , postea ad Archiepiscopalem honorem erectam , regebat , sententiam rogavi uterque in Capituli vota concessit .

„ Ita Episcopus Reatinus , „ Jure merito Canonici Ven.
 „ Collegiatæ Ecclesiæ prædictæ , ad quos spectat jus no-
 „ minandi Parochum , orant , et optant prout ex preci-
 „ bus , quas remitto , unionem Parochialis Ecclesiæ sub
 „ titulo S. Donati , cum Ecclesia S. Mariæ de Populo :
 „ preces ad id porrexerunt coram me , et Episcopo Spo-
 „ letano , illis a me hilari animo receptis Spoletano
 „ Episcopo , cujus est absoluta jurisdictio supradi-
 „ ctæ Ecclesiæ S. Donati , vota mea exposui , quare
 „ commercium epistolare fuit inter me , et Ipsum
 „ aggressum , sed pendente negotio ad Tyburtinam
 „ Ecclesiam ille fuit elevatus . Res tam magni momenti
 „ cum vigilantissimo , et emeritissimo Vicario Apo-
 „ stolico Spoletanæ Ecclesiæ , ut supra vacantis , reas-
 „ sumpta fuit . Sensibus meis , et Canonorum inhæ-
 „ ruit ; audito idcirco suo Capitulo consensum præ-
 „ stitit conditionibus adjectis , ut in perpetuum per
 „ duas vices canonica institutio spectaret ad Spoleta-
 „ num Episcopum , et tertia vice ad Episcopum Rea-
 „ tinum ; consensum pariter præstitit , ut Parochus
 „ omnia onera choralia adimpleret , prout a Canonicis
 „ Collegiatæ Ecclesiæ capitulariter congregatis per se-
 „ creta suffragia fuit statutum , unioni prædictæ Re-
 „ verendissimum Capitulum Reatinæ Ecclesiæ liber ,
 „ et absque ulla conditione accessit ; en igitur unio-
 „ nis vota facta sunt communia , quæ ut ad finem per-
 „ du-

- „ ducantur , Apostolicam approbationem ea , qua de-
 „ cet reverentia , peto , et exopto .
- „ Et ad hoc ut facilius petita unio obtineri possit ante
 „ oculos EE. et Reverendissimorum Patrum propo-
 „ no annuos redditus Ecclesiæ Parochialis Extero-
 „ rum „ Rubrum unum cum dimidio frumenti , Ju-
 „ lios viginti quinque ex Terrenis prativis Paro-
 „ chus quotannis habet „ onera vero sunt vectigalia
 „ annua scuta tria , et oboli viginti , Missa pro Po-
 „ pulo in diebus Festivis „ quam impares sint enu-
 „ merati redditus pro Parocho , qui regere debet ani-
 „ mas biscentum sexaginta quinque frustraneum est ,
 „ ut ita dicam , demonstrare : omnia resultant ex fo-
 „ lio a meo Vicario Foraneo plena fide dignissimo ,
 „ congesto , prout ex folio num. 2. Ecclesia autem
 „ Parochialis S. Donati numerat animas triginta quin-
 „ que , et non ultra , annui vero redditus sunt „
 „ Rubra septem cum dimidio frumenti , unica cap-
 „ pa Leguminum , et in pecunia numerata in totum
 „ scuta quatuor , et obolos viginti : Missa tantum
 „ (en quibus Parochus gravatur) pro Populo , titulo
 „ onerum realium scutata octo , et alia parvi mo-
 „ menti , prout videre est ex notula , quam pariter
 „ adjungo num. 3. ex quibus omnibus clare eruitur ,
 „ unionem Ecclesiæ D. Donati , alteri nuncupatæ , Ex-
 „ terorum è medio tollere gravissimam difficultatem
 „ reperiendi Parochum , qui gubernium Spirituale
 „ animarum biscentum sexaginta quinque assumat .
- „ Quid autem superest dicendum ? nil aliud , nisi hu-
 „ militer orare , prout enixis precibus Supremam
 „ Congregationem oro ad hoc , ut petitioni indulgere
 „ dignetur .
- Ita vero Vicarius Apostolicus „ Animabus non amplius
 „ quinque , et triginta Parochia S. Donati constat ;
 „ pingui pro animarum numero ditatur redditu : Ru-
 „ bra namque ad minus octo Frumenti , Legumi-
 „ num medium rubrum , scutata quatuor ex pensio-
 „ nibus unius , alteriusve Prati , quotannis Parocho
 „ sunt. Vectigali dempto in scutatis octo , non maio-
 „ ri gravatur sumptu , quam ut solemnius Festum
 „ S. Donati , et Missam quolibet die festo pro Populo
 „ celebret .
- „ Illius S. Mariæ de populo Exterorum dicta jurisdictio-

- „ nis promiscuæ inter Episcopos Spoletinum, et Rea-
 „ tinum habituale exercitium stat penes universum
 „ Canonorum Collegium, et curæ animarum vel
 „ per Sacristam, quo munere Canonicus per tur-
 „ num fungitur, velut plerumque, nunc per unum,
 „ nunc per alterum Sacerdotem mercenarium, ad
 „ quem de ovibus non pertinet satisfacit. Quæ hinc
 „ incommoda in ovibus, quæ certum Pastorem non
 „ agnoscunt, dolenda potius quam recensenda.
- „ Ducentæ et sexaginta quinque Exterorum Parochiam
 „ hodie constituunt animæ: ex fructibus rusticis ru-
 „ brum unum frumenti cum dimidio; scutata duo
 „ adjunctis obolis quinquaginta cum dimidio ex fru-
 „ ctibus Urbanis, est emolumentum omne, quod Pa-
 „ rocho quotannis cedit; impar equidem et vectiga-
 „ lium, et Missarum pro populo oneri ferendo.
- „ Hinc pluries enixe instantibus iisdem Canonicis Col-
 „ legiatae de unione hujusmodi Parochiarum ab
 „ Episcopis Spoletino, et Reatino est actum, ut tan-
 „ torum incommodorum tandem aliquando finis, et
 „ animarum saluti, quæ suprema lex est, prospice-
 „ retur. Negotium idcirco, voto etiam Capituli hu-
 „ jus Ecclesiæ Cathedralis requisito, eo est perdu-
 „ ctum, si forte EE. VV. RR. decretum benevolum
 „ accedat, ut Capitulum Collegiatae se a Parochia ab-
 „ dicet, quod est sub die 23. Decembris elapsi anni
 „ collegialiter, et sub die 3. Martii est secretis suf-
 „ fragiis rati habitum. Inde parochialitate S. Donati
 „ extincta, cum latis utriusque proventibus ex dua-
 „ bus Parochiis crearetur una in Ecclesia Collegia-
 „ ta S. Maria simul, et Divo Donato auspice ea lege,
 „ ut duplex jus pro concursu, et si nil aliud ob-
 „ stet pro collatione Præsuli Spoletino tribuatur, Rea-
 „ tinus vero Paræciae tertio viduatæ consulat, et sic
 „ deinceps per omne ævum. Parochus Canonorum
 „ collegio cooptatus gaudeat omni Collegii honore, et
 „ pensa universa persolvat, eo tantum cum disten-
 „ ditur Parochialibus curis, e foro vacare prohi-
 „ beatur.
- „ Nec tamen S. Donati memoria oblitteretur quotannis
 „ capitulum primis, et secundis vesperis, et Missæ
 „ solemnia Parocho canendæ die S. Donato sacrum

„ assistat , Parochusque omni sua impensa altari , et
 „ Sacello ejusdem S. provideat „ .

Justam unioni causam præbere Beneficiorum cum animarum cura paupertatem statuit S. *Trident. Synod. sess. 21. cap. 5. de ref.* quod quidem jam antea constituerat S. Gregorius Magnus *Lib. 2. Epist. 50. ad Joan. Episcopum Veleter. op. 2. col. 614. edit. Paris.*

Diminutus etiam populi numerus causa esse potest, cur unio legitime concedatur. S. *Gregor. Magn. ibid concil. Toletan. XIV. can. 5. col. 1796 coll. Harduini.*

De paupertate paræciæ Exterorum testatur tum Vicarius Apostolicus Spoletinæ , tum Antistes Reatinæ Ecclesiæ. Animarum vero Paræciæ S. Donati numerus licet non dicatur imminutus , tamen adeo exiguus est , ut nequaquam in animarum præjudicium vergere possit unio , cujus indulgentiæ justa ratio in casu adesse videtur .

Verum nonnihil obstare posset id , quod a Tridentino Concilio statutum fuit *sess. 14. cap. 9. de ref. Et quia jure optimo distinctæ fuerunt Dioeceses, et Parochiæ ut una eademque Ecclesia duarum quodammodo dioecesium non fiat, non sine gravi eorum incommodo , qui illi subditi fuerint beneficia unius Dioecesis, etiamsi parochiales Ecclesiæ Vicariæ perpetuæ , aut simplicia beneficia , seu præstimonia , aut præstimoniales portiones fuerint etiam ratione augendi cultum divinum , aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa , alterius Dioecesis beneficio , aut Monasterio , seu Collegio , vel loco etiam Pio perpetuo non uniatur ; decretum hujus Sanctæ Synodi super hujusmodi unionibus in hoc declarando .*

At non agitur hic , EE. PP., de uniendis Beneficiis diversæ omnino jurisdictionis , ita ut alter ex Episcopis jure , quo antea super uno ex uniendis Beneficiis fruebatur , expolietur . Spoletano siquidem Antistiti jus tribuitur conferendi Paræciam semel iterumque vacantem , reservato tantum Episcopo Reatino jure constituendi Rectorem Paræciæ in tertio casu vacationis . Hisce utrinque percipiens , quatenus EE. PP.

unionem approbandam censeant, videant etiam, an promiscue jure visitandi frui debeat uterque Præsul, an vero is visitare debeat Paræciam in his, quæ ad animarum curam, personam Curati, et Sacramentorum administrationem pertinent, qui Curatum instituit, ita ut cum Curatus instituitur a Spoletano, Spoletinus, cum instituitur a Reatino, Reatinus Præsul S. Visitationem peragat, ut ea evitentur incommoda, quibus prospicere voluit S. Tridentin. Synodus in superius laudata sess. 13. de ref. cap. 9. Vestræ igitur sapientiæ erit, EE. PP., definire, tum an unio concedenda sit, tum quomodo indulgenda ut animarum commodo prospiciatur in proposito dubio.

An, et quomodo probanda sit unio in casu etc.

Affirmative juxta votum utriusque Ordinarii et jus visitationis exerceatur ab Ordinario qui Parochum instituit.

Sess. 23. cap. 4.
de Ref.

ROMANA CAPELLANIARUM. Causa hæc inter Ven. Archiconfraternitatem SS. Stigmatum Urbis et Capellanos erectos a Theresia Gambardelli relata in folio diei 8. Augusti 1818. proposita, ac resoluta fuit in sequenti Congregatione 5. Septembris sub triplici Dubiorum formula nimirum, I. *An, et pro qua summa sit locus reductioni Capellaniarum.* II. *An ex actuali reditu hæreditatis aliquod retinendum sit ab Archiconfraternitate pro expensis administrationis, et pro Dotibus.* III. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolute, et condonatione quoad summas perceptas*
præ-

praeter mentem Testatricis, quibus responsum est ad I. Negative. Ad II. satisfactis Capellanis affirmative ex superextantibus redditibus ad formam fundationis. Ad III. affirmative, facto investimento summae indebite perceptae favore fundationis; quam S. Congregationis resolutionem Sanctissimus probavit in Audientia diei 12. Septembris ejusdem anni.

Novas tunc obtulit preces Archiconfraternitas tria postulans, scilicet 1. ut praelatio concessa Capellanis coarctaretur intra limites fructuum singulorum annorum, 2. ut eidem assignentur pro expensis Administrationis annua sc. 20., et 3. ut ab implendo investimento sc. 279. 25. $\frac{1}{2}$ absolveretur. Iterum rogavi Eminentissimum Protectorem, ut de iis referret praefixò termino Capellanis, ad deducendum jura sua in S. Congregatione.

Utraque pars suarum rationum momenta exhibuit Eminentissimo Protectori, qui de omnibus singillatim retulit. Sed priusquam de tribus ab Archiconfraternitate postulatis sit sermo, duo praemittenda sunt, quorum novissime *unum* sodalitium, *alterum* Capellani a S. Congregatione exorant. Postulat illud, ut reducat summa a Fundatrice assignata pro SS. utensilibus, in quo conveniunt etiam Capellani. Ita de hac reductione loquitur Eminentissimus Protector, „ The-
 „ resia Garnbardelli pro unaquaque ex tribus Capella-
 „ niis assignavit „ *a ciascuna delle tre Chiese* (nimirum Ecclesiae ejusdem Archiconfraternitatis, S. Marcelli, et SS. Basilicae Liberianae) *scudi sei pe' soliti utensili* „ Hisce verbis videtur Testatrix se referre *al solito*, non vero taxare summam pecuniae
 „ Atqui quotidianae illae Capellaniae ex postridie idus
 „ Junii an. 1804. reductionem tertiae partis passae
 „ sunt, ut patet ex rescripto R. Fabricae, nimirum
 „ reductae ad annua sacra 240. tantum pro unaqua-
 „ que, ex quo factum, ut eleemosyna missae ex obol.
 „ 16 $\frac{1}{2}$ qui initio percipiebantur juxta Testatricis men-
 „ tem excreverit ad obol. 25. commode Capellano-
 „ rum. Pari ergo reductioni *partis tertiae* oportet ob-
 „ noxia sint utensilia ex die ipsa Rescripti reductionis
 „ Sacrorum, ceu fit in aliis quibuslibet Capellaniis
 „ reductis servata scilicet proportione numeri Missa-
 „ rum, quae celebratae sunt, et in posterum celebra-
 „ buntur.

Postulant e converso Capellani, ut ipsis committatur celebratio missarum, quæ præteritis annis adimpletæ minime fuerunt. De iis hæc habet Eminentiſſimus Protector „ Quod vero attinet ad missas nondum celebratas vulgo *arretrate* a Kalendis Octobris anni „ 1802. usque ad pridie Kalendas Januarii an. 1820. „ constat illas esse in numero 6900. Jam vero ex „ Locorum Montium tum Bentivoglio, tum R. Camerae fructibus per eos annos exactis supersunt penes Archiconfraternitatem scut. 250. 57½ Ex his demenda sunt scuta quinque, et obol. 16½ pro utensilibus pariter non solutis, seu - *arretrati* - quatenus placeat EE. VV. utensilium ipsorum reductio, quam proposui. Remanent igitur penes Archiconfraternitatem scut. 245. 41. Cum his per Capellanos totidem missas *arretrate* celebrandas esse reor pro *intranli* quantitate. Unica quæstio excitari posset, „ utrum celebrandæ sint juxta eleemosynam statutam „ a Fundatrice in obol. 16½ an vero juxta aliam eleemosynam obol. 25., quam modo Capellani percipiunt post Rescriptum alterum diei 14. Junii 1804., „ quod a S. Congregatione R. Fabricæ consequuti „ sunt. Porro hæc missæ *arretrate* partim spectant „ ad tempus huic Rescripto antè in num. 450., „ partim vero ad tempus posterius. Quod attinet ad „ illas temporis anterioris, nulla quæstio est, quod „ earum eleemosyna esse debeat ob. 16½ secundum „ voluntatem Testatricis, quoniam nullum adhuc „ reductionis Rescriptum latum erat, et illud quod „ memini, loquitur de *futuro*; quod vero respicit „ missas temporis posterioris Rescripto, ut hæc majori in numero celebrentur, existimarem eleemosynam harum quoque missarum *arretrate* esse debere obol. 16½, quantum prælinivit Testatrix, quoniam jam satis gaudent impetratis Capellani, dum a die illius Rescripti eleemosyna everta ad obol. 25. perficiuntur. Cæterum liberum esto hac de re EE. VV. Sapientissimum judicium. Inter Locorum Montium fructus, quos Archiconfraternitas exegit, animadvertendum est præter commemorata scuta 250. 57½ recenseri quoque alia scuta 115. verum hæc se erogasse dicit - *in provisioni al Computista, Esallore, e mancie etc.*

„ Quam hæc erogatio respiciat annorum plus minus 17.
 „ spatium , quumque ipsa Testatrix administratio-
 „ nis onus non imposuerit gratuitum Archiconfrater-
 „ nitati , non immodica mihi videtur hæc summa in
 „ eas causas per tam longum tempus conversa , ac
 „ proinde in Sacrorum *arretrati* celebrationem non
 „ esse eroganda . In hac quoque re judicabant EE.
 „ VV. , quid magis opportunum videatur . Reliquæ
 „ vero missæ nondum celebratæ meo quidem judi-
 „ cio *absolutionem merentur* , cum redditus illorum an-
 „ norum ex LL. Montium tam Bentivogli , tum Ca-
 „ meralium in majori quantitate non exegerit Archi-
 „ confraternitas .

Huic tamen sententiæ minime acquiescunt Capellani , qui contendunt missarum intermissionem initium ducere ab anno 1811. , non vero ab anno 1802. , unde sequi putant illas omnes quocumque in numero sint comprehendi sub Rescripto anni 1804. , quo a S. Congregatione Rev. Fabricæ indulta fuit Missarum reductio , ac proinde eorum favore aucta eleemosyna . Quæstio igitur eo tantum redit , utrum hæ missæ celebrandæ ab ipsis sint cum eleemosyna obolorum sexdecim cum dimidio , quemadmodum præscripserat Fundatrix , seu potius obolor. 25.

Post hæc inquirendum erit de iis , quæ ut superius retuli , postulat Archiconfraternitas in novis precibus . Sed cum de singulis accurate referat Eius Protector , ne actum agere videar , illius elucubratiissimæ Informationis verba referam .

„ Animadvertendum *in facto* est Testatricem Gambar-
 „ della non prævidisse luctuosas temporum nostro-
 „ rum vices , ob quas multos per annos exarueri
 „ prorsus fructus Locorum Montium Cameralium ,
 „ ac deinde etiam caput reductioni factum est obno-
 „ xium ; insuper retardata jamdiu ipsa etiam vivente
 „ Testatrice est exactio fructuum Montis Bentivoglio ,
 „ quorum unicus bimestris , vel ad summum du-
 „ plex annis singulis exigitur : ex quo contigit , ut Mis-
 „ sæ Capellaniarum *Gambardella* in num. 6900. re-
 „ manserint *arretrate* , ut superius innui , donec in-
 „ cepta fuit meo jussu celebratio *in corrente* ex pridie
 „ Kaldendas Octobris an. 1819. , relictis in suspenso
 „ Missis *arretrate* .

- „ Exorta hinc dubitatio est, an postquam ex re-
 „ norum decurrendorum satisfacti fuerint Capellani
 „ de eleemosyna Missarum *in corrente*, et soluta fue-
 „ rint *utensilia* in summa redigenda, quidquid redi-
 „ tuum quolibet anno (si Deus dabit) supererit, ero-
 „ gandum sit in celebrationem Missarum *arretrate*,
 „ an vero in eleemosynas *alle Zitelte povere, e oneste*.
 „ Ex his, quæ hucusque dixi satisfit rationum mo-
 „ mentis, quæ hac in re ex utraque parte allata sunt,
 „ et ad E.E. VV. remisi. Missis *arretrate* usque ad
 „ Kalendas Januarii 1820. providebitur tum per ero-
 „ gationem scutorum 245., et obol. 41., tum per
 „ absolutionem quoad reliquam quantitatem. Aliæ
 „ vero imposterum *Missae arretrate*, quibus provi-
 „ deatur non adsunt; nam firmum, immotumque
 „ manet, Missas decurrentes, et decurrendas integre
 „ celebrandas esse in quantitate reducta per Rescriptum,
 „ quod hodie revisioni non subest; cumque pares sint
 „ redditus annuorum scutorum non 198., sed 192.,
 „ ob *utensilia*, ut dixi redigenda, hæc summa tra-
 „ denda erit quotannis imposterum Capellanis, Ec-
 „ clesiisque respectivis, ut anno insequenti exigatur:
 „ Reditus enim hic est, qui *scade in ciascun anno*,
 „ et debet vergere in commodum anni quo *scadeva*,
 „ si serius exigatur, id efficit solum, ut serius tra-
 „ dendum Capellanis sit, alias semper in incerto erit,
 „ aut retardabitur annua Missarum celebratio, eo
 „ quod ignoretur, quæ futura sit fructuum solutio,
 „ ex qua quidem re minuerentur suffragia indicta a
 „ Testatrice.
- „ Alterum quod postulat Archiconfraternitas est refectio
 „ expensarum administrationis in annis *scutis viginti*,
 „ sed hac in re nihil addendum puto ultra id, quod
 „ respondit Sacra Congregatio ad II. Dubium die 5.
 „ Septembris 1818. Testatrix nullam summam præ-
 „ finivit pro sumptibus hujusmodi, generationem dixit
 „ ante omnia solvendas esse eleemosynas Capellanis, et
 „ *utensilia, il rimanente* dispartie ndum esse in tres par-
 „ tes, quarum - *Una conseguisca liberamente l' Ar-*
 „ *chiconfraternita, a carico di cui però dovrà andare*
 „ *il peso dell' Esattore, Compulista, e di qualunque al-*
 „ *tra spesa, che si richiederà* - Itaque id semper servan-
 „ dum,

- „ dum , satisfactis anno quolibet Capellanis, *il rima-*
 „ *nente* dividatur trifariam , tertiamque reliqui hujus
 „ partem capiat Archiconfraternitas - *a carico di cui*
 „ *erit, il peso dell' Esattore, Computista, e qualun-*
 „ *que altra spesa* - Absit ut scut. 20. præliniantur
 „ quot solvebat pro expensis hisce, quo tempore
 „ non imminuti erant redditus hæreditatis Gambardel-
 „ liæ. Quantitas solvetur pro expensis ab Archicon-
 „ fraternitate ad arbitrium suum juxta quantitatem
 „ tertiæ partis exactæ, sed semper minor scutis 20. .
 „ Si uno anno nil adest *rimanente*, nihil solvet pro
 „ expensis; nec ullæ inde querelæ oriri poterunt, eo
 „ magis quia exactio fructuum Locorum Montium,
 „ ad quæ unice redacti sunt hodie redditus hæreditatis
 „ illius est, terque, quaterque facilis, quippe ex im-
 „ presso alphabetico Syllabo ab R. P. D. Thesaurario
 „ ea ipsa die, qua Exactor redditus exigit aliarum Ca-
 „ pellaniarum, vel Legatorum aliorum sub literis C.
 „ et L., exiget quoque Legatum, seu Capellanas *Gam-*
 „ *bardella*. Justitia autem non patitur, ut quidquam
 „ aliud detur pro expensis, sic enim violaretur vo-
 „ luntas Testatricis jubentis ut - *le altre due terze*
 „ *parti la Confraternita dovrà interamente ero-*
 „ *gare ogn'anno in perpetuo nella distribuzione di*
 „ *tante limosine in ragione di scudi 10. l' una in tante*
 „ *povere Zitelle oneste* „ .
 „ Quo circa quotannis satisfactis prælativæ Capellanis *il*
 „ *rimanente* dividatur. Tertiam partem percipiat Ar-
 „ chiconfraternitas hujusque *a carico* sint expensæ,
 „ reliquæ duæ tertiæ partes erogentur *interamente*
 „ *ogn'anno in elemosine*, fiatque cumulus, donec
 „ conflatis ex eo scuta 10. statim solvatur una eleemo-
 „ syna, et sic imposterum successive .
 „ De tertia petitione modo agendum quum confessa
 „ fuisset Ven. Archiconfraternitas, se ultra dictam
 „ tertiam partem singulis annis percepisse, et præ-
 „ servasse alias summas indebite, S. Congregatio die
 „ illa 5. Septembris 1818. *præcepit fieri investimen-*
 „ *tum summae indebitae perceptae favore fundatio-*
 „ *nis* Hoc investmenti onus a se propellere hodie
 „ satagit Archiconfraternitas, volunt tamen illud fir-
 „ mum manere Capellani. Porro status activus, et

„ passivus, quem mihi Archiconfraternitas dedit, est
 „ mere *approximativo*, quoniam libri non sunt in
 „ *piena regola*, fortasse ob præteritas rerum vices,
 „ ex eoque emergit id, quod vulgo nuncupant *un de-*
 „ *ficit*. Notandum tamen, quod Archiconfraternita-
 „ tis Præsides, et Ministri, me præsertim jubente,
 „ dant operam, ut quam cito libri ponantur in *piena*
 „ *regola*. Arbitror passivum statum non ita valde
 „ superare activum, superat tamen aliquatenus prout
 „ ex facto *Congregationis Secretæ* illius Archiconfra-
 „ ternitatis, quæ minuere curavit, et curat expen-
 „ sas. Quam ob rem si hodie cogatur Archiconfra-
 „ ternitas investire summam integram perceptam in-
 „ debite, magnum inde caperet detrimentum, di-
 „ vinusque cultus imminueretur, ideoque, cum EE.
 „ VV. dignatæ sint sententiam meam exposcere super
 „ hisce precibus, animadvertendum duco nullo in
 „ damno esse Capellanos, si investimentum hocce
 „ non fiat, posito quod ipsi jam integre de eorum
 „ Capellanis satisfacti videantur per eos annos, qui-
 „ bus summas illas percepit indebite ultra tertiam
 „ partem suam Archiconfraternitas. Illæ ergo sum-
 „ mæ plus minus detractæ sunt *dal rimanente*, uti
 „ constat ex statu activo, et passivo hæreditatis Gam-
 „ bardelliæ ab anno 1749., usque ad annum 1797.,
 „ qui quidem status huic S. Congregationi exhibi-
 „ tus jam fuit. Hujus autem duæ tertiæ partes, ut
 „ dixi, spectabant ad eleemosynas puellarum. At vero
 „ eæ erant non Personæ certæ, sed incertæ illorum
 „ annorum, quæ nunc vel non existunt, vel ne-
 „ queunt illis eleemosynis frui. Illud præterea acce-
 „ dit, ut summam illam a se indebite perceptam
 „ erogaverit Archiconfraternitas in suos pios usus,
 „ aut in Dei gloriam, divinumque cultum. Hasce ob
 „ causas æquo animo in eam descenderem senten-
 „ tiam, ut Sanctitas Sua has summas indebite per-
 „ ceptas dignaretur condonare, et ab eorum investi-
 „ mento eximere Archiconfraternitatem. Quod si id
 „ non placeat PP. EE., cum hæ summae in eleemosy-
 „ nas *alle oneste Zitelle* quotannis solvendæ ex sua
 „ natura investimento non sint collocandæ, cogi ad
 „ summam poterit Archiconfraternitas, ut futuris

„ annis hoc modo restituat; nempe scuta 10. unoquo-
 „ que anno solvat uni Puellæ, vel per totum tempus,
 „ quod EE. VV. præferierint usque ad integram so-
 „ lutionem, vel usque ad aliquot annos extinguendo
 „ debiti *partialem quantitatem*, a reliqua vero
 „ summa solvenda Archiconfraternitas absolvatur,
 „ cujus status activus a passivo superatur. Id com-
 „ modum accidet Archiconfraternitati, quæ investi-
 „ mentum non facit, nec una vice totam pensitat
 „ summam. Ita incipient quoque iterum conferri hæ
 „ eleemosynæ *alle oneste Zitelte*, et voluntas Testatri-
 „ cis meliori, quo fieri modo, implebitur. „

Dubia igitur erunt

- I. *An, et in qua summa sit locus reductioni assi-
gnamenti pro SS. utensilibus in casu etc.*
- II. *An, a quibus, et quomodo sint celebrandæ
Missæ non satisfactæ in casu etc.*
- III. *An praelatio concessa Capellanis cohibenda
sit intra reditus cujuslibet anni in casu etc.*
- IV. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum
a decisis in secundo dubio sub die 5. Septembris
anni 1818. quoad expensas administrationis in
casu etc.*
- V. *An sit standum, vel recedendum a decisis in ter-
tio dubio sub eadem die quoad summas perceptas
praeter mentem Testatricis in casu etc.*

Non proposita cum sequen.

Sess. 2. cap.
13. De Refor.

REATINA UNIONIS BENEFICIORUM. In folio Congregationis 16. Januarii 1819. , quod reassumere precor, propositæ fuere duæ Causæ Reatinæ, quarum altera respiciebat unionem Beneficiorum quorundam expetitam a Parocho S. Flaviani Oppidi Capitignani, altera vero unionem expetitam a Parocho Pellis-scriptæ ejusdem Diæcesis.

Proposito dubio pro Paræcia S. Flaviani.

An, et quomoda, et quæ Beneficia sint unienda Paræciæ S. Flaviani in casu etc.

Responsum fuit.

Affirmative in omnibus juxta volum Episcopi Fioravanti, dimisso Beneficio S. Pauli ad Nurum per Bullas.

Quoad Paræciam vero Pellis-scriptæ proposito dubio

An et quæ Beneficia unienda sint favore Paræciæ Pellis-scriptæ in casu etc.

Responsum fuit.

Affirmative quoad Beneficium S. Mariæ Gratiarum, et etiam alterum Beneficium S. Antonii Patavini tantum, reportato tamen consensu Patronorum.

Jure sibi tributo per Sacræ Congregationis oraculum uti volens Parochus Capitignani possessionem adibat Beneficiorum, quæ suæ Paræciæ unita fuerant, quum Parochus Pellis-scriptæ, qui aliqua ex his detinebat vi unionis obtentæ a Laica Potestate, de qua fusius in folio diei 16. Januarii 1819. , obstitit ex eo quod Litteræ Apostolicæ quinque tantum et non septem Beneficia Paræciæ Capitignani concesserant, unde contendebat huic jus non esse adeundi possessionem aliorum Beneficiorum, quæ Parochus Pellis-scriptæ vi unionis anno 1813. obtentæ retinebat.

Hinc Parochus Capitignani novas obtulit preces exponens, S. Congregationem non ex numero Beneficiorum sed ex reddituum valore unionem concessisse, ut ita necessitatibus Paræciæ S. Flaviani prospiceret,

esseque errore deceptum fuisse ex eo quod (licet septem essent hæc Beneficia) quinque tamen fuerunt eorum ultimi possessores .

Ut nova exorta dissidia inter Parochum Capitignani Hieronymum de Andreis , et Paulum Fascetti modernum Rectorem Parœciæ Pellis-scriptæ tutius componi possent , Episcopum requisivi pro informatione et voto , et ut referret de resultantibus ex rescripto 16. Januarii 1819. , de annuo reddito Beneficiorum , quorum possessionem nactus fuit Parochus Capitignani , et aliorum de quibus excitatur controversia . En quid retulit Episcopus : *Beneficia unita Ecclesiae prædictae Capitignani fuerunt a Supplicante de Andreis nuncupata quinque: sciendum nunc est anteactis temporibus quinque fuisse possessores septem antedictorum Beneficiorum ; qui adamussim , et pro rei veritate non solum a Hieronymo de Andreis in suo supplici libello verum etiam a meo Vicario Generali fuerunt enumerati De hac ad aliam vitam quinque prædictis possessoribus migratis , eorum reditus Fiscus ad sui favorem applicavit , hinc est quod tempore vacationis quinque juxta numerum possessorum , et non septem hæc Beneficia nuncupata fuerint , et sic ab errore captus Hieronymus de Andreis pro unione quinque Beneficiorum , et non septem Sacrae Congregationi animum suum pandidit , ac desideria suae pietati pro bono animarum suae Ecclesiae subditarum innixa , manifestavit , error igitur non fuit nisi extrinsecus : en ratio : quærebatur a Parochi Hieronymo de Andreis applicatio , seu potius unio Beneficiorum ad effectum cum eorum reditibus providendi meliori , quo fieri poterat modo , spirituali animarum bono cum institutione Coadjutoris Curati , et petit , ut pro ejusdem honorario aliqua ex reditibus pars applicaretur , et alia pars pro sua Congrua ; ad hoc ut Sacra Congregatio agnoscere posset vim , et rationem petitionis . Decrevit et jussit , ut per Episcopum Reatinum reditus prædicti perquirerentur , et injunxit eorundem indicationem ad S. Congregationem esse transmittendam . Non est mei inquirere , an Episcopus non solum re-*

di.

ditus, verum etiam pro habendo calculo integerrimo numerum Beneficiorum Sacrae Congregationi indicaverit, etsi non sit mei hoc inquirere, ut dixi, tamen pro affirmativa opinor. Antecessor Episcopus Fioravanti mandatis paruit, annuus reditus patefecit, et juxta assignationem, et declarationem fuerunt duae ex tribus partibus reddituum assignatae Coadjutori Curato, alia tertia pars Parocho, ejusque successoribus prout habetur in Literis Apostolicis, de quibus infra loquar.

Facile hinc est agnoscere, quod Episcopus Fioravanti reditus non quinque, sed septem Beneficiorum consideravit, si res alias se haberet, ac si in applicatione Beneficiorum Ecclesiae Parochiali Capitignani quinque, et non septem Beneficia fuissent considerata, quinque, et non septem erant applicanda, quod non evenit: Igitur error tantum extrinsecus, et non intrinsecus intervenit, quoniam causa indulgendi petitioni uti prudenti, et rationabili quantitas reddituum honorario pro Oecono Curato, et pro congruae implemento proportionata erat considerata, et non numerus Beneficiorum; quod res ita se habeat testimonium perhibet. *D. Vicarius Generalis antedictus, in verba - 3. La rendita di tutti li Beneficj qualunque ne sia il numero, ed il titolo, li quali si possedevano dalli cinque Beneficiati morti cioè Nanni, Carconi, Mannelli, Fabj, e Ferrini Luigi (istierant septem et non quinque Beneficiorum possessores, ut dixi) ascende in Grano a salme trenta e tre quarti di coppa, in danaro Ducati sette, e grana 65., che ridotta tutta in moneta Romana netta è di sc. 83., e 40. giusta gli Affitti presenti - et numero 4. - secondo il certificato fatto da questo mio Cancelliere sulli vecchi affitti da me visato, ed ora confermato di proprio pugno detta rendita netta è di scudi 76. e baj. 98. - ac numero immediate sequenti - Nel catasto provvisorio la medesima si fa ascendere franca a ducati ottantotto, e 46.*

e quarantasei . Nulla ex tribus designatis redituum summis congerit ducata aurea de camera sexagintanovem , sed quaecumque seorsim ab alia considerata minor est ; non numerus ergo Beneficiorum fuit consideratus , sed eorumdem proventus , et cum inficiari minime possit quinque fuisse Rectores septem Beneficiorum , sequitur , tacite , et implicite de septem , et non de quinque sermonem fuisse supplicantis Hieronymi de Andreis , et Episcopi Fioravanti . Ideoque , quum S. Congregatio instantiæ benigne indulset , reditus septem Beneficiorum a quinque Rectoribus possessorum applicavit .

Si vero Beneficia , quae Paulus Fascetti Parochus Pellis-scriptae assequi praetendit , demi debeant ex numero septem , tunc et eo casu inanes , et frustraneae redduntur Literae Apostolicae , quoniam reditus ad scutata annua quinquaginta , et obolos septuaginta quinque reducuntur , ante oculos Eminentissimorum , et Reverendissimorum PP. propono eadem verba Vicarii Generalis praedicti La rendita de' Beneficii , ossia delli Fondi non contrastati al Parroco di Capitignano giusta gli Affitti viginti ascende in Grano a salme diecinove , coppe due , e tre quarti , che in danaro franca di pesi sono scudi 50. 75. - Inutiles igitur et frustraneae Literae Apostolicae in casu a Sacerdote Fascetti deducta redduntur , cum antedicta summa impar sit ad substinendum Coadjutorem Curatum , et ad congruae pro Parocho supplendum .

Parendo nunc mandatis Supremae Congregationis requirentibus quid egerim circa executionem supremae Resolutionis , mihi dicendum est , quod Literae Apostolicae exhibitae mihi fuerunt sub die vigesima nona Julii elapsi anni ; sub eadem epoca fuerunt executioni demandatae , in decreto exequutoriali nihil auctum , nil minutum fuit , ac literaliter quinque , et non septem Beneficia fuerunt in eodem decreto denotata , insimul indicati fuerunt reditus in Literis Apostolicis , expressi nempe ducatorum sexagintanovem auri de camera , quorum duas partes Oeconomo Curato assignavi , aliam vero tertiam partem titulo congruae Parocho pro tempore , et sic

adamussim fuerunt adimpletae caeterae omnes conditiones a S. Sede Apostolica praescriptae.

Praetereundum non est quidquid Paulus Fascetti Parochus Pellis-scriptae coram me egerit ante praesentationem Literarum Apostolicarum pro executione Beneficiorum sub titulo S. Pauli ad Nurum, S. Margaritae, aliorumque S. Petri de Sivignano. Sub die decimasexta mensis Januarii elapsi anni discusso Dubio coram Emis, et Rmis Patribus - An quomodo, et quae Beneficia sint unienda Paraeciae S. Flaviani - Affirmative in omnibus, dimisso Beneficio S. Pauli ad Nurum per Bullas, responsum fuit - Eademque die propositum fuit dubium. An et quae Beneficia unienda sint Paraeciae Pellis-scriptae,, Affirmative,, (en oraculum, quod prodiit) quoad Beneficium S. Mariae Gratiarum, et etiam alterius Beneficii S. Antonii Patavini, reportato tamen consensu Patronorum - Non obstantibus supremis oraculis eidem Fascetti bene cognitis post quatuor menses a die praecitatae resolutionis decursis preces mihi praesentavit petens sibi suaeque Ecclesiae applicari antedicta mox praecitata Beneficia ne verbum quidem protulit in precibus, neque ore super responso dubiis propositis a Sacra Congregatione dato. Me omnino latebat oraculum Supremum, ideoque precibus porrectis indulsi non tamen absolute, sed temporanee, et per modum provisionis praecise donec, et quousque Ecclesia Parochialis Pellis-scriptae de Congrua juxta ultimum Concordatum provideretur. Hinc facile est intelligere, rescriptum a me concessum subreptionis, et obreptionis vitio laborare, quia omissa fuit Sacrae Congregationis resolutio mihi penitus ignota, ut dixi, et quia reditus prout supposuit (quod falsum est) non aliam summam componunt, quam scutata 11. et ob. 10. et 7.

Neque omnittendum est, Paulum Fascetti post productionem Literarum Apostolicarum, et rescriptum executoriale superius relatam in Forum Contentiosum coram Judice Laico Parochum Capitignani vocasse, petens inhibitionem recollectionis decimarum, aliorumque redituum; querelas contra eundem Fascetti Parochus Capitignani coram me exposuit. Ideo de mei mandato Sacerdos Fascetti a praecitato Vicario Gene-

rali fuit vocatus, et juxta mei mandata acriter monitus fuit super legali interpellatione, coram Judice Laico cum spreto Sacrorum Canonum, et ultimi Concordati, in quo praescribitur, et mandatur quaestiones hujusmodi esse coram Episcopis proponendas, et cognoscendas, prout habetur ab articulo vigesimo.

Injunctum insimul fuit, ut propriae conscientiae illico provideret, destitit ideo ab omni ulteriore Causae progressu, et sicut haec a Fascetti gesta fuerunt post productionem Literarum Apostolicarum, ne istae, et ne resolutio S. Congregationis laederentur, nullum iudicium emanavi, sed per modum provisionis depositum redituum ad controversa Beneficia spectantium, nempe S. Pauli ad Nucum, et S. Margaritae penes tertiam personam demandatum fuit.

Jussit interea Episcopus Parocho Fascetti, ut a recollectione fructuum Beneficiorum controversorum abstineret sub poena suspensionis latae sententiae.

At hic suspensionem incurrere maluit, quam mandatis Episcopi obtemperare. Oro (ait Episcopus in informatione signata die 9. Septembris 1820.) atque obsecro Eminentissimos, et Reverendissimos Patres, ut peniam Sacerdoti supplicanti benigne impertiantur, quatenus agnoscentes justitiam provisionis a me captae super reditibus duorum Beneficiorum ob sprellum pertinaciter commissum declarent non solum incidisse in poenam suspensionis, verum etiam in censuras, et poenas Ecclesiasticas indictas contra usurpatores honorum Ecclesiasticorum, et in eos, qui intrusionis crimen perpetrant.

Nunc quae ab utroque ex litigantibus deducta fuerit, sapientissimo Vestro Judicio subijciam. Pro Parocho Fascetti plura afferuntur, scilicet, Vicarium Generalem Episcopi Reatini requisitum fuisse a Regimine Laico, quod tunc Regnum occupabat, pro voto circa unionem Beneficii S. Mariae Gratiarum Villae Maranae, et aliorum duorum sub titulo S. Flaviani, qui suffragatus est, ut petitioni Parochi Pellis scriptae fieret satis, nec ad ulteriora progressum fuisse. Ministrum Laicum, sed ipsum Vicarium potibres adimplevisse partes, ut Parochus enunciata Beneficia adi-

ret, quæ cum erectione in titulum Ecclesiasticum carerent ex vetusta (ut asserit) consuetudine in Ditione Neapolitana vigente, quam novissimum Concordatum art. VIII. confirmat, jure ad Regium spectabant Fiscum.

Ad novissima etiam Concordata confugit Fascetti, quæ art. XIII., ratas firmasque habent quasvis alienationes Bonorum Ecclesiasticorum, quas Laica Potestas fecerat. Unionem porro hanc ad tramites Tridentini Sess. 24. C. 13. de ref. factam esse defendit Fascetti, cum iustis, necessariisque ex causis favore pauperis Paræciæ facta fuerit. Hinc prosilit ad infirmandum rescriptum a S. Congregatione editum die 16. Januarii 1819. tamquam falsæ expositioni innixum, quia redditus suæ Paræciæ longe minorem summam ea constituunt quam errore deceptus asseruit Episcopus Fioravanti, unde concludit, sine retentione duorum Beneficiorum, de quibus est sermo, sibi deficere congruam.

Animadvertit etiam Regem Ferdinandum per hanc, quam ratam habuit, unionem, dotem hujus Paræciæ a Concordato requisitam supplevisse; unde si revocetur hæc unio, neque a Rege, neque aliunde suæ congruæ augmentum expectare poterit Parochus, cum requisitus ab exequutoribus Concordati jam revelaverit hanc unionem ante annum 1819., ex qua redditibus Paræciæ conjuncta annua assurgebat summa scut. Rom. 72. circiter.

Falsum porro omnino dicit, Beneficiorum, de quibus agitur bona secerni amplius non posse, cum optime distingui in quinque partes valeant, cum quinque fuerint ultimi possessores, cumque Fiscus nunquam ea bona considerit, quod ostendit ex Cancellarii Episcopalis testimonio, atque ex vetustiori quodam catastro, quo bona, loca, denominationes honorum describuntur.

His omnibus paucis se expedit Parochus Capitignani dicens, se postulasse cuncta Beneficia, quæ detinebantur a defunctis Nanni, Fabj, Mannetti, Calconi, et Ferrini, quæ omnia sub titulo S. Flaviani erecta sunt, si tantum Beneficium S. Pauli, et ad summum aliud S. Margaritæ excipiantur. Asserit vero errorem in

precibus fuisse tantum *extrinsecum*, non *intrinsecum*, quoniam S. Congregatio non ex numero Beneficiorum, sed ex reddituum valore unionem indulsit, præsertim si attendatur, quod Beneficiorum, quæ a Laica Potestate occupata fuerant, et tituli, et nomina, et bona confusa fuerant.

Nequit sane in discrimen adduci illegitimam fuisse Beneficiorum unionem a Laica, non ab Ecclesiastica Potestate factam favore Parochis Pellis-scriptæ. Falsum enim est, Vicarium Reatinum potiores in unione hac adimplevisse partes, tum quia nullum ab ipso latum unionis decretum producitur, tum quia Capituli consensus exquisitus non fuit, tum quia interesse habentes auditos esse non patet ad form. *Tridentini Sess. 21. de Reform. cap. 20., can. 4. quanto 5., tua nuper 8. et cap. pastoralis 9. de his, quæ fiunt a præcl. sine consensu Capitul. Cum si una 2. de reb. Ecclesiae non alien. Reg. XXII. Cancel. Apost.* Neque ostenditur, Vicarium Reatinum necessariis munitum fuisse facultatibus ad unionem peragendam, quum hæc facultas non annumeretur inter Ordinarias Vicarii Generalis facultates: ita *Rebuff. in praxi Benef. tit. de union. Benef. num. 37. Gallemart in remis. ad idem cap. 13. Tridentini Sess. 24. lib. 6 et Galliardus tit. de un. benef.*

Licet vero in Concordato anni 1818. statutum fuerit art. VIII. *Collatio Beneficiorum simplicium liberæ collationis cum fundatione, et erectione in titulum Ecclesiasticum fiet a S. Sede, et ab Episcopis pro diversitate mensium, quibus vacabunt.* Non inde sequitur, ut valida censeri debeat de hisce beneficiis dispositio a Laica Potestate peracta, tum quia haud certo constat, illa reapse in titulum Ecclesiasticum non esse erecta, tum maxime quia hæc dispositio locum habuit longe ante novissimi Concordati tempus, nimirum cum omnia juxta Communis Canonici juris leges definienda erant, ac præsertim juxta præscriptum a SS. Tridentina Synodo in *Sess. 22. Cap. 11. de Reform.*

Pro errore vero, et falsitate præcum, quæ Parocho Capitignani objicitur perpendere præstat id quod *Innocentius III. in cap. super litteris 20. de rescrip. statuit.*

Nos

Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, et illos, qui per simplicitatem, vel ignorantiam literas a nobis impetrant, hujusmodi credimus discretionem adhibendam; ut hi, qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suae perversitatis poenam nullum ex illis commodum consequantur. Inter alios autem, qui posteriori modo literas impetrant, duximus distinguendum, quae falsitas suggesta fuerit, vel quae veritas sit suppressa. Nam si talis sit expressa falsitas, vel veritas occultata, quae quamvis fuisset tacita, vel expressa, nos nihilominus in forma communi literas dedissemus, delegatus non sequens formam in literis ipsis adpositam, secundum ordinem juris in causa procedat. Si vero per hujusmodi falsitatis expressionem vel suppressionem etiam veritatis literae fuerint impetratae, qua tacita vel expressa nos nullas literas dedissemus, a delegato non est ullatenus procedendum.

Bona fide quinque pro septem Beneficiis commemorasse Parochum Capitignani patet ex Ordinarii Informatione. Sacra vero Congregatio non ex numero Beneficiorum, sed ex reddituum valore unionem concessit, unde haec gratia videretur nullatenus irritanda. Sed quia novissimum Concordatum Article XIIII. ita constituit. Sanctitas Sua declarat eos omnes, qui praedicta bona alienata possident nullam molestiam habituros neque a se, neque a Romanis Pontificibus successoribus suis, ac consequenter proprietates eorumdem honorum, redditus, et jura iis inherentia, immutabilia penes ipsos erunt, atque ab ipsis causam habentes. Videant pro eorum Sapientia EE. PP. utrum casus alienationis (de quo fit mentio in Concordato) æquiparetur casui simplicis unionis, de qua disputatur.

Ex deductis etiam hactenus dijudicare poterunt EE. PP. an in censuras contra eos, qui intrusionis crimen perpetrant, latus incurrerit Parochus Fascetti, et an valide suspensus fuerit ab Episcopo propter recollectionem fructuum, quum causa principalis in Sacra Congregatione penderet, atque ex hoc decernant, an a censuris sit absolvendus.

Videant demum an lis finienda sit sine obtento Beneficio

aperitionis oris adversus literas Apostolicas expeditas favore Parochi Capitignani.

Agitur enim de infirmendis literis Apostolicis, adversus quas nullo prætextu assurgere licet ob obsequium Apostolicæ Sedi debitum, id quod fieri non licet sine prævia aperitione oris ut ex *Text. in Cap. si Capitulo*, et ibi *gloss. verb. exequatur de conces. præ*.

Dub. I. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisio favore Paræciæ S. Flaviani sub die 16. Januarii 1819. ad primum dubium in casu etc.*

II. *An, et quomodo sit concedenda absolutio a censuris in casu etc.*

CINGULANA NOMINATIONIS CAPELLANI. Dominicus Mariotti Cingulanus supremo, cum quo decessit elogio an. 1696, ita jussit suis hæredibus, „debano erigere una Cappellania mera laicale, parimenti da potersi ritenere etiam da Laici, sotto l'invocazione di San Nicola da Tolentino, sopra tutti li beni stabili, che sono situati nella pertinenza di detta Villa di Strada, con peso di Messe settanta l'anno in perpetuo „ Ipse primum Capellanum elegit Carolum Mariotti suum germanum. Voluit autem, quod in casu vocationis jus nominandi spectaret pro prima vice ad eundem Carolum Mariotti, pro secunda vero ad Rugerium Pellegrini suum ex Sorore Nepotem, e talmente che in perpetuo dopo la morte di detto D. Carlo, debbano essere due sole voci, e non più nel fare l'elezione di detto Cappellano: . . . , e nel caso, che le predette voci discordassero, allora si facciano due schedole di nominati hinc inde. . . . si ponghi-

Sess. 22. Cap. 6. et Sess. 25. cap. 4., et 6. de Ref.

ghino in Borsa , e quello che sarà estratto sia Cappellano di detta Cappellania .

Testatoris voluntati inorem gesserunt hæredes usque ad annum 1778. , quum, ut controversiis super jura nominandi exortis modum imponerent, Felix , et Victorius Antonius Galli fratres , cum Sancta Pellegrini , et Nicolao Piermattei hujus ex Sorore Nepote , ad concordiam per Apochiam devenere , qua ita conventum est , *che il fruttato di essi beni (pro Capellania scilicet relictorum) abbiano , e debbano dividersi a metà , cioè la-metà per detta Santa , ossia Nicola Piermattei ; e l'altra metà dividersi fra delli Signori Felice , e Vittorio Antonio Galli , che essendo vi sopra della Cappellania il peso , ed obbligo di Messe 70. , ciascuna delle parte debba sodisfare il detto obbligo per la sua parte . Che la presente concordia sia , e debba intendersi dover durare , fintantochè le parti naturalmente viveranno . Hinc Capellani nominatio omissa fuit , quod contra Testatoris voluntatem factum putans Aloysius Piermattei, qui fruitur medietate reddituum ad tramites concordiaè timens ob negligentiam patronorum jus nominandi devolutum fuisse ad S. Sedem exoravit Sanctissimum , ut dignaretur admittere nominationem Sanctis Piermatteini Nepotis a se ad dictam Capellanium præsentati . Sanctissimus preces S. huic Congregationi remisit , a qua requisitus de more fuit Eminentissimus Episcopus .*

Hæc retulit Eminentissimus Episcopus , constat Capellaniae redditum scut. 50. 50. attingere, quibus scut. 3. 25. Vectigalium , nec non Missarum oneris 70. stipendia forent deducenda . Jus activum nominandi Capellanum ab Institutore in duas voces diremptum in praesentiarum residet penes Oratorem Aloysium Piermattei , et Pacificum Galli , utrumque interpellavi , ille per literas Parochi , quas adjungo , hic propriis literis responsum dedit . Interpellatam quoque voluit Rosam Viduam Galli ab Oratore inductam tam in precibus , quam in praedictis literis , et responsum habui , quo patet , omnes auditos fuisse tam active , quam passive vocatos . Nil possem de requisitis in praesentando concurrentibus exponere , cum nihil hac de re fuerit
a Fun-

a Fundatore definitum, qui voluit immo, ut etiam Laici Capellaniam possint retinere. Alioquin illa, quae concurrunt in nominato Sancte Piermattei inter Alumnos Collegij Romani existente, apparent ex Fide Parochi precibus inserta. Oneri Missarum 70. satisfactum esse novi ad totum annum 1819. Adnecto animadversiones quasdam Pro-Vicarii Generalis meae Curiae Cingulanae, quibus fusius noverint EE. VV. juris patronatus divisionem, nec non litem inter Patronos in eadem Curia sub anno 1778. agitatam, quae factum est, ut sese post hac composuerint media bonorum Capellaniae divisione proprio Marte, nullo Apostolico Indulto peracta.

Hisce praehabitis necesse mihi videtur, ut haec bonorum divisio, cum nulla legitima auctoritas intercesse- rit, e medio tollatur, ipsorumque detentores moneantur, ut veniam postulent ab Apostolica Sede de fructibus male perceptis ex gratia speciali condonandis, quemadmodum ex mera indulgentia possent Patroni restitui ad ius quod amiserunt Capellanum nomi- nandi modo tamen, et forma a Fundatore defi- nitis „.

Interea Clericus Sanctes Piermattei ad Capellaniam ab Aloysio nominatus expeditiori via incedere exoptans preces Datariae Apostolicae obtulit, ut Capellaniam impetraret, quod ubi significatum est ab Eminen- tissimo Episcopo huic S. Congregationi, omnia tran- smissa sunt ad Datariam Apostolicam, ut ejus Mini- stri audirentur, qui retulere, nihil circa Oratoris preces actum fuisse, ut noverunt instantiam pendere in hac Sac. Congregatione, expectantes praecipue quod S. haec Congregatio, tum de Patronatu, tum de bonorum divisione definiret. Hinc novae datae sunt literae Eminentissimo Episcopo, ut praefigeret termi- num interesse habentibus ad deducendum jura sua in S. Congregatione mensis termino, cum a nemine appositum fuerit nihil transeat, ex officio, quae u- trinque perpendenda videntur EE. VV. sapientissimo iudicio subjiciam.

Perperam Capellani nominationem omisere Patroni, quum eam præscripserit pius Testator, ac pariter contra SS. Canonum sanctiones divisionem reddituum aggressi sunt, quemadmodum in cap. *Nos quidem* 5. *de test.* Gregorius IX. rescripsit. Cumque male possideat, et percipiat fructus is, qui justo titulo destituitur, patet eos male percepisse redditus superextantes post celebratas Missas.

Hæc cum ita se habeant, cumque patroni usurpantes bona, et subventiones quascumque ad Ecclesiam pertinentes ex Concilio Tridentino *Sess. 22. cap. 4. de Re- for.* patronatu decident, eo ipso Patroni hujus Capellanæ patronatu etiam excidere, nec proinde ullum aliud eis jus nominandi superest.

Verum hæc indubie procederent, si ageretur de patronatu beneficii, vel Ecclesiæ, et de usurpatione bonorum ad dictorum Ecclesiæ Ministrorum sustentationem Synodus enim Tridentina ita constituit - *Si quem in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiæ, seu cujusvis saecularis, vel Regularis Beneficii Montium Pietatis, aliorumque piorum bonorum jurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, et emphyteutica, fructus emolumenta, seu quascumque obventiones, quae in Ministrorum, et pauperum necessitates converti debent in proprios usus convertere, illosque usurpare praesumpserit, seu impedire ne ab iis, quos jure pertinet, percipiantur, is anathemati subiiciat. Quod si ejusdem Ecclesiæ Patronus fuerit, etiam jure patronatus ultra praedictas puenas privatus existat.*

Agitur tamen hic de usurpatione bonorum pertinentium ad Capellaniam laicalem, quam Testator voluit retineri posse etiam a Laicis, et mulieribus, quae quidem non videntur expresse comprehendi in verbis Concilii, unde pœna privationis patronatus non videtur ad rem præsentem extendenda cum leges pœnales strictam interpretationem recipiant *text. in cap. pœnae de Poenit. dist. 7. Cap. odia de regul. jur. in 6.*

Qua-

Quatenus itaque EE. PP. censeant patronos istos non decidisse jure nominandi Capellanum, videant, an cum præjudicio aliorum patronorum sit admittenda a Sanctissimo nominatio Sanctis Piermattèi ab Aloysio facta. Non agitur enim hic de beneficio conferendo, sed de Capellano instituendo.

Curare autem, ut Missarum relictæ, et piæ fideliam voluntates impleantur, Episcopi est, cum Patroni neglexerint, ut videre est apud Benedictum XIV. de Synodo Dioecesana lib. XIII., et alibi. Animadvertant EE. PP. etiam rem adhuc integram esse nec ullum Capellanum constitutum, negligentibus patronis, quum autem integra adhuc res sit nihil impedit, quominus patroni jure suo utantur, et ad Capellani nominationem deveniant.

Videant etiam an sit locus absolutioni quoad fructus male perceptos. Licet enim voluntati restiterint Testatoris omittentes nominationem Capellani, implevere tamen id, quod primario voluit Testator, scilicet celebrationem Missarum. His itaque perpensis dignentur EE. VV. derimere, quæ proponuntur dubia.

I. *An sit servanda divisio bonorum Capellaniae, facta a Patronis; seu potius sit Capellania ad ad primævum statum revocanda in casu etc.*

II. *An Patroni jus nominandi amiserint, et in censuras inciderint in casu etc.*

Et quatenus affirmative ad II.

III. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione censuris, et rehabilitatione patronorum ad jus nominandi in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit concedenda condonatio fructuum perceptorum ex divisione bonorum Capellaniae in casu etc.*

V. *An sit servanda facta nominatio favore Sanctis Pier-*

Die 22. Decembris 1821.

Piermattei, seu potius possint Patroni ad novam nominationem devenire in casu etc.

Et quatenus negative ad utramque partem.

VI. An sit relaxanda supplicatio impetrationis favore Sanctis Piermattei in casu etc.

INDEX

INDEX RESOLUTIONUM

*Quæ prodierunt in Causis in S. Congreg. Concilii
anno 1821. propositis.*

A

Absentia. Vide Indultum.

Consulendum esse SSmo pro *absolutione* a Censuris incursis ab Octaviano Ciccolini, et Leonardo Santarelli administratoribus Montis Pietatis Tudertini ob alienationes, et negligentias in gerenda administratione censuit Sacra Congregatio in *Tudertina Redditionis Rationum, et Concordia* 14. Aprilis ad IV. Dub.

Attenta redituum imminutione, nec non necessitate impendendi in augmentum dotationis Capellaniarum Sac. Congregatio censuit esse consulendum SSmo pro *absolutione* Missarum in præteritum non celebrat. in *Januen. Condonationis, Reductionis, Translationis, et Absolutionis* 21. Julii ad IV., et VI. Dub.

Absolutionem concedendam esse statuit Sac. Congregatio Monialibus S. Mariæ Magdalens Civitatis Drepani Mazarien. Diocesis, attendita vera impotentia, tum quoad Capitale censuum consumptum, injuncta singulis annis celebratione unius Missæ lectæ cum recitatione officii pro defunctis a Monialibus infra octavam omnium fidelium defunctorum, tum etiam quoad omissionem Missarum, celebrata unica tamen Missa cum cantu, et assistentiâ omnium Monialium facto ver-

bo cum SSmo in *Mazarien. 18. Augusti ad I., et II. Dub.*

Consulendum esse Sanctissimo statuit Sac. Congregatio pro *absolutione* onerum Missarum non impletorum ab Archipresbytero, Canonicis, et Beneficiatis *Corchiani*, injuncto aliquo Missarum onere arbitrio Episcopi, cui reliquit quoque præfiniendum celebrationis locum, et eleemosynam juxta votum Emi Relatoris in *Civitate Castellana* 24. Novembris ad IV. Dub.

Nec non *absolutionem* a censuris incursis ob bonorum direptionem, et alia hujusmodi iisdem Canonicis concessit Sac. Congregatio facto verbo Sanctissimo injuncta tamen gravi, et salutari poenitentia arbitrio eiusdem Episcopi *ibid. ad VI. Dub.*

Hæreditatem Felicis Parca, quæ eroganda erat in totidem Missarum celebrationem, *applicandam* minime esse, facto verbo cum Sanctissimo, administrationi bonorum ad Collegiatam *Corchiani* spectan. censuit S. Congregatio, et juxta votum laudati Emi Relatoris arbitrio Episcopi voluit esse præfiniendum Missarum numerum pro oneribus inadimpletis ex reditibus bonorum administratorum satisfaciendis, servata in posterum testatoris voluntate *ibid. ad V. Dub.*

Consulendum esse Sanctissimo pro deputatione *Administratoris* bonorum ad

dictam Collegiatam pertinen. juxta
Votum Em̄i Rivalora Relatoris, in-
juncto Administratori onere redditio-
nis rationis singulis annis coram Epi-
scopo, qui eam transmittat ad Sac.
Congregationem singulis trienniis,
ibidem ad VII. Dub.

Absolutio. Vide *Concordia*, *Missæ Con-*
ventualis, *Redintegratio*, *Sanatio*.

Assistentia mortui proximis. Vide *Paro-*
chus.

Affrancatio. Vide *Separatio*, *Suspensio*.

Alienatio. Vide *Concordia*, *Emphyteusis*.

Altare. Vide *Remotio*.

Sac. Congregatio censuit consulendum
esse Sanctissimo pro concessione li-
beræ *applicationis* in unaquaque heb-
domada unius Missæ duobus Capella-
nis Ecclesiæ S. Michaelis, exceptis ta-
men ab indulto omnibus diebus fe-
stis; cum alias perdifficile esset Sa-
cerdotes invenire, qui hos Capella-
nias susciperent in *Jaruen. Condonatio-*
nis, *Reductionis*, *Translationis*, et
Absolutionis 21. Julii ad I., et VI.
Dub.

Antequam Sac. Congregatio aliquid sta-
rueret circa *aperitionem* oris adver-
sus literas Apostolicas expeditas favo-
re Petri Drudi circa provisionem Be-
neficii simplicis in Ecclesia S. Lauren-
tii di *Serivoli*, prorogavit judicium,
et interim scribi voluit Em̄o Episco-
po, qui sine mora, et non attenta
quacumque inhibitione nisi signata
manu Sanctissimi, deputeret Eccle-
siasticum Administratorem, qui satis-
factis omnibus oneribus, residuales
beneficii fructus retineret in forma
depositi ad effectum consignandi, cui
de jure in exitu litis in *Casenaten. Be-*
neficii 23. Junii ad I., II., III., et IV.
Dub.

Reproposita tamen causa arbitrium pro
aperitione oris non intrare statuit Sac.
Congregatio in iisdem Literis Apo-
stolicis favore Petri Drudi latis, ideo-
que exequendas esse, cum nihil veri
reticatum sit, nihilque falsi exposi-
tum, et dandam esse dicti Drudi fa-

vore institutionem censuit in *eadem*
18. Augusti ad I., II., et III. *Dub.*

Denegata fuit *oris aperitio* adversus Li-
teras Apostolicas favore Josephi Pec-
ci latis, cum nullo obreptionis, vel
subreptionis vitio laborarent, ideo-
que rite, et recte in *Præpositura Ec-*
clesiæ Cathedralis Eugubinae institutus
dicendus esset in *Eugubina Præposituræ*
14. Aprilis ad I., et II. *Dub.*

Archipresbyter. Vide *Congrua*.

Associatio. Vide *Parochus*.

Denegata fuit a Sac. Concilii Congrega-
tione *aperitio oris* adversus Literas
Apostolicas, quibus in collatione Pa-
rœciæ SS. Joannis, et Vitalis statuta
fuit Pensio annua scut. quinquaginta
favore Parœciæ S. Venantii, cum vi-
deretur non adesse justa causa ad
impediendam executionem litera-
rum Apostolicarum quoad solutionem
ejusdem pensionis in *Forosempronien.*
Pensionis 23. Junii ad I., et II. *Dub.*

At reproposita causa prorogatum fuit
judicium super *oris aperitione* adver-
sus easdem literas Apostolicas, sed
interim impertita fuit subministratio
scut. 50. eidem S. Venantii Parocho
in *eadem* 15. Sept. ad I., et II. *Dub.*

Cum tamen vitio laborarent obreption-
is, vel subreptionis ex literæ Apo-
stolicæ collationis Parœciæ SS. Joan-
nis, et Vitalis, recedendum esse a
decisis, ideoque dandam esse *aperi-*
tionem oris adversus easdem literas
statuit Sac. Congregatio; hinc cen-
suit pensionem Parocho S. Venantii
solvendam esse usque ad diem motæ
litis, compensatis solutionibus factis,
et sumptibus peritiæ peritioris Pao-
letti; distulit vero judicium in reli-
quis, et rem ad Episcopum remisit
pro deputatione Administratoris cum
solitis clausulis, ed ad mentem in
eadem 24. Nov. ad I., et II. *Dub.*

Esse locum arbitrio pro *aperitione oris*,
ideoque rescriptum Rev. Fabricæ die
17. Augusti 1804. a Priore Cœnobii
S. Mariæ supra Minervam obtentum
ob vitium obreptionis, et subreptio-

nis non esse exequendum statuit in *Romana Capellania* 18. Augusti.

Intrare arbitrium aperiitionis oris adversus literas Apostolicas provisionis Capellanix laicalis favore Sacerdotis Josephi Gregorii expeditas statuit Sac. Congregatio ob vitium obreptionis, et subreptionis. Distulit vero iudicium super institutione presentati Francisci de Grandis, et restitutione fructuum, usque dum Episcopus referret de causis denegatae institutionis in *Balneoregien. Beneficii* 17. Febr. Aperiitio oris. Vide *Redintegratio*.

B

Beneficiati. Vide *Reductio*.
Beneplacitum Apostolicum. Vide *Concordia*, *Distributio*, *Emphyteusis*.

C

Cancellaria. Vide *Vicarius*.
Canonicus. Vide *Indultum*, *Distributio*.
Religiosos S. Mariae supra Minervam non amisisse beneficium nominationis Capellani, et administrationem bonorum Capellaniae in Parochiali S. Thomae ad Cincios Ecclesia erectae a cl. mem. Card. Capizucchi statuit Sac. Congregatio, quamvis a celebratione Missarum cessassent; nec non ad Priorem pro tempore existen. in dicto Conventu spectare tum Capellani nominationem, tum administrationem bonorum, et servandam esse Missarum celebrationem in Ecclesia statuta a fundatore in *Romana Capellania* 14. Aprilis ad I., II., et III. Dub.

Duas Capellantias a quodam Julio Casare Lattaro Villae S. Sebastiani Marsicanae Diocesis relictas liberae collationis Episcopi, in quatuor esse dividendas, ut quatuor Clericis sufficiens daretur titulus ad Ordines recipiendos, in-

stante eodem Episcopo, censuit Sac. Congregatio facto verbo cum Sanctissimo in *Marsorum Divisionis Capellanianarum* 22. Decembris.

Capellania. Vide *Suspensio*.

Judicatum Episcopalis Curiae Melevitanae, quo Rosa Frenzo Xicluna coacta fuit *cohabitare cum ejus viro*, et obsequia matrimonialia praestare, exequendum esse censuit Sac. Congregatio, cum saevitias a viro illatas neque probaverit uxor, neque tanti esse existimaverit Sac. Congregatio, ut concedi posset thori separatio in *Melevitana Cohabitationis, et Praestationis Obsequiorum Matrimonialium* 18. Augusti.

Caemeterium. Vide *Exequiae*, *Quarta*.

Chorus. Vide *Servitium Chori*.

Cum bona Collegiatae oppidi Corchiani vel malae gestae administrationis, vel acri alieni causa valde imminuta, et dispersa essent, ita ut pares non forent oneribus sustinendis, servandam esse ejusdem Collegiatae suspensionem j m ab Episcopo, uti Visitatore Apostolico, factam, juxta votum Emi Rivarola Relatoris Sac. Congregatio censuit in *Civitatis Castellanae* 24. Novembris ad I. Dub.

Archipresbytero in eadem Ecclesia curam Animarum exercenti praefinivit Sac. Congregatio congruam scut. 100. ab Administratore ejusdem Collegiatae solvendorum praeter incerta stolae, injuncto onere applicationis Missae pro populo, et aliarum 26. Missarum pro Benefactoribus in genere juxta votum ejusdem Emi Relatoris *ibidem* ad II. Dub.

Capellanum adjutorem Archipresbyteri eligendum esse voluit Sac. Congregatio, praevio examine, et Episcopi approbatione sub conditione amovibilitatis, et juxta votum laudati Emi Relatoris arbitrio Episcopi reliquens salarii assignationem ex bonis, et redditibus in administratione positis, nec non obligationem nonnullarum Missarum pro benefactoribus in genere

singulis Mensibus celebrant. facto verbo cum Sanctissimo quoad omnia, *ibid. ad III. Dub.*

Censura. Vide Absolutio.

Commutatio voluntatis. Vide Voluntas.
Antequam quidquam declararet S. Congregatio super *Concordia* inita sine Apostolico beneplacito a Clara Beltrami Camona, et Joanne, ac Carolo Beltrami super non erigendo Beneficio in loco *Massajola*, et augenda dote alterius jam erecto in loco *Kamate*, voluit, ut iterum scriberetur Eñio Episcopo, ut referret de annuo reditu a fundatoribus assignato utrique Capellanix, de numero Missarum non celebratarum, et a quo celebrandæ sunt juxta foundationes, nec non de alienationibus commissis, et a quibus in *Novarien. Transactionis 20. Januarii ad I., II., et III. Dub.*

Post novam vero Eñi Episcopi informationem censuit S. Congregatio esse locum *concessioni* Beneplaciti Apostolici, ac sanationi *concordiæ* inite inter Claram Beltrami Camona, et Joannem, ac Carolum Beltrami, nec non absolutionem a censuris, imposita aliqua salutari pœnitentia, concessit. Voluit vero S. Congregatio, ut Eñus Episcopus curaret a Clara Camona consignari tot bona stabilia, vel census, quot æquent summas ab eadem Clara debitas, et fieri inscriptionem bonorum in publicis tabulis nomine Capellanix. Item absolutionem impertita est pro Missis non celebratis, injuncto aliquo onere Missarum pro una vice arbitrio Eñi Episcopi, facto verbo cum SSmo, in *Eadem 24. Novemb. ad I., II., et III. Dub.*

Concordiam initam inter Capitulum Basilicæ Liberianæ, et Administratores Archiospitalis SSmi Salvatoris ad Sancta Sanctorum confirmandam esse censuit S. Congregatio, quoad Capellanos Moretti juxta votum Eñi Archiepiscopi, quo vero ad Capellanum Bossi solutis ab Archiospitali, scutis decem quolibet Mense teneri ad Mis-

sam quotidianam, et servitium Chori juxta solitum in *Romana Reductionis 20. Januarii ad I. Dub.*

Quoad conductores bonorum pii operis a Laurentio Arzeno instituti, et quoad capitale libel. quatuor millium debit. ab *Augustino Chichisola condonationem* denegavit S. Congregatio, cum certa sint hæc pii operis credita; quo vero ad fructus enunciatae sortis eadem S. Congregatio prorogavit iudicium, et scribendum esse censuit Archiepiscopo, ut magis præcise referret de qualitate contractus, rogatis etiam testibus, quatenus inter acta contractus non inveniretur, et an utilis actio nunc exerceri queat a *Chichisola* contra hæredes asserti detentoris quatuor millium libellarum in *Januen. Condonationis, Reductionis, Translationis, et Absolutionis 21. Julii ad V. Dub.*

Dum S. Congregatio stetit in primo, et secundo loco decisis, tertio confirmavit assignationem decimarum factam *congrua* loco favore dismembratae, et noviter erectæ Ecclesiæ S. Mariæ Magdalensæ Collium in *Reatina dismembrationis 2. Junii ad I. Dub.*

Tenuitati vero *congrua* Ecclesiæ Matricis, et Collegiatae Alabri antequam provideret S. Congregatio, scribendum esse duxit Episcopo, qui transmissa fundatione ejusdem Collegiatae, referret de qualitate servitii Choralis, statu activo, et passivo Parœciæ, et Ecclesiæ Collegiatae per decennium comprehensis incertis, et distributionibus, nec non beneficii ab Archiepiscopo Matricis possessi, et quatenus opus esset proponeret media augendi illius redditus, salvis tamen decimis, et *congrua* dictæ novæ Parœciæ assignatis. *ibid. ad II. Dub.*

Contractum vitalitium initum presbyterum Josephum Prosperi Lucarelli inter, et Vincentium Prosperi Gagliardi, aliosque substineri censuit S. Congregatio, quamvis in illo actum sit de redditibus *Capellaniarum* laicalium,

quæ Presbyter Joseph possidet; salvis juribus Capellaniarum ad formam fundationis post obitum actualis *Capellani*. Ideoque *contractus* vitalitius non indigere sanatione, neque indigere absolute a *censuris* contrahentes statuit eadem S. Congregatio in *Velitern. Sanationis contractus 23. Junii ad I., II., et III. Dub.*

D

Dispensatio ab Irregularitate. Vide Irregularitas.

S. Congregatio antequam aliquid decerneret circa quotidianas *distributiones* præteritas, et currentes Collegii Beneficiatorum Basilicæ S. Laurentii in Damaso, commisit Eñno Vice-Cancellario ejusdem Basilicæ Commendatario, ut idem Collegium cogeret ad exhibendam redditionem rationum, indicata erogatione subventionum provenien. tum ex Chyrogapho S. M. Pii VI., tum ex Indultis S. Congregationis, et ex his referret, cur solutis currentibus mensualitatibus non essent ex annuo superextanti reditu solveadæ, si quæ sunt, mensualitates adhuc debitæ, et cui in posterum, si reditus augeantur, vel minuantur, non sint proportionabiliter pro rata augendæ, vel minuendæ mensualitates ad formam Bullæ erectionis, et prout de jure in *Romana Distributionum 14. Aprilis.*

Attento Rescripto SSm̃i Canonico Francisco Vagnozzi concesso per Secretariam Memorialium, quo permittitur, ut a residentia, et servitio Chori abesset, et nihilominus sui Canonicatus fructus, reditus, ac proventus percipere posset, S. Congregatio censuit hæc omnia ab illo percipienda esse, exceptis tantum *distributionibus* inter præsentibus, et compensato arbitrio Eñni Episcopi servitio Curæ, quatenus Vagnozzi Canonicus Collegiatæ

Montis Fani Auximanæ Dioecesis per alium non inservisset in *Auximana Distributionum 22. Decembris.*

Licet diminuti essent reditus ob reductionem LL. MM., attamen locum non esse dixit S. Congregatio abolitioni duorum *subsidiarum dotalium* petitæ ab Administratoribus Archiospitalis SSm̃i Salvatoris ad Sancta Sanctorum in *Romana Reductionis 20. Januarii ad III. Dub.*

Sed concessit ad decennium suspensionem subsidii *dotalis* tantum conferendi ab eodem Archiospitali, non vero alterius, ad quod jus habent ex testatorum voluntate puellæ Monasterii Sanctorum Quatuor Coronatorum Urbis *ibid. ad IV. Dub.*

Consulendum vero esse Sanctissimo autumavit pro absolute *dotium* puellis memoratis non solutarum usque ad totum currentem annum 1821. *ibid. ad V. Dub.*

Confirmavit S. Congregatio resolutionem diei 18. Martii præteriti anni 1820. sub primo dubio, ut scilicet puellis jam nominatis ad subsidium *dotale* ab aliis ex collatoribus nominari nequirent, verum quoad Joannam Mianinuptam ante memoratam resolutionem consulendum esse Sanctissimo a R. P. D. Secretario pro sanatione duplicis collationis in *Ravennaten. Subsidiis Dotalis 2. Junii.*

Dos. Vide Subsidium.

E

Ecclēsia reparatio. Vide Indultum.

Prorogavit S. Congregatio iudicium antequam aliquid decerneret circa obedientiam a Capitulo, et Clero Ortolanensi præstandam Archiepiscopo Lancianensi in pervigilio SS. Apostolorum Petri, et Pauli, qui *edicto* eos obligare voluit in *Lancianen. 21. Julii.*

Electio. Vide Presentatio.

Capitulum Collegiatæ Novi manuteneri in possessione juris peragendi *Exequias*

in propria Ecclesia, et percipiendi *emolumenta* funeralia juxta solitum, non obstante constructione publici Coemeterii, statutum fuit a S. Congregatione in *Berthonen. Spolii, Manuten-tionis, et Redintegrationis* 14. Aprilis ad IV. Dub.

Emolumenta funeris. Vide *Quarta*.

S. Congregatio censuit condonandos esse redditus perceptos a Comite Donusdeo de Malevoltis patrono hospitii sub invocatione S. Martæ erecti Senis ex non solutis canonibus *emphytheuticis* ob rei familiaris angustiam præsertim cum legitimi præsumerentur *emphytheutici* contractus in *Senen.* 23. Junii ad I. Dub.

Distulit vero judicium quoad suspensionem solutionis canonum *emphytheutis*, et præstationum, nec non, attenda aliqua bona fide, consulendum SSmo esse censuit pro absolute a censuris, imposita vero aliqua salutari poenitentia arbitrio Eñi Episcopi *ibid.* ad II., et III. Dub.

Iterum constare dixit S. Congregatio de Nullitate *emphytheutis* bonorum beneficii S. Venerandæ erecti in Oppido *Giroli* Anconitanæ dioecesis, initæ sine Apostolica venia, dum in decisis *sub die 27. Maii* elapsi anni 1820. standum esse dixit, ac proinde locum esse illius rescissioni, in *Anconitana Nullitatis Contractus* 20. Januarii ad I. Dub.

Adeoque esse restituendos fructus ab *emphytheutis* a die motæ litis, *ibid.* ad II. Dub.

Post reprobata *Emphyteusim* perpetuam trium vineolarum Beneficii erecti in Collegiata S. Gaudentii Civitatis Novariensis, ac demandatam affixionem *edictorum* pro *emphytheusi* ad tertiam, vel quartam generationem; cum unica comparuisset oblatio, apposita conditione emptionis cujusdam prædii vocabuli *Prazzone*, S. Congregatio, prorogato judicio, Emo Episcopo scriberendum esse duxit, ut nova edicta atfererentur pro unica *emphy-*

teusi ad tertiam, vel quartam generationem tum vinearum, cum enunciati prædii in *Novarien. Beneplaciti Apostolici* 24. Martii.

Expensæ, Vide *Sententia*, *Spolium*.

F

Funus. Vide *Quarta*.

Fructus. Vide *Distributio*.

I

Imminutio reddituum. Vide *Reductio*. Canonico Poenitentiario Civitatis Plebis *indultum* absentia a residentia denegavit Sacra Congregatio, quamvis alii Poenitentiarum munus exercuissent, et Ecclesiæ fabricæ redditus applicasset, injunxitque Episcopo, ut proponeret alia media pro reparatione Ecclesiæ in *Civitatis Plebis Residentia*, et *Ecclesiæ Reparationis* 17. Februarii.

Indultum absentia. Vide *Distributio*.

Inscriptio hypothecaria. Vide *Reductio*. Cum majora requisita attenda dispositione tum juris, tum voluntatis Testatrici concurrerent in Clerico Salvatore Pacetti, quam in Clerico Raymundo Anibaldi, illi censuit S. Congregatio dandam esse *institutionem* ad beneficium sub invocatione Sanctissimi Crucifixi in Ecclesia sita extra muros Montis Florum, ideoque non esse concedendam dispensationem super defectu ætatis, et *institutionem* Clerico Anibaldi in *Firmana Beneficii* 17. Februarii,

Institutio. Vide *Aperitio Oris*.

Juxta præscriptum in *Cap. 1. tit 12. Conc. Romani* diligendos esse ad exhibendum legale *inventariam* juramento firmatum omnium bonorum, et jurium ad Ecclesias, Beneficia, aliaque Loca pia spectantium respectivos beneficiatos, seu Administratores statuit S. Congregatio in *Balneoregien. Visitationis SS. Liminum* quoad *Inventa-*

rium 14. *Aprilis ad I. Dubium*.
 Antequam vero decerneret, utrum singulis decenniis essent *inventaria* hujusmodi renovanda ab Episcopo exquisivit Synodorum particulas quas tantum indicaverat, *ibid. ad II. Dub.*

Contra reluctantes procedi posse nedum poena pecuniaria, sed etiam censurarum pro Episcopi arbitrio, et prudentia censuit eadem S. Congregatio, *ibid. ad III. Dub.*

Investimentum. Vide *Sanatio*,

Ab *Irregularitate* super defectu partis pollicis laevæ manus dispensationem per Breve concedendam esse facto verbo cum Sanctissimo statuit S. Congregatio Clerico Joanni Baptistæ Joseph Bouchez sed cum digitali aureo, vel argenteo inaurato ita inhaerente, ut omne periculum arceretur, quod in sacro peragendo cadere posset, et præmisso experimento coram Cæremoniarum Magistro, et dummodo eo digitali in nulla alia actione uteretur, ac reverenter in capsula custodiretur *in Cameracen. Irregularitatis* 17. *Februarii*.

Jura Parochialia. Vide *Parochus*.

Jus Sepeliendi. Vide *Tumulatio, Parochus*.

Consulendum esse Sanctissimo pro extensione *jurispatronatus* Parœciæ S. Michaelis loci M'zianelli Brixien. Diœcesis censuit S. Congregatio, nec non approbandas esse conditiones a Comitissa Dorothea Uggeri Luzzago in nova donatione appositas, nempe quod *juspatronatus* ad suos hæredes, et successores transeat, *in Brixien. Jurispatronatus* 15. *Septembris*.

L

S. Congregatio statuit *Legatum* pium Marcelli adimplendum esse in Parœcia *di Linaro* solutis Parocho obulis viginti pro qualibet Missa ibi celebranda singulis diebus festis ad formam fundationis, et quatenus Parochus renuncia-

ret, indulset adimplementum Legati in Cathedrali Ecclesia fieri posse *in Imolen. Legati* 17. *Febr. ad I. Dub.*

Quia vero Missæ ejusdem Legati adimpletæ fuere bona fide a Legatariis in Cathedrali concessa fuit Sanatio ad cathelam facto verbo cum Sanctissimo, *ibid. ad II. Dub.*

Litera Apostolica. Vide *Aperitio Orit, Reductio*.

M

Mansionariis Ecclesiæ Cathedralis Calliensis ab Angelo Maria Felici institutis concessa fuit bonorum administratio juxta resolutionem Capitularem, nempe firma remanente penes Capitulum administratoris electione, gestionis revisione, et facultate deponendi administratorem in casu negligentæ *in Callien. Administrationis Bonorum* 2. *Junii*.

Non constare de *Matrimonii* nullitate initi inter Franciscum Erba, et Joachinam Cutajar judicavit S. Congregatio, cum Mulier, quæ coram Parocho, et testibus consensit, statim a viro non discesserit, imo per biennium cum viro cohabitaverit, et Matrimonium consummaverit, et præsertim cum ex testium depositionibus non liquido constaret, graves fuisse minas, atque sævities, ex quibus injusta vis, atque *metus* oriri posset *in Melevitana Nullitatis Matrimonii* 24. *Martii*.

Cum vero nihil novi a Joachima fuerit deductum Sacra Congregatio judicium suum confirmavit super validitate Matrimonii *in eadem* 22. *Decembris*.

Matrimonialia Obsequia. Vide *Cohabitatio*.

Denegandam esse dispensationem applicationis *Missæ Conventualis* pro benefactoribus in genere Capitulo Drepani Mazzariensis Diœcesis statuit Sac. Congregatio. Verum ob redituum te-

nuitatem reduxit hoc onus omnibus diebus festis etiam reductis, necnon permisit, ut in diebus ferialibus eadem Conventualis Missa pro benefactoribus Reggio, et Nobili cum memento pro omnibus applicaretur. Tandem consulendum Sanctissimo decrevit, ut quoad præteritas omissiones absolverentur Capitulares, celebrata unica Missa cum cantu, et interventu totius Capituli in *Mazzarien. Missæ Conventualis 2. Junii.*

Missa. Vide Absolutio, Applicatio, Capellania, Capellanus, Concordia, Legatum Fium, Reductio.

Constare de credito *Montis Pietatis Tudertini* contra Octavianum Ciccolini in summa scutorum 986. 28., atque de credito contra Leonardum Santorelli in summa scutorum 130., necnon a die interpellationis requisitorum Pauli de Castro deberi fructus, dummodo non excedant sex pro quolibet centenariis, et anno, facta legali inscriptione, decrevit Sac. Congregatio in *Tudertina Redditionis Rationum, et Concordia 14. Aprilis ad I., II., et III. Dub.*

N

Nominatio. Vide Capellania, Presentatio, Suspendio.

O

Obreptio. Vide Aperitio Oris.
Obsequia Matrimonialia. Vide Cohabitatio.

P

Diaconum Gregorium Cataldi non decessisse censuit Sac. Congregatio e jure tum Paracia S. Crucis, tum alterius Paracia nuncupat. di Pescia, cujus, suadente Episcopo, concursum subiit, cum ab eodem Episcopo, ab-

sque ulla culpa Diaconi Cataldi, dilata fuisset ultra annum ejus promotio ad S. Presbyteratus Ordinem in *Spolletana Collationis Paracæ 2. Junii ad I. Dub.*

Ac proinde eundem Cataldi in primo dicta *Paracia S. Crucis*, cujus jam possessionem ceperat, et fidei professionem emiserat instituendum esse decrevit Sac. Congregatio; præfixo tamen eidem termino arbitrio Ordinarii ad suscipiendos Sacros Ordines, *ibid. ad II. Dub.*

Canonicus Curatus Ecclesie Cathedralis *Balneoregien.* ægrotos rurículas visitare, eisque morti proximis adstantiam præbere ad formam Ritualis Romani tenetur, necnon Episcopus curare debet, ut provisæ sint *Paracæ Capellano Curato*, ne ruriculæ, vel Civitatis Incolæ spirituali adstantia careant, prout definivit Sac. Congregatio in *Balneoregien. Visitationis SS. Liminum quoad curam animarum 14 Aprilis.*

Paracia. Vide Redintegratio, Unio.

Parochum Eustachium Olivieri privandum non esse censuit Sac. Congregatio *Paracia Strangolagalli Verulanæ Diocesis*; ideoque removendum esse Æconomum, ac eidem Parocho Olivieri restituendos esse fructus a die constitutionis Æconomi pro summa liquidanda ab R. P. D. Secretario ad formam Rescripti Sanctissimi die 14. Julii 1819. quo deputatus fuerat Æconomus cum congruo emolumento statutum fuit in *Verulana Privationis Paracia 15. Septembris ad I., II., et III. Dub.*

Substitori dixit Sac. Congregatio præscripta Emi Abbatis Trium Fontium lata die 29. Septembris 1819., ideoque non licere iis Canonicis Nullius Orbeteli qui *Parochum* Archipresbyterum deservire, et coadjuvare tenentur, Matrimonii interesse absque Ordinarii, vel Parochi licentia; itemque posse eundem Abbatem coarctare, et etiam tollere facultatem au-

diendi confessiones memoratis Canonis, sicut cæteris Confessoribus in *Nullius Orbeteli Jurium Parochialium 2. Junii ad I., et II. Dub.*

Nec non ad Priorem Archipresbyterum qui Parœciæ curam habet, non vero ad Canonicos Coadutores spectare jus distribuendi testimonia peractæ Communionis Paschalis, et conficiendi statum Animarum, *ibidem ad III. Dub.*

Parocho domicilii non Præposito Cathedralis competit jus administrandi Sacramenta omnibus ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Miniatis pertinentibus. Eorundem cadavera sepelienda sunt in Cathedrali, requisito tamen proprio *Parocho* pro associatione, quatenus adsit sepulchrum pro addictis Chori servitio, vel Sepulchrum majorum, vel ibi illud elegerint, salva tamen quarta funeris juxta loci consuetudinem *Parocho* domicilii, ad quem spectat Cadaveris aspersio, antequam e domo efferatur, et *De profundis* intonatio: ut censuit Sacra Congregatio in *S. Miniatis Jurium Parochialium 24. Novemb. ad I., II., III., et IV. Dub.*

Ad formam Constitutionis S. M. Pii IV., et Ritualis Romani a Sacra Congregatione statutum fuit *Parochis* competere jus facienti absolutionem super Cadavera defunctorum in agris, delata ad Ecclesias Parochiales ab Archiconfraternitate Mortis, et Orationis Urbis in *Romana Jurium Parochialium 24. Martii ad VII. Dub.*

Parochus. Vide *Quarta Funeraria, Tumulatio.*

Quatuor *patrimonia* sacra ab Episcopo Montis Politiani piissima liberalitate constituta Sacra Congregatio approbavit juxta ejusdem Episcopi preces, nempe cum conditione a Clericis nominatis, qui et pauperes esse debent, specialiter excepta in actu nominationis, in eadem Diocesi permanendi, nec non illa amittendi, si alibi domicilium statuunt, postquam ab

Ordinario moniti ad propriam Diocesim non remeaverint in *Montis Politiani Patrimonii Sacri 21. Julii.*

Quamvis Secundo Piacenti resignaverit R. P. D. Conversi Canonicatum Basilicæ S. Mariæ Transtyberim, reservata sibi *pensione* scut. 120. super fructibus, redditibus certis, et incertis, quæ fere excedit *præbendæ* fructus, tamen ad dictum Piacenti spectare onus solvendi Sacratio *pensionem* scut. quinquaginta censuit Sacra Congregatio ad formam Brevis 28. Novembris 1806., quo ea oneratur ultimus Canonicus quemadmodum nunc est Piacenti in *Romana Pensionis 21. Julii.*

Pensio. Vide *Aperitio Oris.*

Cum Prior S. Sixti Pisarum probare nequiverit, vel ex concessione, vel ex consuetudine jus, quod asserebat, ad suam dignitatem pertinens, sedendi scilicet in Choro immediate post Canonicos, et *præcedendi* in processionibus Capellanos Ecclesiæ Primatialis Pisanz, Sacra Congregatio hoc jus Priori competere denegavit in *Pisana Præcedentia 22. Decembris.*

Nullam esse nominationem a Comite Joanne Ruffo factam per sortem, et servandam esse *Præsentationem* factam a Luca Suardi compatrono, postquam a sorte recessit, statuit Sacra Congregatio, tum quia sortes in electionibus, et præsentationibus a Sacris Canonibus vetitæ sunt, tum quia Laicis *patronis* denuo *præsentare* licet, si nulla sit prima *præsentatio* in *Ariminen. Nominationis, et Præsentationis 17. Februarii.*

Q
Parochis ad formam Statuti Cleri Romani *quartam funerariam*, seu medietatem emolumentorum competere censuit Sacra Congregatio in exequiis decedentium in agris, quæ sunt in Ecclesia Archiconfraternitatis, et Mortis Urbis occasione tumulationis In

Romana Jurium Parochialium 24. Martii ad III. Dub.
Quarta. Vide Tumultus, Parochus, Sepeliendi jus, Sepultura.

R

Rationis Redditio. Vide Administrator. Cum adhuc exret apud Beneficiatos fundus Urbestalle iisdem cum onere Missæ Conventualis tradito a Canonicis Cathedralis Amerinæ, et cum culpabilis esset reddituum imminutio, Sac. Congregatio neque dispensavit Beneficiatos ab ejusdem Missæ applicatione, nec Choralis servitii reductionem concessit in *Amerina Reductionis, seu Nova Dotationis 22. Decembris ad I., et II. Dub.*

Distulit vero iudicium circa provisionem reddituum tenuitati, *ibid. ad III. Dub.*

Denegavit quoque absolutionem ab onere redintegrandi Capitale, et voluit, ut ii, qui Capitalis detrimento causam dederunt, consulerent conscientiam suam, quomodo vero ad redintegrationem præstandam teneantur, prorogando Sententiam, Episcopo juxta mentem scribi decrevit *ibid. ad IV., et V. Dub.*

Prævio recessu a decisis sub die 8. Februarii 1817. quatuor Capellanas attentæ paupertate patronorum ad unam tantum reduxit Sac. Congregatio cum onere Missam quotidianam applicandi pro omnibus, pro quibus quatuor Capellanas erigendæ, nec non statuit, ut assignaretur congruus fundus liber, super quo curaret Archiepiscopus hypothecariam inscriptionem fieri, et oneratam voluit patronorum conscientiam pro redintegratione aliarum Capellandarum quatenus melioris evaderent fortunæ in *Januen. Reductionis 2. Junii.*

Reducendas esse Capellanas a Parocho Joanne Laurentio Arzeno fundatas ob

redituum inculpabilem imminutionem censuit Sac. Congregatio ad sex tantum cum dimidio tributo singulis assignamento libellarum 500., ita ut assignentur tres Capellanas pro Ecclesia S. Martini vulgo *di Zoagli* loco quinque Capellandarum; duæ in Ecclesia S. Michaelis loco trium, et una cum dimidio in Ecclesia *di Semovile* loco duarum cum tertia parte, et Sanctissimo consulendum pro approbatione in *Januen. Condonationis, Reductionis, Translationis, et Absolutionis 21. Julii ad I., et ad VI. Dub.*

Ad duas Missas festivas, alteram in publico Oratorio *alla Lama*, alteram in privato Sacello Comitissæ Catharinæ Bonandrini, durante ejus vita, ac postea in Ecclesia Parochiali reduxit Sac. Congregatio Legata Missarum Familiæ Odoardi; emissa vero per dictam Comitissam obligatione in forma juris valida, et facta inscriptione hypothecaria super fundo libero ad formam edicti in *Asculana Reductionis 21. Julii.*

Antequam sententiam dicerent EE. PP. super redintegratione Parochi SS. Joannis, et Pauli Ariminen. ad exercitium omnium jurium parochialium dictæ Paræciæ, quæ suppressa fuit, ita ut esset locus restitutioni emolumentorum, et Paræciæ integritatis provisioni, censuerunt aperitionem oris adversus Rescripti Sanctissimi diei 5. Februarii 1817. impetrandam, quatenus Episcopus de consensu Parochorum S. Augustini, et S. Agnetis, quibus unita fuit SS. Joannis, et Pauli suppressa Paræcia, rem componere nequeat in *Ariminen. Parochiarum 15. Septembris ad I., II., et III. Dub.*

Attenta consanguinitate cum fundatore, heredum gravatorum paupertate, nec non diminutione reddituum forsitan secuta ex negligentia ascendentium, Missæ quotidianæ Legatum tum alterum libellarum centum Mutinensium expendendum in Missarum Officium in die Anniversario Cæsaris Bassoli

fundatoris celebrandarum ad decennium *reduxit*. Sac. Congregatio ad unam Missam omnibus diebus festis, etiam reductis, et Missam cum cantu in die obitus anniversaria firmo remanente distributionis panis Legato in *Mutinen. Reductionis Missarum 24. Martii*.

Judicium prorogavit Sac. Congregatio super *reductione* Missarum obtenta a Religiosis S. Mariæ supra Minervam, nisi prius obtineretur facultas obloquendi cum clausula de partitione oris adversus Rescriptum Sac. Congregationis Rev. Fabricæ diei 17. *Augusti 1804. latum in Romana Capellania 14. Aprilis ad IV. Dub.*

Reductio. Vide *Concordia, Missa Conventualis, Servitium Chori*.

Standum esse in decisis statuit Sac. Congregatio, ideoque esse locum *remotioni* Altaris, et Simulacri SS. Crucifixi, cæterorumque ornamentorum ab Ecclesia Parochiali Lucensi S. Michaelis in Foro favore sodalitiæ vulgo de *Bianchi* in *Lucana Remotionis, et Restitutionis Altaris 24. Nov. ad I. Dub.*

Confirmavit quoque alteram resolutionem, qua cautum fuit, ut hæc *remotio* fieret sumptibus Sodalitii de *Bianchi*, subrogatio vero alterius Altaris sumptibus operis pii S. Michaelis, et rem ad R. P. D. secretarium cum Sac. et summo juxta mentem remisit *ibid. ad II. Dub.*

S

Concedendam esse approbationem investimenti scut. 950. ab Administratoribus Orphanotrophii Calliensis favore Legati Gaugelli Lenci, facta tamen inscriptione ad formam Edicti censuit Sac. Congregatio. Item *sanationem* concessit pro sumptibus impensis in dimissione æris alieni favore dicti Orphanotrophii, et in sublevandis Orphanis, nec non permisit ut reliqua scut. 298. impendi possint favore

hæredum Canonici *Fioravanti* jam Administratoris Orphanotrophii pro sumptibus ab ipso peractis in *Callien. Sanationis, et Absolutionis 18. Augusti ad II., III., et IV. Dub.*

Sanatio. Vide *Concordia, Legatum Pium, Transactio*.

Salarium. Vide *Capellanus*.

Ob suffragiorum discrepantiam distulit S. Congregatio iudicium circa jus *sepeliendi*, et exponendi Monialem Veronicam Massi, nec non circa emolumentorum restitutionem, quæ Parochus S. Martini Caldarolæ perceperat intra cujus Parœciæ fines, nondum restituto Monasterio decessit Veronica, quæque contendebat Parochus sepulcri gentilitii in *Camerinen. Funebris 23. Junii, et 15. Septembris ad I., et II. Dub.*

Tandem in Ecclesia, ubi adest majorum *Sepulchrum* exponendum esse cadaver Monialis Veronicæ Massi defunctæ ante Monasterii restitutionem, ibique funus peragendum, non obstante publici Coemeterii erectione, confirmavit S. Congregatio salva quarta funeris juxta consuetudinem loci Parocho domicili in *Eadem 24. Nov. ad I., et II. Dub.*

Attenta consuetudine, S. Congregatio Canonicis Ecclesiæ Collegiæ Civitatis *Evoli* denegavit indultum præstandi *Servitium Choro* alternis hebdomadis in *Salernitana Servitii Chori 21. Julii ad I. Dub.*

Eadem de Causa, et quia ex Bulla erectionis Mansionarii ejusdem Ecclesiæ tenentur quotidie Choro interesse S. Congregatio concedere noluit *servitium alternativum ibid. ad II. Dub.*

Reductionem *Servitii Chori* denegavit Sacra Congregatio Beneficiatis Verotti, et Manganoni in Basilica S. Mariæ in Cosmedinum quia redditus notabiliter diminuti non erant, tum quia Officiatura Choralis detrimentum patiebatur in *Romana Servitii Chori 17. Februarii ad I., et II. Dub.*

Sors. Vide *Presentatio*.

Sepultura . Vide Tumulatio .

In sententiis , quibus decretum fuit *Spo-
lium* reficiendæ sunt expensæ judicia-
les , et extrajudiciales ; ideoque ser-
vandam esse *Sententiam* Curicæ Archie-
piscopalis Januensis favore Capituli
Collegiatæ Civitatis Novi statuit Sac.
Congregatio in *Derthonen. Spolii, Ma-
nutentionis , et Redintegrationis* 14.
Aprilis ad II. , et III. Dub.

S. Congregatio decrevit constare de *Spo-
lio* illato Capitulo Collegiatæ S. Ma-
riæ Assumptionis vulgo *di Piazza* Ci-
vitatibus Novarum ex decreto Episcopi
Villaret , quo eidem Capitulo subla-
tum fuit jus privativum benedicendi
fontem baptismalem , et Cereum Pas-
chalem in die Sabati Sancti cum inter-
ventu Parochorum SS. Petri , Andreæ ,
Nicolai vel per se , vel mediantibus
eorum deputatis , nec non in eadem
die pulsandi campanas ante cæteras
Parochiales Ecclesias , atque distri-
buidi in Feria V. in Cœna Domini
Olea Sancta cæteris Parochis , ita ut
Capitulo concesserit manutentionem ,
et quatenus opus esset redintegratio-
nem *ibid. ad I. Dub.*

Subministratio . Vid. Aperiō oris .

Subreptio . Vide Aperiō oris .

Subsidium dotale relictum a Salvatore
Scandelloni usque ad scut. 500. auge-
re censuit Sac. Congregatio favore
filie Joannis Angeli Giorgi septimo
consanguinitatis gradu juxta civilem
computationem cum testatore conjun-
ctæ . Verum juxta modum , nempe
ut suppressa annua collatione dotium
favore novarum concurrentium , do-
nec extinguatur debitum dotium pro-
missarum puellis jam nuptis , ex se-
ptem Annuis *subsidiis* dotalibus quin-
que cedant in extinctionem præfati
debiti favore nuptarum , et reliqua
duo favore filie Joannis Angeli Gior-
gi . Extincto vero nuptarum debito
quatuor annua subsidia cedant favore
dictæ Giorgi , donec exegerit integra
scut. 500. , reliqua vero tria confe-
rantur ad formam foundationis in *Ve-*

litern. Subsidiis Dotalis 21. Julii .

Suspensio . Vide Collegiata .

Sac. Congregatio precibus Joannis Gaje-
tani Ghivizzani non annuere censuit ,
quibus postulabat bona omnia perti-
nencia ad Capellaniam ab Augustino
De Ghivizzano institutam , quamvis
affrancationis ope medietatem sibi ad-
dicere valebat , Beneficiato restituere ,
ea imposita conditione , nempe ut
sui descendentes masculi , iisque defi-
cientibus , masculi ex fæminis bonis
omnibus usufruantur , cum obligatio-
ne omnibus oneribus implendi ; ideo-
que nominationis *suspensionem* denega-
vit , et statuit , ut in casu vacationis
Patroni ad nominationem deveniant
in Lucana Capellania 20. Januarii *ad*
I. , et II. Dub.

Quum S. Pœnitentiaria eidem retinere
medietatem bonorum ad dictam Capel-
laniam permiserit , quia affrancatione
usus fuerit , Sac. Congregatio Archie-
piscopo Lucensi commisit , ut , præ-
via *separatione* medietatis omnium bo-
norum per peritos ex officio eligen-
dos faciendâ curaret illius traditionem
Capellano , et transcriptionem nomi-
ne Capellanæ in publicis tabulis cen-
sualibus *in eadem ad III. Dub.*

T

Tenuitas Redituum . Vide Reditus .

Thori Separatio . Vide Cohabitatio .

Consulendum esse SSmo censuit S. Con-
gregatio pro sanatione *transactionis*
19. Junii 1801. inter Antonium Len-
ci , et Administratores Orphanotro-
phii Calliensis , sed præscripsit , ut
tum sors scut. 1700. Antonio Len-
ci debita , tum fructus tam soluti , quam
solvendi ad formam legis , et tariffæ
reducerentur ; nec non esse consu-
lendum Sanctissimo pro absolute
a censuris *in Callien. Sanationis , et*
Absolutionis 18. Augusti *ad I. , et V.*
Dub.

Transactio. Vide *Concordia*.

Sac. Congregatio ab Ecclesia Parœciali S. Michælis loci *Olivastro* ad publicam Capellam ruralem Familix Gimelli Patronæ unius Capellanix *translatio-nem* permisit, tum quia nullum ex hac præjudicium infertur Ecclesiæ Parœciali ob erectionem alterius Capellanix ab uno ex Gimellis factam, tum quia valde utilis est incolis; namque alias sæpe sacrum non audirent. Statuit vero Sac. Congregatio, ut a Capellano in diebus festis recitentur cum populo actus virtutum theologialium, et consuletur Sanctissimo pro approbatione *in Januen. Condonationis, Reductionis, Translationis, et Absolutionis 21. Julii ad III., et ad VI. Dub.*

Ad formam Decreti Card. Guadagni a S. M. Pio VI. approbati Archiconfraternitati Orationis, et Mortis Urbis Sacra Congregatio censuit competere tum in propria, tum in aliena Ecclesia juxta Const. Pii IV., et Decretum S. Visitationis jus efferendi, et *tumulandi* cadavera decedentium in agris. Sed per Emissos Urbis Vicarium, et Protectorem auditis confratribus nonnullas seligi Ecclesias mandavit, quæ Confratribus commodiores futuræ essent, et Confratres sese cantu abstinere quatenus Ecclesias ingrederentur tempore Sacrarum functionum *in Romana Jurium Parochialium 24. Martii ad I., et II. Dub.*

Cadaver pauperum decedentium in Urbe non reiecta S. pultura Archiconfraternitatem posse efferre, et *tumulare* ad formam memorati Decreti S. Visitationis statuit eadem Sac. Congregatio, *ibid. ad IV. Dub.*

Nec non pauperes adscriptos eidem Archiconfraternitati posse in ejusdem Ecclesia *tumulari* de licentia Parochi, si ibi Sepulchrum elegerint, autumavit eadem Sac. Congregatio, quin competat pro hujusmodi associatione, et *tumulatione* aliquid emolumentum Parocho, *ibid. ad V., et VI. Dub.*

Tumulatio. Vide *Parochus, Quarta*.

Venditio. Vide *Emphiteusis*.

V

Liberum esse Episcopo Terracinen., Setino., et Privernen. tres habere *Vicarios* generales, et Cancellaria statuit Sac. Congregatio; quæ Ecclesiæ, et Civitati Setinæ ideo denegavit jus privativum retinendi unicum *Vicarium* generalem, et unicam Cancellariam generalem pro tribus æque principaliter unitis Diœcesibus, ideoque non dandam Setinis esse, manutentionem censuit *in Terracinen., Setina, et Privernen. Juris habendi Vicarium Generalem, et Cancellariam Generalem 15. Septembris ad I., et II. Dub.*

Visitor. Vide *Collegiata*.

Vis, et Metus. Vide *Matrimonium*.

Unionem Ecclesiæ Parœcialis S. Mariæ de Populo exterorum, quæ erat promiscuæ jurisdictionis Episcopi Spoletani, et Reatini, cum Parochiali Ecclesia S. Donati Spoletanæ Diœcesis Sac. Congregatio probavit juxta votum utriusque Ordinarii. Collationem vero per duas vices ad Spoletanum Episcopum, et tertia vice ad Episcopum Reatinum spectare decrevit, nec non jus *visitationis* ab Ordinario, qui Parochum instituit, dari præscripsit *in Spoletana, et Reatina Unionis 29. Decembris,*

Cum hisce temporibus impossibile sit invenire qui juxta *voluntatem* Testatoris cautionem præstet pro Clericis pauperibus in Seminario Ferrariensi alendis, ut quod iis præstatum sit, reddant, si ad Sacros ordines non ascenderent; Sacra Congregatio commutando Testatoris voluntatem delendam esse censuit cautionem tantum, et statuit, ut arbitrio Archiepiscopi onus aliquod alumnis recedentibus

2a. Si in Ecclesiastico in suffragium ad formam testamenti imponatur, et eidem Archiepiscopo curæ commisit, ne admittantur, nisi habentes requisita Sac. Concilii Tridentini, et co-

gnita mutatione eorum voluntatis e Seminario dimittat, facto verbo cum Sanctissimo in *Ferrariensis Commutationis Voluntatis* 20. Januarii.

V

FINIS

I N D E X

C O N C L U S I O N U M

*Quæ adnotatæ sunt in Foliis Causarum
anni 1821.*

A B S E N T I A

Legitimæ causæ absentix a residentia sunt Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, aut evidens Ecclesiæ, vel Re publicæ utilitas, pag. 18. §. *Hiscæ.*

Vide *Capitulares, Concilium Tridentinum, Clericus, Distributiones.*

A B S O L U T I O

Concurrente impotentia, absolutio Missarum etiam Conventualium, quæ non fuerunt celebratæ, concedi solet, pag. 163. §. *At quidquid.*

Vide *Condonatio.*

A C T U S F A C U L T A T I V U S

Nec necessitatem, nec obligationem inducunt actus facultativi, pag. 289. §. *Nec.*

Tales non censentur si concurrant mandatum Superioris, necessitas, et coactio, *ibid.*

Non pariunt præscriptionem, sed maximi sunt roboris in linea præsumptiva, pag. 294. §. *Diluuntur.*

A D M I N I S T R A T O R

Loco damnorum reficere debet Administrator summas, quæ propria culpa non exegit, quæque amplius exigi nequeunt pag. 85. §. *Sunt enim.*

Vide *Bona Ecclesiæ.*

A F F I N I T A S

Affinitas non parit affinitatem, multoque minus cognationem pag. 45. §. *Postremo.*

A L I E N A T I O

Irritus est quilibet contractus alienationis rerum, vel jurium Ecclesiæ, nisi præscriptæ a Sacris Canonibus intercedant solemnitates pag. 11. §. *Porro, et pag. 52. §. Sacris.*

Harum altera est beneplacitum Apostolicum, altera vera necessitas, vel evidens utilitas pag. 11. §. *Porro.*

Rectissime vero hæc solemnitates demandantur, ne bonis Ecclesiarum irrogetur detrimentum, *ibid.*

Et ne subsint alteri potestati, quam illi ab ipso Deo constitutæ, *ibid.*

In *Extrav. Ambitiosæ* permittitur terrulas, aut vineolas exiguas vendi posse sine Beneplacito Apostolico, pag. 53. §. *At.*

Ex Canonistarum doctrina iudicis arbitrio est declarare huiusmodi exiguitatem *cit. pag. 53. §. An.*

Solemnitates præscriptæ in alienationibus, vel emphytheusi bonorum Ecclesiæ non requiruntur si bona sint solita locari juxta *Extrav. Ambitiosæ, pag. 2. §. Qui tuctur.*

Illa autem dicuntur bona locari solita, quæ bis sine solemnitatibus, accedente tamen quadragenaria, locata fuerint pag. 2. §. *Ea vero.*

Vel etiam ea, quæ intercedentibus Sollemnitatibus, semel locata fuerunt, *ibid.*

In alienationibus nunquam præmittuntur edicta etiamsi concurrat Ecclesie utilitas, *pag. 536. At.*

Vide *Concordatum, Emphytheusis, Suspensionatus, Privatio.*

A M O V I B I L I T A S

Vide *Parochus.*

A P E R I T I O O R I S

Adversus Summi Pontificis rescripta obloqui nequit, nisi prius facultas data sit cum clausula de Aperitione oris, *pag. 124. §. In quarta, et pag. 383. §. Agitur.*

Oris aperitio iurat ad impugnandam gratiam ob reticentiam veritatem, suggestamque falsitatem, *pag. 40. §. Arbitrium, pag. 114. §. Actor, pag. 115. §. E contrario, pag. 181. §. Quoad, pag. 187. §. Quaritur, et pag. 304. §. Breviter.*

Intrat quoque ad impediendam executionem literarum Apostolicarum decreto irritanti, et Clausula sublata munitarum *cit. pag. 181. §. Quoad.*

Vide *Falsitas.*

A R C H I C O N F R A T E R N I T A S

Archiconfraternitas Mortis Urbis ex decreto cl. me. Card. Guadagni jus habet efferendi, et sepeliendi cadavera decedentium in agris *pag. 65. §. Paucis.*

Hoc jus exercet, quando defuncti Parochus illa sepelire vel negligat, vel recuset juxta confirmationem S. M. Pii VI., *ibid.*

Immemorabili, seu plusquam centenaria consuetudo memorato gaudet privilegio, *pag. 66. §. Pari.*

Hujus Capellanus stolam ferre, et absolutionem facere potest, si Parochus non adsit, vel adesse nolit, *pag. 67. §. De Septimo.*

B E N E F I C I A T U S

Vide *Beneficium.*

B E N E F I C I I F U N D A T O R

Licet Fundatori moderari generalem juris communis dispositionem circa bonorum administrationem in beneficiis, quæ instituit, *pag. 167. §. Quare.*

B E N E F I C I U M

Fructus beneficii alimentorum loco succedunt, *pag. 72. §. Sacerdoti.*

A S. Pio V. improbatur consuetudo, qua novus præbendatus perceptione fructuum beneficii privatur, qui in aliorum cedant utilitatem, *ibid.*

Quod semper a S. Congregatione fuit decretum *pag. 73. §. Innumera.*

A die legitimæ captæ possessionis præbendæ fructus debentur *pag. 72. §. Sacerdoti.*

Beneficiorum fructuum cessiones nullæ sunt ex Constitutione *Universalis. S. M. Benedicti XIV., pag. 175. §. Ne Contractus.*

Imo sub pæna excommunicationis, aliisque pænis statutis contra alienantes bona Ecclesie vetitæ sunt omnibus Clericis quacumque dignitate, et privilegio insignitis, *p. 177. §. Re quidem.*

In citata Constitutione beneficii nomen stricte est interpretandum, ideoque omnia bona Ecclesie comprehenduntur nomine beneficii *cit. p. 177. §. At.*

Si ex negligentia, vel culpa Beneficiati Ecclesie bonis damnum obveniat, hoc resarcire ex propriis bonis ipse debet *pag. 351. §. Certe.*

Vide *Clericus, Concilium Tridentinum, Distributiones, Electio, Jus quasitum, Nominatio, Presentatio, Renunciatio, et Vocatio.*

B E N E P L A C I T U M

Contractus nulliter initus ob defectum beneplaciti Apostolici in alienatione

honorum , vel jurium Ecclesiæ non semel sanatus fuit a Sanctissimo attenta utilitate causæ piæ , vel evidenti necessitate *pag. 71. §. De omisso .*

Vide *Alienatio , Transactio .*

BONA ECCLESIAE

Dominium Ecclesiæ honorum est penes ipsam Ecclesiam *pag. 167. §. Atque .*

Administratio penes beneficiatum a die possessionis beneficii . *ibid.*

Hæc generalis regula limitatur ex conditionibus a fundatoribus adjectis *cit. pag. 167. §. Quare .*

Vide *Beneficii Fundator .*

BONA INDUSTRIALIA,

vel

QUASI-PATRIMONIALIA

Bona industrialia , vel quasi-patrimonialia vocantur ea , quæ Clerici ex industria , vel labore aliquo spirituali sibi acquirunt , *pag. 177. §. At e contrario .*

Idem dicendum est de his , quæ functionibus Ecclesiasticis , veluti ex celebratione Missarum , et concionibus Clericis obveniunt . *ibid.*

Dummodo absque intuitu beneficii illa percipiant , *ibid.*

CADUCITAS

Caducitatis pœna non incurritur , nisi comminata sit a disponente , *pag. 122. §. Sed .*

Nec quovis argumento etiam ex majoritate rationis ad alium casum , aliasque personas extendi potest , *ibid.*

Qualibet vel levis causa sufficit ad excludendam caducitatem , in qua requiritur positiva culpa , malitia , ac dolus , *ibid.*

CANONICUS THEOLOGUS

Vide *Optio .*

CANCELLARIA

Vide *Episcopus .*

CAPITULARES

Deficiente necessaria Causa , reprobantur statuta , vel consuetudines vacandi a servitio Chori ultra tres Menses *pag. 213. §. Ad tramites .*

Attendenda est magis consuetudo non abessendi per tres Menses , quam statutum , *pag. 214. §. Sequitur .*

Vide *Absentia , Concilium Tridentinum , Distributiones .*

CAPITULUM

Capitulum absque ulla pia , et necessaria causa , sine necessitate , et auctoritate Capituli aliquid in aliorum præjudicium disponere nequit *pag. 168 §. Addendum .*

Efformat morale corpus , quod ab extraneo licet dignitate insignito dividij nequit , *pag. 360. §. Sed .*

CATHEDRALIS

Metaphorice , et analogice Cathedralis dicitur Parœcia universalis , *pag. 301. §. Secundo .*

Hoc sibi tantum vindicat locum quando limites Parœciarum non sint constituti , *ibid.*

Non habet jus sepeliendi Canonorum cadavera , nisi illi expresse ibi sepulturam elegerint , *pag. 310. §. Secundum .*

Dummodo non adsit Canonorum sepulchrum , *ibid.*

CENSURA

Vide *Episcopus .*

CENTENARIA

Vide *Consuetudo .*

CITATIO

Nullum est decretum ex defectu citationis, pag. 109. §. *Queritur*.
 Hæc extrajudiciali interpellatione suppleri nequit, *ibid.*
 A citatione exordium sumit iudicium, pag. 110. §. *Agitur*.
 Citatio ad confinia. Vide *Matrimonium*, *Textus Canonici*.

CLERICUS

Clericus, dissentiente Episcopo, discedere nequit a Diœcesi, ob cuius utilitatem ordinatus fuit, pag. 245. §. *Siquidem*,
 Etiam si nullo gaudeat residentiali beneficio, *ibidem*.
 Imo ei interdictum est sacrorum exercitium, *ibid.*
 Illegitime vero absens a residentia privari potest beneficio, licet ad jus titulum fuerit ordinatus, et suspensus remaneat, pag. 246. §. *Verum*, et pag. 247. §. *Quatenus*.

COACTIO

Coactio est naturali libertati contraria, pag. 60. §. *Injuste*.
 Est injusta, quando non agitur de impediendis indignis nuptiis, aut de avertendo damno ex inconsiderato amoris æstu, *ibidem*.
 Vide *Consensus*, *Libertas*, *Matrimonium*, *Metus*, *Actus facultativi*.

CÆMETERIUM

Cæmeterii constructione publicæ valetudinis causa non est Ecclesiis jus sepeliendi sublatum, sed Sepulturæ locus variatur, pag. 111. §. *In quarto*, pag. 199. §. *Parochus*, et pag. 272. §. *Cum et seq.*
 Ideoque non impedit emolumentorum perceptionem, et ius peragendi exequias *cit.* pag. 111. §. *In quarto*, et pag. 191. §. *Quo vero*, et pag. 271. §. *Post hæc*, et *seq.*

Hoc militat tam in parochialibus Ecclesiis, quam in iis, ubi extat sepulchrum gentilitium pag. 192. §. *Extranea*, et pag. 271. §. *Post hæc*, et *seq.*

COHABITATIO

Vide *Consensus*, *Matrimonium*, *Metus*, *Ratihabitio*, *Thori separatio*.

COMPETENTIA

Vide *Judicium*.

CONCILIUM ROMANUM

Cap. 1. Tit. 12. de *Fid. Instrum.* Censuras comminatum est contra Beneficiorum Rectores, et locorum piorum Administratores, qui intra annum Inventarium non exhibuissent, pag. 96. §. *In sacra*.
 In *Appendice* statuit hoc inventarium iuramento esse firmandum, pag. 98. §. *Sacrum*.
 Hæc jam statuerat Xistus V. sa. mem., pag. 102. §. *Inquirendum*.

CONCILIUM TRIDENTINUM

Sess. 14. cap. 1. de *Reform.* Permittit Episcopis interdicare suis Clericis ascensum ad S. Ordines quacumque ex causa etiam ob occultum crimen, pag. 131. §. *Hæc*.
 Sess. 14. cap. 9. de *Reform.* Vetat Beneficiorum unionem, quæ in distinctis Diœcesibus sunt crecta, pag. 365. §. *Verum*.
 Sess. 21. cap. 4. de *Reform.* Ex fructibus ad Ecclesiam Matricem pertinentibus assignanda est, etiam invito Rectore, portio canonica arbitrio Episcopi Sacerdotibus, qui præficiuntur Ecclesiis noviter erectis, pag. 152. §. *Quoad*.
 Necnon si necesse sit præscribit, ut compelli possit populus ea subministrare quæ desunt congruæ sustentationi *ibid.*, et pag. 153. §. *Tenuitati*.
 Ead. Sess. cap. 5. de *Reform.* Parœciarum

unio permittitur, pag. 365. §. *Iustam.*
Sess. 23. cap. 15. de Refor. Vetantur audi-
 re Confessiones, qui vel Parochialia
 non habent beneficia, vel ab Episco-
 po non sunt approbati, pag. 146.

§. *Quoad,*

Sess. 24. cap. 12. de Refor. Statuitur non
 licere vigore cujuslibet statuti, aut
 consuetudinis Capitularibus ultra tres
 menses ab suis Ecclesiis abesse, sal-
 vis constitutionibus, quæ longius ser-
 vitii tempus requirunt, pag. 213.

§. *Ex Can.*

Sess. 24. cap. 13. de Refor. Vetat imposi-
 tionem pensionis Parochialibus Eccle-
 siis, quæ summam Ducatorum cen-
 tum vere non excedant, pag. 182.

§. *Iusta.*

Sess. 24. cap. 14. de Refor. Statuitur ut
 fructus beneficii alimentorum loco
 sint; pag. 72. §. *Sacerdoti.*

Sess. 24. cap. 18. de Refor. Præscribit,
 ut per publica edicta in Parœciis con-
 ferendis concursus indicatur, pag. 131.

§. *Hac.*

Sess. 25. cap. 4. de Refor. Statuitur p^a Le-
 gata Missarum esse adimplenda juxta
 voluntatem Testatorum, pag. 25.

§. *Hiscæ.*

Permittitur tamen ibidem earundem
 reductio ob Sacerdotum defectum,
 qui illas celebrent, pag. 26. §. *Favore.*

Sess. 25. cap. 9. de Refor. Prohibet S. Sy-
 nodus Ecclesiam liberam in servitu-
 tem redigere, pag. 139. §. *Habemus.*

CONCORDATUM

In articulo XIII. Conventionis initæ in-
 ter S. Sedem, et Regem Neapolita-
 num ratæ, firmæque habentur aliena-
 tiones bonorum ecclesiasticorum a
 Laica potestate jam factæ, pag. 380.
 §. *Ad novissima, et pag. 382. §. Bona*
fide.

Ex articulo VIII. ejusdem Conventionis
 collatio Beneficiorum simplicium li-
 beræ collationis cum fundatione, et
 erectione in titulum ecclesiasticum
 pertinet ad Sedem Apostolicam, pag.

379. §. *Nunc, et pag. 381. §. Licet.*
 Vel ad Episcopum pro ratione mensium,
cit. pag. 381. §. Licet.

CONCURSUS

Vide *Concilium Tridentinum, Parœcia.*

CONDEMNATIO

Vide *Privatio.*

CONDITIO

Conditiones sibi magis benevisas, cate-
 roquin possibles, et honestas appo-
 nere possunt pii fundatores in funda-
 tionis instrumento, pag. 245. §. *Ha-*
bemus.

Dummodo hæ *Conditiones* juri divino
 positivo, vel naturali non repugnent,
ibidem.

Conditiones honestas juri Communi re-
 pugnantes a fundatoribus statutas ap-
 probare solet Summus Pontifex, ut
 alii excitentur, et divinus cultus au-
 geatur, *ibidem.*

CONDITIONATUS ACTUS

Non existit actus conditionatus, nisi
 antea purificata fuerit conditio, et
 ruente conditione ruit conditionatum,
 pag. 392. §. *Negat.*

CONDONATIO

Concedi non solet condonatio, vel ab-
 solutio, cum Capitale consumptum
 sit culpa obligati, qui in proprium
 usum illud convertit, pag. 258. §. *Cum.*
 Verum conceditur ex æquitate, si obli-
 gatus realiter impotens sit, pag. 258.
 §. *Verum et seq.*

CONGRUA

Congrua debetur a Parochianis ratione
 administrationis Sacramentorum, pag.
 152. §. *Quoad.*

Vide *Concilium Tridentinum, Parochus.*

CONFESSARI

Vide *Concilium Tridentinum.*

CONSANGUINITAS

Vide *Reductio.*

CONSENSUS

Ad Matrimonium valide contrahendum requiritur mutuus, atque omnino liber consensus, pag. 58. §. *Ac de primo*, pag. 50. §. *Cum igitur*, et p. 355. §. *Joachima.*

Deficiente consensu, in Matrimonio gratia Sacramenti non superaccedit, pag. 355. §. *Joachima.*

Consensus a patrono datus ante provisionem validus est, cum resignatio Summo Pontifici sit probanda, p. 262. §. *Addit.*

Vide *Libertas, Matrimonium.*

CONSUETUDO

Vim legis habet consuetudo, pag. 74. §. *Hac.*

Præsertim si longæva sit, et superiorum auctoritate probata, *ibid.*

Consuetudo, quæ opponitur animarum spirituali bono, et peccandi occasionem præbet est irrationabilis, pag. 95. §. *Ipsi.*

Consuetudo est optima legis interpres, pag. 191. §. *Quod.*

Stricti juris est consuetudo, nec extenditur de persona ad personam, de casu ad casum, de loco ad locum, pag. 207. §. *Nec quidquam.*

Præsertim si Ecclesiæ, et Clero sit onerosa, *ibidem.*

Et prudenter timeri possit aliquod spirituale damnum fidei populo obventurum, *ibid.*

Centenaria, et immemorabilis præsumit quæcumque meliorem titulum de mundo, pag. 292. §. *Secundum.*

Vide *Capitulares, Parochus.*

CONTRACTUS

Vide *Alienatio, Beneplacitum, Emphytheusis.*

COPIA

Copiæ danda est fides, quando originale desideretur, et illa ad miniculis roboretur, pag. 359. §. *Petitur, et seq.* Contrarium asseritur, pag. 360. §. *Negat.*

DEBITUM

Ex incerto debito neque ex jure civili, neque ex Canonico exigi fructus permittitur, pag. 89. §. *De fructibus.*

DECRETUM

Vide *Citatio, Resjudicata.*

DEPOSITIO

Vide *Privatio.*

DISPENSATIO

Vide *Irregularitas.*

DISTRIBUTIONES

Distinctæ sunt a fructibus præbendæ distributiones, pag. 200. §. *Nova*, et pag. 342. §. *Docent.*

Nec veniunt appellatione fructuum præbendæ, *cit.* pag. 200. §. *Nova*, et pag. 342. §. *Docent.*

Quia dantur ex labore præstito in Ecclesia, et ex servitio personali propter residentiam, et interessentiam, pag. 200. §. *Nova.*

Ideoque tamquam stipendium operis, et laboris hæc beneficiati acquirunt, *ibidem.*

Nec accensentur inter Canonice fructus, licet non dictum sed statis diebus dividatur, *cit.* pag. 200. §. *Quod.*

Amittuntur ab indultariis, exceptis ad-
dictis S. Sedis servitio, pag. 342.
§. *Docent.*

Vide *Pensio*, *Proventus*.

D O S

Vide *Juspatronatus*, *Subsidia dotalia*.

D U B I A

Non reformantur, neque immutantur in
secunda propositione dubia jam reso-
luta, pag. 64. §. *Statim.*

E C C L E S I A

Si Ecclesia subjecta esset alicui servitu-
ti, pristinae libertati esset revocanda,
pag. 139. §. *Habemus.*

Penes Ecclesiam est dominium rerum
ipsius Ecclesiae, quamvis possessione,
et administratione gaudeat Beneficia-
tus, pag. 167. §. *Atque.*

Vide *Juspatronatus*, *Beneficiatus*.

E L E C T I O

Electiones ad beneficia fieri per sortes
prohibent S. Canonibus pag. 37. §. *Tota.*
Hac prohibitio stricte debet intelligi,
pag. 37. §. *Quamvis.*

Eligere debent Patroni ex propria con-
scientia idoneum, et habilem ad Be-
neficium, pag. 35. §. *Hac enim.*

Electio Sepulturae filiorum, qui non-
dum ad pubertatem pervenerunt, pa-
tri permittitur, si consuetudo terra
id habeat, pag. 192. §. *Quoad funus.*

Religiosi quando extra Monasterium de-
cedunt, nec commode eorum cada-
vera in sui Ordinis sepulchrum deferre
licet, eligere sepulturam possunt,
pag. 270. §. *Hodierno.*

Vide *Sepultura*.

E M P H I T H E U S I S

Conventio solvendi omnia onera, et ve-
ctigalia ex annuo Canone ad substan-

tiam emphiteusis non pertinet, pag. 11.
§. *Ea vero.*

Emphiteusis ad tempus facilius quam
perpetua, quae expresse prohibita est
in Concilio Romano, conceditur,
pag. 52. §. *Sucriis.*

Vide *Alienatio*, *Beneplacitum*.

E P I S C O P U S

Episcopus in Synodo nihil statuere po-
test, quod Canonicis obstat institutis,
pag. 102. §. *Inquirendum.*

Licet tamen ipsi aliquid praeter Canones
constituere, pag. 206. §. *Nullibi.*

Dummodo nimii rigoris notam estugiat,
ibidem.

Episcopus permittere non debet, ut in
sua Diocesi mores numquam recepti
inducantur, pag. 207. §. *Et vero.*

Potest pecuniarias decernere poenas,
pag. 103. §. *Tertio.*

Quando a S. Canonibus vetita non est,
neque in his spiritualis poena sit com-
minata, *cit.* pag. 103. §. *At.*

Potest poenis spiritualibus pecuniarias
addere contra inventarium non con-
ficientes, pag. 104. §. *E contrario.*

Simplici decreto juri quaesito alicujus
derogare nequit, pag. 109. §. *Que-
ratur.*

Praesertim si jus quaesitum ex resudicata
oriatur, *ibidem.*

Episcopus potest in quolibet suae Dico-
cesis loco per se, vel per alium se-
dere pro Tribunali, causasque cogno-
scere, pag. 289. §. *Terracinenses, et*
pag. 290. §. *Minus.*

Potest et omnia per se gerere, et plu-
res habere Vicarios, pag. 289. §. *Ter-
racinenses, et* pag. 291. §. *Post.*

Libertatem habet Vicarii generalis resi-
dentiam statuendi, pag. 239. §. *Nec.*

Contrarium asseritur tum quoad plures
Vicarios, tum quoad residentiam,
pag. 292. §. *Setini.*

Episcopo licet ad novum examen revo-
care etiam Parochos, vel alios, qui
confessiones excipiunt ordinaria ju-
risdictione, pag. 147. §. *Diluit.*

Primis Ecclesie temporibus administra-
tio bonorum, et reddituum Ecclesia-
sticorum ad Episcopos tantum perti-
nebat, qui statis temporibus juxta
sacrorum Canones præscriptum inter
Clericos dividebant, pag. 166. §. *Ex
historia.*

Episcopi est curare, ut pia fidelium vo-
luntates impleantur, cum Patroni
neglexerint, pag. 387. §. *Curare.*

Vide *Mons Pietatis, Obedientia.*

EXCEPTIO

Exceptio firmat regulam in contrarium,
pag. 197. §. *Nulla.*

EXEMPLAR

Vide *Copia.*

EXEQUIÆ

Vide *Cæmeterium, Funus, Sepultura.*

EXPENSÆ

Vide *Spolium.*

FALSITAS

Falsitas Pontifici expressa ad obtinen-
dam gratiam per fraudem, vel mali-
ziam, nullam eam reddit, pag. 381.
§. *Pro errore.*

Secus vero si per simplicitatem, vel
ignorantiam accidat, *ibidem.*

Nisi falsitas tanta sit ut, ea cognita,
Pontifex gratiam non concessisset,
ibidem.

Mem dicendum de suppressa veritate,
ibidem.

FRUCTUS BENEFICII

Vide *Beneficium, Distributiones.*

FUNDATOR

Vide *Conditio.*

FUNUS

Funus in propria Parochiali Ecclesia
exerceri debet, etsi alibi fiat tumu-
latio, pag. 190. §. *Insuper.*

IMMEMORABILIS

Vide *Consuetudo.*

IMPETRATIO

Impetratio est nulla si præsentatio, vel
electio, vel nominatio valida sit,
pag. 38. §. *Nunc.*

INHABILITAS

Vide *Privatio.*

INSTITUTIO

Vide *Electio, Jus quæsitum, Nominatio,
et Præsentatio.*

INSTRUMENTUM

Vide *Copia.*

INTERPRETATIO

Verba sequentia a præcedentibus inter-
pretationem accipiunt, et vicissim,
pag. 117. §. *At.*

INVENTARIUM

In Synodo Balneoregien. statutum est,
ut omnes beneficiorum, et Operum
piorum possessores, vel Administra-
tores legale faciant inventarium,
pag. 96. §. *In Sacra, et pag. 98. §. Haec
ipsa.*

Hinc statuitur, ut illud in Cancellaria
Episcopali deponant jurejurando fir-
matum, cit. pag. 96. §. *In sacra.*

Vide *Concilium Romanum, Episcopus.*

IRREGULARITAS

- In veteri lege cærimonialia præcepta vetabant, ne corpore vitiatum Sacrificia Deo offerent, pag. 29. §. *In*.
- In primæva Ecclesiæ disciplina hæc sanctio locum amplius non habuit, *ibid.*
- Contrarium deinceps statutum fuit, *ibidem*.
- Est Irregularis Sacerdos, cui in alterutra manu pollex desideratur, pag. 30. §. *Verum*.
- Quod valet in iis, qui ex propria culpa vel a nativitate, vel casu digitos amiserunt, *ibidem*.
- Facilius dispensantur super defectu corporis promoti ad Sacr. Ordines, quam promovendi, pag. 31. §. *His accedit*.
- Dispensatis super defectu corporis injungitur, ut in Oratorio privato, vel in Ecclesia hora minus frequentata celebrent, *ibidem*.
- Ad dispensationem obtinendam plurimum confert pietas, et scientia postulantis, et deficientia Sacerdotum, pag. 32. §. *Verum*.

JUDICIUM

- Nullum est inferioris iudicium, si de sui superioris competentia iudicare præsumat, pag. 110. §. *Agitur*.
- Vide *Citatio, Textus Canonici, Inventarium*.

JURAMENTUM

- Vide *Inventarium, Textus Canonici*.

JUSPATRONATUS

- Juspatronatus, quod inhæret fundis rectissime in acquirentem transit, dum alienantur fundi, pag. 178. §. *At hic*.
- In jurepatronatus mixto fœminæ, eorumque descendentes excluduntur, p. 178. §. *Ita*.
- Juspatronatus gentilitium accipitur stricto modo, cum vocati fuerint agnati de domo, aut designata familia, pag. 276. §. *Dubitari*.

- Vel lato modo, si generatim vocati fuerint descendentes conjuncti, quo in casu comprehenduntur descendentes etiam per fœminas, *ibidem*.
- Hoc juspatronatus ex Ecclesiæ indulgentia efficitur hæreditarium, et transitorium etiam ad hæredes extraneos, *cit. pag. 276. §. Id vero*.
- Si in fundatione deficiat particula tantum; juspatronatus masculis reservatum; non *taxative*, sed *demonstrative* est sumendum, *ibidem*.
- Acquiritur juspatronatus, si dimidia saltem dos constituatur, pag. 277. §. *Hæc vero*.
- Inducit servitutem in Ecclesia, et veræ alienationi æquiparatur, *cit. pag. 277. §. Attamen*.
- Nec conceditur, nisi adsit vera Ecclesiæ utilitas, et exiguos habeat redditus, *ibid., et seq.*

JUS QUÆSITUM

- Juxta regulam 17. Cancellariæ, qui primus Datarium adit, et obtinet signari supplicationem jus quæsitum habet ad beneficium pag. 43. §. *Statutum*.
- Huic posterior supplicatio præjudicium afferre nequit, *ibidem*.
- Juri alterius quæsito non solet Summus Pontifex derogare, pag. 109. §. *Quæritur*, pag. 114. §. *Urget*.
- Neque Episcopus illud simplici decreto tollere potest, *cit. pag. 109. §. Quæritur*.
- Neque Summum Pontificem voluisse præsumitur, nisi id expressis verbis fuerit declaratum, *cit. pag. 114. §. Urget*.
- Vide *Episcopus*.

JUS SEPULIENDI

- Jus sepeliendi est distinctum a jure funerandi, pag. 191. §. *Hæc*.
- Pater eligit sepulturam impuberum filiorum, si consuetudo id habeat, pag. 191. §. *Quoad*.

Vide *Cathedralis*, *Cameterium*, *Funus*,
Parochus.

L E X

Leges prohibitoria extensionem non recipiunt in prejudicium liberae facultatis uniusque competentis actus suos explendi modo sibi beneviso, pag. 57. §. *Quamvis*.

Leges pœnales non extenduntur de casu ad casum, et strictam recipiunt interpretationem, pag. 177. §. *Haud certe*, et pag. 386. §. *Agitur*.

Inferior potest superioris leges adjuvare aliquid addendo, pag. 102. §. *Inquirendum*.

Vide *Textus Canonici*,

L I B E R T A S

Libertas tollitur vel ex phisica, vel ex morali vi, quæ a gravi metu procedit, pag. 58. §. *Ac de primo*.

Vide *Coactio*, *Consensus*, *Matrimonium*, *Metus*, *Ratihabitio*.

M A T R I M O N I U M

In causa nullitatis Matrimonii citari debet ad confinia conjux absens, pag. 57. §. *Priusquam*.

Matrimonium est liberum, nec pendet a parentum voluntate, p. 60. §. *Injuste*.

Vide *Coactio*, *Consensus*, *Libertas*, *Metus*, *Paræcia*, *Parochus*, *Ratihabitio*.

M E T U S

Ex metu reverentiali erga parentes junctis sævitibus, et minis consensus tollitur, et irritum fit Matrimonium, pag. 58. §. *Ex his*, et pag. 355. §. *Has*.

Hic metus est cadens in fortem, et constantem virum, *ibidem*.

Hujus probatio utpote difficilis eruitur ex conjecturis, et adminiculis; *ibid.*

Probatur etiam ex singulari, et adminiculata testium depositione si moralem constituat certitudinem, *ibidem*.

Metus levis non cadit in constantem virum, pag. 59. §. *At vero*, et pag. 357. §. *Non*.

Ex comminata in Conservatorium reclusionis oritur levis metus, pag. 61. §. *Levis*, et pag. 357. §. *Detrusis*.

Hic metus non irritat Matrimonium, *ibidem*.

Metus gravis mortis, aut cruciatus timorem continet, *ibidem*.

Ut excludat consensum, metus debet perdurare usque ad actum celebrationis Matrimonii, *cit. pag. 61. §. Eo vel magis*, et pag. 357. §. *Evanuit*.

Excluditur metus quando conjux libere ad Ecclesiam accedat, et interroganti Sacerdoti libere affirmative respondeat, *cit. pag. 61. §. Imo*, et pag. 356. *E contra*.

Metus ex quo aliquid tanquam minus malum eligitur, quod in libertate quis non eligisset, removet consensum ab actu, pag. 58. §. *Ac de primo*.

Præsertim si malum, quod timetur, sit grave in se, et certo immincat, p. 59. §. *At vero*.

Ideoque nullum reddit matrimonium ex defectu consensus, *ibidem*.

In Muliere, quæ exterius matrimonio consensit, et per biennium cum viro cohabitavit, nec non matrimonium consummavit rigidissimæ exquirendæ sunt vis, et metus probationes, p. 59. §. *Ad Matrimonium*.

Cohabitatio, imo corporis commixtio matrimonium non convalidat, nisi metus fuerit ante purgatus, pag. 356. §. *Testibus*.

Vide *Coactio*, *Consensus*, *Libertas*, *Matrimonium*.

M I S S A

Missarum Legata adimplenda esse juxta voluntatem Testatorum præscripsit Concilium Tridentinum, pag. 25. §. *Hic*.

Vide *Reductio*, *Translatio*.

MISSA CONVENTUALIS

Ex sacrorum Canonum sanctione in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, et Collegiatis Missa Conventionalis applicanda est quotidie pro benefactoribus in genere, pag. 161. §. *Hæc*.

Benedictus XIV. In *Const. Cum semper oblatas* falsam esse opinionem declarat, qua censetur applicatione Missæ Conventionalis pro designato benefactore etiam vi oneris, adimpleri debito pro benefactoribus in genere, *ibidem*.

Neque consuetudo etiam immemorabilis, neque distributionum exiguitas ab oneribus memoratis eximit Capitulum, *ibid.*

Si exiguæ sunt distributiones auctoritate Apostolica ad dies festos tantum reducit applicatio Missæ Conventionalis pro benefactoribus in genere, *ibid.*

Si secunda vel tertia Missa celebranda sit in Choro, non tenentur Capitulares eas pro benefactoribus in genere applicare; dummodo in commemoratione pro Defunctis de his non obliviscantur, *cit. pag. 161. §. Quoad*.

At contrarium dicendum est, si ex vi consuetudinis pro benefactoribus in genere eas applicet, *ibid.*

Vide *Absolutio*.

M O N I T I O

Vide *Privatio*.

M O N S P I E T A T I S

Anno 1563. a piis Civibus erectus fuit Mons Pietatis Tuderti, ædificatus a Pio IV. Motu proprio approbatus, pag. 76. §. *Ad usuras*.

Ejus bona alienari nequeunt sub excommunicationis, et interdicti pena, *ibid.*, et pag. 83. §. *Scio*.

Causarum cognitio ad hunc Montem spectantium Episcopo est delegata, *ibidem*.

N E C E S S I T A S

Vide *Actus facultativus*.

N O M I N A T I O

Nominatio facta de beneficio in posterum vacaturo a S. Canonibus improbat, quia votum captandæ mortis inducit, pag. 187. §. *Falso*.

Irrita, et nulla evadit, si malis artibus, dolo, ac per improbam Simoniam extorta sit, *cit. pag. 187. §. Ita*.

Patroni omittere nequeunt Capellani nominationem a Testatore præscriptam, pag. 386. §. *Perperam*.

Neque hoc prætextu reddituum divisionem agere possunt, *ibidem*.

Qui hoc gerunt, non faciunt fructus suos, *ibidem*.

O B E D I E N T I A

Nullibi in jure statutum est, ut Canonici, et Clerus teneantur solemnem obedientiam extra visitationem, et Synodum Episcopo exhibere, pag. 206. §. *Nullibi*.

Verum cum non sit contra jus Episcopus, si omnes Clericos ad hanc præstandam vocat, jure suo utitur, *ibid.* Vide *Consuetudo, Episcopus*.

O B R E P T I O

Vide *Aperitio Oris, Falsitas*.

O P T I O

Canonico Theologo vetitum est ad aliam præbendam optare, quamvis Capitulares hoc jure gaudent, pag. 114. §. *Urget*.

Optio est jus quoddam, quo antiquiores Canonici, propria dimissa præbenda, aliam vacantem, quæ reservata non est, intra certum tempus eligere, et consequi valent, pag. 116. §. *Vera*.

Non est vera optio si præbendati ad obtinendum beneficium Episcopi, vel Sanctæ Sedis beneplacitum postulare debeant, *cit. pag. 116. §. Quo vero.*

In dignitatibus non conceditur optio, sed Sanctæ Sedi *ex regula 4. Cancellaria* reservata est collatio, *ibid.*, et *pag. 117. §. Addit.*

Optio non conceditur, nisi præbendæ sint distinctæ, et diversi redditus *pag. 117. §. Arguit.*

P A C T U M

Pacta conventa inter homines sunt servanda, si de re licita pactum fuerit, *pag. 37. §. Quamvis.*

P A R O E C I A

Erigi potest Parochialis in Collegiatam, et nihilominus curam remanere penes eum, qui illam antea habebat, *pag. 139. §. Habemus.*

Id enim juri non repugnat, *ibid.*

Nulli Ordinario licet curam, quæ antea libera erat in servitutem redigere, *ibid.*

Non potest Ecclesia curata duos Parochos æque principales habere, *cit. pag. 139. §. Habemus.*

Licet vero coadjutori administrationem, et curæ exercitium habere, *ibid.*

Non nisi de licentia veri Parochi Matrimonii interesse licet Vice Parocho, vel Coadjutori, *ibid.*

Dummodo hi non habeant plenum Curæ exercitium ab Ordinario, *ibid.*, et *pag. 147. §. Quoad.*

Sæculo IX. Ecclesiæ Rurales suas proprias decimas, et Fundos obtinuerunt, hinc Urbanæ Paroeciæ sunt inductæ, et postea honorum partitio facta est, *pag. 166. §. Ex historia.*

Vide Concilium Tridentinum, Ecclesia, Pensio, Unio.

P A R O C H U S

Parocho debetur congrua a Parochianis, *pag. 152. §. Quoad primum.*

Parochus præstare debet moribundis opem, *pag. 94. §. Magnum.*

His debet ultro accedere etiam non vocatus, *ibid.*

Hinc, ingravescente morbo, frequentius visitare debet infirmum, *ibid.*

Quin Parocho consuetudo suffraget immemorabilis, qua vocatus tantum accedat, *pag. 95. §. Ipsi.*

Hæc enim consuetudo adversatur Rituali Romano, et populi salutem, *ibid.*

Parochus juxta locorum antiquam consuetudinem Parochianos, qui a residentia distant, succurrere debet, *pag. 95. §. Verum.*

Ipsa jure, et absque ulla monitione privatus remanet Ecclesia sibi commissa, nisi intra annum ad Sacerdotium conscenderit, *pag. 131. §. Hæc.*

Parochis tamen, aliisque Clericis impedire nequit Episcopus sine causa, vel prætextu occulti criminis ascensum ad S. Ordines, *pag. 152. §. Verum.*

Non allegata enim ab Episcopo legitima causa, Clerici ordinatio committi solet, *ibid.*

Propria manu adnotare debet Matrimonii celebrati particulam Parochus, etiamsi ab altero Sacerdote de sua licentia fuerit celebratum, *pag. 146. §. Hic.*

Vetant Sacri Canones Parochum esse conductitium, et amovibilem, *pag. 278. §. Episcopus.*

Quamvis Concilium Tridentinum amovibilitatem admiserit, attamen absque legitima causa non est amovendus, *ibid.*

A patrono præsentatus ab Episcopo ante institutionem tantum examinatur, *pag. 278. §. Admodum.*

Indicatur tantum concursus quoad Paroecias juris-patronatus, si plures a patronis laicis sint præsentati, quo in casu inter solos præsentatos fieri debet, *ibid.*

Et si jus collationis Episcopo sit devolutum, *ibid.*

Ex incolatu acquiritur jus Parochialitatis tum quoad Parochos, tum quoad Subditos, *pag. 309. §. De consensu.*

Alterius Parœciæ terminos, aut jus invadere nequit, *ibid.*

Ideoque nullam ibi exercere potest jurisdictionem, *pag. 311. §. Excluso.*

Ad Parochum domicilii pertinet cadaveris asportationem, antequam e domo extrahatur, et antiphonæ *De profundis* intonationem, etiamsi in aliena Parœcia sepeliatur, *cit. pag. 311 §. Breviter.*

Vide *Concilium Tridentinum, Parœcia, Pensio, Præsumptio, Quarta.*

P A T R O N U S

Patronus eligens contra formam *Cap. Quia propter ea* vice privatur jure nominandi, *pag. 36. §. Addit.*

Et tunc jus nominandi totum Compatrono accrescit *ibid.*

Patroni privantur jure eligendi, si sortirem commiserint, *pag. 36. §. Sacerdas.*

Patronorum est de congrua dote Ecclesiam providere *pag. 351. §. Verum.*

Stricte obligantur bonorum dilapidationem impedire, *ibid.*

Si hoc negligant omnibus utilitatibus, quas ab Ecclesia habent, privantur, *ibid.*

Si usurpent bona, et subventiones Ecclesie patronatu decidunt, *pag. 386. §. Hac, et seq.*

Imo anathemati subjiciuntur *ibid.*

Hæc vero extendere non videntur in usurpationibus bonorum Capellanie laicalis *cit. pag. 386. §. Agitur.*

Vide *Consensus, Electio, Præsentatio, Nominatio, Sors.*

P A U P E R T A S

Vide *Reductio, Unio.*

P E N S I O

Ad removendas pensiones non obstat Parochum acceptasse Parœciam pensio-

ne gravatam, *pag. 182. §. Iusta.* Neque si fassus sit huic oneri sustinendo pares esse redditus, *ibid.*

Si hæc concurrant a Parocho probandus est excessus pensionis, et incapacitas reddituum, *ibid.*

Non tantum de tempore acceptatæ Parœciæ, et constitutæ Pensionis; sed etiam de tempore successivo hoc probare debet, *ibid.*

Ruit pensio, si decrementum reddituum probetur, *ibid.*

Pensio reservata super fructibus, redditibus, et proventibus non tangit distributiones, *pag. 200. §. Quod, et seq.*

Vide *Concilium Tridentinum,*

P Æ N A

Pœna pecuniaria. Vide *Episcopus, Lex, Textus Canonici.*

P O S S E S S I O

Beneficii possessione legitime capta acquiritur jus ad rem, et in re, *pag. 72. §. Sacerdoti.*

Vide *Beneficium, Spolium.*

P R Æ B E N D A

Est quidquid percipitur ex bonis, et juribus fixe, ac perpetuo ipsi Beneficio adnexis, *pag. 342. §. Docent.*

Ejusdem fructus acquirit Beneficiatus ex sola ratione Beneficii absque alio onere, vel servitio debitis, *ibid.*

Vide *Beneficium, Distributiones.*

P R Æ B E N D A T U S

Vide *Beneficium.*

P R Æ S E N T A T I O

Plures Doctores præsentationem per sortes vetitam esse censent, *pag. 35. §. Tota.*

Sortis prohibitio in præsentationibus, et

nominationibus locum non habet, pag. 37. §. *Quamvis*.

Laici patroni habent potestatem variandi, offerendique alium in presentationibus, pag. 38. §. *Nunc*.

Multo magis hoc permittitur, si adsit iusta, et rationalis Causa, cit. pag. 38. §. *Quod*.

Et tunc posterior attenditur, *ibid.*

Præsentari neminem posse, nisi tempore præsentationis sit dignus, et habilis cautum est a Jure Canonico, pag. 43. §. *Statutum*.

Ad obtinendum beneficium non sufficit, ut brevi post præsentationem, et ante Institutionem quis habilitetur, pag. 43. §. *Ut Raymundus*.

In beneficiis enim attenditur capacitas tempore præsentationis; cum per eam statim acquiratur jus ad rem, *ibid.*

Non desunt doctores, qui censent Laicum nominari posse, dummodo Clericus evadat ante lapsum quadrimestris ad præsentandum concessi, pag. 45. §. *Sed neque*.

Vide *Sors*.

PRÆSUMPTIO

Scriptum a Sacerdote, vel Parocho non retractatum ante mortem inducit præsumptionem, vel semiplenam probationem de rei, quam continet, veritate pag. 359. §. *Adminicula*.

Vide *Vocatio*.

PRIVATIO

Privationis pœna non imponitur, nisi in casu a jure expresso, pag. 37. §. *Aniadvertendum*.

Ad eam declarandam servari debet jus a Sacris Canonibus, et præsertim a Concilio Tridentino præscriptum, pag. 247. §. *Quatenus*.

A jure ipso facto beneficio privantur, qui res Ecclesie alienaverint, et in suos usos converterint, pag. 297. §. *Quæritur*, et pag. 299. §. *Utrum*.

Imo inhabiles evadunt ad nova beneficia assequenda, *ibid.*

Privatione beneficii, depositione a Clericatus ordine, et perpetua reclusionem plectendi sunt, qui inhonestam vitam ducunt, pag. 297. §. *Quæritur*.

Præcedere vero debent monitiones a Concilio Tridentino statutz cit. pag. 297. §. *Intercessisse*.

Quin necessaria sit præexistens condemnatio, *ibid.*

Vide *Damnatio*, *Clericus*, *Patronus*.

PROBATIO

Vide *Præsumptio*.

PROCESSUS

Proecessus non legitimatus est irregularis, nec præsumptionem, nec indicium facit, pag. 297. §. *In tria*.

PROVENTUS

Proventus, et redditus Beneficii videntur verba æquipollentia, pag. 343. §. *At*

QUARTA

Parochis ad formam Statuti Cleri Romani in funeribus defunctorum in agris, qui in Ecclesia Mortis sepeliuntur competit quarta funeraria, pag. 67. §. *Quoad tertium*.

Competit quarta funeraria Parochis tamquam merces suorum laborum, pag. 311. §. *Quæritur*.

Præsertim quando extra parochialem Ecclesiam Cadaver deponatur, *ibidem*.

RATIHABITIO

Ex cohabitatione, et copula Matrimonii sequitur ratihabitio, pag. 62. §. *Sed*.

Præsertim quando Mulier sciat nullum esse Matrimonium, cit. pag. 62. §. *Tertio*.

Et quando copula fiat spontanee, et conjugali affectu, *ibid.*

Quando Metus, et vis perduret, cohabitatione, et copula Matrimonii sine con-

sensu initi ratihabitionem non inducunt, *cit. pag. 62. §. At enim.*

RECLUSIO

Vide *Privatio.*

REDITUS

Vide *Beneficium, Proventus, Reductio.*

REDUCTIO

Denegari solet reductio, si reditus pares sint oneribus sustinendis, *pag. 25. §. Hisce.*

Vel si decreverint culpa legatarii, *pag. 30. §. Ast.*

Permittitur tamen a Tridentino Missarum reductio ob defectum Sacerdotum, qui illas celebrent, *pag. 26. §. Favore.*

Nec dumtaxat redituum diminutio, ac defectus Sacerdotum sunt justæ causæ reductionis; verum etiam auctum rerum pretium, et augmentum elemosinæ, *ibid.*

Obligati paupertas, et reditus defectus sunt etiam justæ causæ reductionis, *pag. 49. §. Paupertatem.*

Cum fundatore consanguinitas est majoris indulgentiæ causa, *ibid.*

Facilius cætera legata pia, quam Missæ reducuntur, *cit. pag. 49. §. Constat.*

REGULA CANCELLARIÆ

Vide *Jus Quæsitum, Optio.*

RENUNCIATIO

Facta, et probata renunciatione beneficii, omne jus in illo amittitur, *pag. 18. §. Hisce.*

RESCRIPTUM

Rescripta sunt stricti juris, neque extendi possunt ad personas in iis non expressas, *pag. 305. §. Cum vero.*

Stricte intelligenda, et interpretanda sunt, *ibid.*

Vide *Aperitio Oris.*

RESIDENTIA

Vide *Absentia.*

RESIGNATIO

Resignatio etiam facta cum pensione favore resignantis inducit veram vacationem, *pag. 198. §. Quoad.*

Nisi solvatur statuta pensio potest resignans ob in-dimpletam conditionem resignationem revocare, *pag. 202. §. Hinc.*

Et ad primævam beneficii possessionem redire, *ibid.*

Vide *Consensus.*

RESJUDICATA

Reiudicatæ auctoritas simplici decreto tolli non potest, *pag. 109. §. Quæritur.*

SACERDOS

Vide *Præsumptio.*

SEPULTURA

Ex regula generali omnes Christiani fideles in propria Parochiali Ecclesia sunt tumulandi, *pag. 270. §. Sola.*

Limitatur in iis, qui Majorum habent Sepulchrum, *ibid., et seq.*

Vide *Cæmeterium, Electio, Funus.*

SERVITIUM CHORI

Justa concurrente causa, conceditur indultum inserviendi Choro alternis vicibus, atque etiam per tertiarium, *pag. 214. §. Verum.*

Excluduntur in hoc indulto Adventus, Quadragesima, nec non omnes dies festi, et octavæ privilegiatæ, *pag. 215. §. EE. PP.*

Vide *Capitulares, Concilium Tridentinum.*

SEVITIÆ

Vide *Libertas Matrimonium, Metus, Rationabilis, Thori Separatio.*

SIPONTINA

Julius II. S. M. in Constitutione, quam vocant, *Sipontinam* statuit, ut omnia beneficia diœcesis Arimen. Clericis ipsius diœcesis solummodo conferrentur, pag. 35. §. *Hac.*

SORS

Sortis prohibitio non cadit sub expressa canonum censura, et ideo non præsumitur Laicis cognita, pag. 37. §. *Animadvertendum.*

Vide *Electio, Nominatio, Patroni, Præsentatio.*

SPOLIUM

In spolio duo extrema sunt probanda, nempe legitima possessio in spoliato, et usurpativa in Spoliante, pag. 109. §. *Quaritur.*

Spolium quoque committitur, si possessio a spoliante capiatur vi decreti nulli, et injusti, *ibid.*

In iudicio spoliæ reficiendæ sunt expensæ judiciales, et extrajudiciales, pag. 110. §. *Sed.*

Quin de bona, vel mala fide spoliantium inquire debeat, *ibid.*

STATUTUM CLERI ROMANI

Afficit tantum Romanam Diœcesim, pag. 271. §. *Facet.*

Vide *Quarta.*

SUBREPTIO

Vide *Aperitio Oris, Falsitas.*

SUBSIDIUM DOTALE

Subsidia dotalia pauperibus relicta censentur pag. 210. §. *Eminentissimi.*

Quando hæc subsidia incertis puellis re-

licta sint, tunc facilius benigne indulgetur pro augmento, *ibid.*

Hæc indulgentia adhibetur favore pauperum a fundatore descendentium, *ibid.*

SUSPENSIO

Vide *Clericus.*

SYNODUS

Vide *Episcopus.*

TEXTUS CANONICI

In *Cap. Firmiter de summa Trinitate et Fid. Cathol.* nullitates, quæ non cadunt sub expressa Canonum censura non præsumi Laicis cognitas declaratur, pag. 37. §. *Animadvertendum.*

Reg. 37. in 6. Utile non debet per inutile vitiari pag. 58. §. *Quo vero.*

In *Cap. Cum locum de Sponsal. Metus* remouet liberum consensum ab actu pag. 58. §. *Ac de primo.*

In *cap. Etsi Christus 26. de iurejuran.* Cautum est non licere jurare si necessitate, et quidem pro re vera, licita, et honesta, pag. 98. §. *Ad.*

Can. Inferior dist. 21, Cap. Cum Inferior de Majorit., et Obedien. et Clem. No. Romani de Elect. Superioris leges abrogare, corrigere, inmutare vetant inferioribus, pag. 102. §. *Inquirendum.*

Cap. Quod super his de Majorit. et Obed. Permittit Episcopis pænæ spirituali pecuniariam adungere, pag. 104. §. *Contrario.*

Cap. 2. et 3. de Renunciat. Jubetur omne amitti jus in beneficio facta vix, et probata illius renunciatione, pag. 18. §. *Hisce.*

Extrav. Ambitiose. Præscriptæ solemnitates excipiuntur, si agatur de rebus in emphiteusim concedi solitis, pag. 2. §. *Qui.*

Vide *Alienatio.*

In *Can. Illiteratos dist. 16., et in Cap. Presbyterum 1. de Cler. Egrot.* Statuitur irregularem esse qui nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo

propter deformitatem corporis celebrare valet, pag. 30. §. *Verum*.
In cap. final. de Sortilegiis Prohibentur sortes in electionibus, pag. 35. §. *Tota*.
Cap. Quia propter de Elect. Privantur eligendi jure pro ea vice, qui contra præscriptas formas elegerint, pag. 35. §. *Addit*.
Cap. Ecclesia S. Mariae de Cost. Declarat nullum esse judicium, in quo desideretur citatio, pag. 109. §. *Queritur*.
In cap. Fin. de Const. in 6. Jus tribuitur optanti asssequendi beneficium, si intra legitimum tempus optionem exerceat, pag. 116. §. *Vera*.
In cap. Licet. 14. de Elect. in 6. Statutum est Parochos privatos remanere Ecclesia sibi commissa, si infra annum ad Sacerdotium non conscenderit, ipso jure, et absque ulla monitione, corrigendo *Cap. Cum in cunctis §. Inferiora eod.* in quo requirebatur, et monitio, et judicis sententia, p. 131. §. *Hæc*.
Cap. 1. de his quæ fiunt a majori etc. Statuit illud haberi a Capitulo constitutum, in quo major, et sanior Capituli pars convenerit, pag. 168. §. *Addendum*.
In cap. 7., et 13. de jure patronat. Statuitur jus patronatus reale beneficiorum alienatis fundis in acquirentem transire, dummodo nihil patronatus ratione percipiatur, p. 178. §. *At hic*.
Ex cap. Licet de Sepult. in 6. Patri permittitur eligere sepulturam filiorum impuberum si terræ consuetudo id habeat, pag. 192. §. *Quoad*.
Can. ult. dist. 92. Statuit epos qui Choralibus beneficiis fruuntur, quotidie divina officia celebrare debere, pag. 213. §. *Ex can.*
Ex cap. 1. de Sepultur., et 3. eod. tit. in 6. Statuitur, unumquemque in Sepulchro majorum suorum jacere, p. 270. §. *Sola*.

TEXTUS CIVILES

Leg. 1. ff. de Transact. Docet Ulpianus transactionis essentiam potissime ver-

sari in re dubia, incertoque jure, p. 12. §. *Secus*.

Leg. Nulla juris 25. ff. de legibus edocemur non esse immutanda, vel ad severitatem extorquenda, quæ hominum commodo constituta sunt, p. 26.

§. *Quatenus*.

L. 45. de Episcopis, et Clericis prohibet electiones fieri per sortes, pag. 35. §. *Tota*.

L. Illud ff. de leg. Aquilia statuit; ut ubi eadem militet ratio, eadem militare debeat juris dispositio, pag. 122. §. *Queritur*.

In L. Quamvis, et in L. Preces Cod. de Transact. statutum est in transactionibus omnibus numeris absolutis nullum dari pænitentiae locum, easque afficere successorem, pag. 168. §. *Verum*.

In L. cum quid, et si filius familias ff. si certum pet. disponitur expressi, et equipollentis eandem esse rationem, pag. 343. §. *At*.

THORI SEPARATIO

Quælibet sævitia etiam moderatis adhibitis verberibus, justa concurrente causa, non præbet legitimum titulum thori separationis, pag. 347. §. *Non*.

Sed requiruntur immanes percussiones, corporis cruciatus, machinationes in conjugis vitam, alique sævitæ actus, *ibid.*

Et necessarii sunt plures actus, ut concedi possit hæc thori separatio, *ibid.*

TRANSACTIONIS

Essentia transactionis versatur potissime in re dubia, incertoque jure. pag. 12. §. *Secus*.

In transactionibus munitis qualitatibus a jure præscriptis nullus datur pænitentiae locus, pag. 168. §. *Verum*.

Et ex sui natura afficiunt etiam successores in beneficio proprio jure venientes, præsertim si accedat Apostolicum beneplacitum, *ibid.*

Corruit vero si hoc beneplacitum desit, pag. 252. §. *Cum*.

Transigentes causæ piæ administratores obnoxii sunt censuris, etsi adsit necessaria causa, nisi obtinuerint Apostolicum beneplacitum, *ibidem*.

TRANSLATIO

Denegari solet Missarum translatio nedum ob commutationem voluntatis testatoris; sed etiam ob cultus divini detrimentum, et populi incommodum. *pag. 25. §. Hisce.*

VICARIUS GENERALIS

Unum idemque Tribunal cum Episcopo constituit, *pag. 293. §. At.*
Vide *Episcopus, Unio.*

V I S

Vide *Coactio, Consensus, Libertas, Metus, Ratihabitio, Thori separatio.*

U N I O

Unio alia est subjectiva, et alia æque principalis, *pag. 206. §. Nullibi.*

Subjectiva amittere facit Ecclesiæ unitæ propriam dignitatem, et nomen, *ibidem.*

Hinc in alterius, cui unitur, naturam transit, et de dignitate illius, jurebus, privilegii tamquam filialis participat, *ibidem.*

Justam causam Paræciarum unioni præbet paupertas, *pag. 365. §. Justam, et pag. 380. §. Ad novissima.*

Populi diminutio est altera legitima unionis causa, *cit. pag. 365. §. Diminutus.*

Ex Statuto Tridentini beneficiorum, quæ in distinctis Diæcesibus extant, unio improbatur, *cit. pag. 365. §. Verum.*

Ut probetur unio legitime facta requiritur decretum ab Ecclesiastica potestate latum, *pag. 381. §. Nequit.*

Nec non consensus Capituli, et interesse habentium, *ibidem.*

Unio non numeratur inter ordinarias facultates Vicarii Generalis, *ibid.*

V O C A T I O

Præsumptio est, passivam vocationem semper stare pro sanguine agnationis, *pag. 46. §. Postremo.*

Hoc deficiente, cognati, postremo extranei vocati censentur, *ibid.*

V O L U N T A S

Testatorum voluntas numquam commutatur nisi urgeat necessitas, et justa concurrat causa, *pag. 123. §. In tertio, et pag. 347. §. Defunctorum.*

VOTUM CAPTANDÆ MORTIS

Cessat dum agitur de beneficio vacaturo non per mortem, sed per spontaneam beneficiati dimissionem, *p. 262. §. Addit.*

E R R A T A

Pag. 13. lin. 11. Bulla Cæna Domini
131. lin. 23. non conscenderint
26. Canon
146. lin. 31. præcipi Cap. 1. lin. ult. Trid. Sess.
164. lin. 39. Commissum fecerat
182. lin. 5. desumit
209. lin. 1. voto

C O R R I G E

Cap. Gravamen, et Cap. Novit de sent. excom.
conscenderint.
Caput præcipi Sess. 24. Cap. 1. Trid. cap. 15. Sess.
Commissum fuerat
desumitur
votum

THESAURUS
RESOLUTIONUM
SAC. CONGREGATIONIS
CONCILII

Quæ consentanee ad Tridentinorum PP. Decreta
aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGR.

OBEUNTE

R.P.D. JO. FRANCISCO FALZACAPPA

ARCHIEPISCOPO ATHENARUM

Prodierunt in Causis sub anno 1821.

PROPOSITIS

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis,
ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus
apprime utilis, ac necessarius.

TOMUS LXXXII.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS.



ROMÆ MDCCCXXIII.

Typis Vincentii Poggioli Rev. Cam. Apost. Typographi

I N D E X

ALPHABETICUS CAUSARUM

*Quæ in Sac. Congregatione Concilii propositæ fuerunt
anno 1822. per Diœceses dispositus.*

A

- A**esina Beneficii 21. Septembris *pag.* 212.
Alatrina Beneficii 21. Septembris *pag.* 219.
Amerina Novæ Dotationis 24. Augusti *pag.* 171.
Ame. ina Residentiæ 14. Decembris *pag.* 279.
Anagnina Capellanix 27. Julii *pag.* 137.
Anagnina Divisionis Paræciæ 24. Augusti *pag.* 183.
Auximana Missæ Conventualis 24. Augusti *pag.* 180.

B

- B**alneoregion. Beneficii 24. Augusti *pag.* 173.
Bononien. Absolutionis, et Reductionis 27. Aprilis *pag.* 55.
Bracharen. Matrimonii 21. Septembris *pag.* 206.
Burdigalen. Nullitatis, seu Dispensationis Matrimonii 9. Februarii *pag.* 3.

C

- C**æsennaten. Beneficii 30. Martii *pag.* 39.
Camerinen. Jurispatronatus 27. Julii *pag.* 146.
Camerinen. Missa pro Populo, et Legatorum 27. Aprilis *pag.* 60.
Casalen. Commutationis Onerum, ac Voluntatis 27. Aprilis *pag.* 61.

- Casalen. 14. Decembris *pag.* 247.
Cathacen. Legati Pii, ejusque Applicationis 21. Septembris *pag.* 230.
Cingulana Nominationis Capellani 9. Februarii *pag.* 2.
Comaclen. Erectionis Dignitatis 27. Aprilis *pag.* 61.
Comaclen. Professionis Fidei 24. Augusti *pag.* 192.
Comen. Incompatibilitatis Beneficii, et Præsentationis 14. Decembris *pag.* 251.
Comen. Reductionis Missarum 22. Junii *pag.* 123.

F

- F**aventina Capellanix, et Subsidiæ Dotalis 25. Maii *pag.* 68.
Forolivien. Nullitatis, seu Dispensationis Matrimonii 30. Martii *pag.* 37.
Forosempronien. Jurispatronatus 25. Maii *pag.* 91.

I

- I**anuen. Commutationis Voluntatis, et Reductionis 22. Junii *pag.* 105.
Januen Suspensionis 27. Julii *pag.* 137.

L

- L**ucana 25. Maii *pag.* 86.
Lucana Jurium Parochialium 22. Junii *pag.* 117.
Lucana 14. Decembris *pag.* 274.

M

- M**assanen. Reductionis Onerum 14.
Decembris *pag.* 267.
Mazzarien. Reductionis, et Absolutio-
nis 14. Decembris *pag.* 265.
Mellevitani Nullitatis Matrimonii 27.
Aprilis *pag.* 53.

N

- N**eapolitana Beneplaciti Apostolici
14. Decembris *pag.* 247.
Neapolitana Dispensationis 27. Julii
pag. 139., et 14. Decembris *pag.*
228.
Nullius S. Martini Suspensionis Nomi-
nationis, et Reductionis Onerum 24.
Augusti *pag.* 172.

O

- O**ppiden. Vocis in Capitulo 22. Junii
pag. 105.

P

- P**isana Celebrationis Missarum 14.
Decembris *pag.* 258.
Pisana Præcedentiæ 22. Junii *pag.* 116.
Pisauren. Servitii Choralis 27. Aprilis
pag. 59.

R

- R**avennaten. Juris Parochialium 22.
Junii *pag.* 109.

- Reatina Odei 21 Septembris *pag.* 224.
Reatina Unionis Beneficiorum 9. Fe-
bruarii *pag.* 2.
Ripana Commutationis Voluntatis, et
Reductionis Missarum 24. Augusti
pag. 171.
Romana Capellaniarum 9. Februarii
pag. 1.
Romana Commutationis Voluntatis 21.
Septembris *pag.* 205.
Romana Dubia Indultorum 25. Maii
pag. 81.
Romana Jubilationis 30. Martii *pag.*
42.
Romana Subsidiarum Dotarum 27. Ju-
lii *pag.* 150.

S

- S.** Miniatis 27. Aprilis *pag.* 60.
Savonen. 25. Maii *pag.* 67.
Senogallien. Missæ Conventualis 21.
Septembris *pag.* 205.

T

- T**iburtina Parochiarum 27. Julii *pag.*
142.
Triventina Nullitatis Matrimonii 22.
Junii *pag.* 106.
Tudertina 25. Maii *pag.* 68.

V

- V**eliternen. Capellaniarum 25. Maii
pag. 77.

FINIS.

Die Sabathi 9. Februarii 1822. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROMANA CAPELLANARUM.

Sess. 23. Cap. 4.
de Reform.

Dubium I. *An, et in qua summa sit loci reductioni assignamenti pro Sacris utensilibus in casu etc.*

II. *An, a quibus, et quomodo sint celebrandæ Missæ non satisfactæ in casu etc.*

III. *An prælatio concessa Capellanis exhibenda sit intra redditus cujuslibet anni in casu etc.*

IV. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in secundo dubio sub die 5. Septembris anni 1818., quoad expensas administrationis in casu etc.*

V. *An sit standum, vel recedendum a decisis in tertio Dubio sub eadem die, quoad summas perceptas præter mentem Testatricis in casu etc.*

Ad I. Dub. Affirmative pro tertia parte juxta Votum Emi Protectoris.

Ad II. Affirmative pro summa existenti a tribus Capellanis, aliisque Sacerdotibus ab Archiconfraternitate eligendis, cum elemosyna obulorum 16. cum dimidio, ita tamen, ut quam citius Missæ celebrentur.

Ad III. Affirmative, et redditus cujuslibet anni prælative deberi Capellanis, quocumque tempore exigantur.

Ad IV. In decisis.

Ad V. Prævio recessu a decisis juxta modum, consulendum SSmo pro absolute, et condonatione, cum onere tamen Archiconfraternitati distribuendi puellis pauperibus annua scuta decem ad formam foundationis per triennium tantum.

Die 9. Februarii 1822.

²
REATINA UNIONIS BENEFICIORUM.

Sess. 22. Cap.
15. de Reform.

Dub. I. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis favore Paraeciae S. Flaviani sub die 16. Januarii 1819. ad primum dubium in casu ec.*

II. *An, et quomodo sit concedenda absolutio a censuris in casu ec.*

Ad I., et II. *Non proposita attento defectu aperitionis oris.*

CINGULANA NOMINATIONIS CAPELLANI.

Sess. 22. Cap.
6., et Sess. 25.
Cap. 4. et 6. de
Reform.

Dub. I. *An sit servanda divisio bonorum Capellaniae facta a Patronis, seu potius sit Capellania ad primaevum statum revocanda in casu etc.*

II. *An, Patroni jus nominandi amiserint, et in censuras inciderint in casu ec.*

Et quatenus affirmative ad II.

III. *An, sit consulendum SSmo pro absoluteione a censuris, et rehabilitatione Patronorum ad jus nominandi in casu ec.*

IV. *An, et quomodo sit concedenda condonatio fructuum perceptorum ex divisione bonorum Capellaniae in casu ec.*

V. *An sit servanda facta nominatio favore Sanctis Piermattei, seu potius possint Patroni ad novam nominationem devenire in casu ec.*

Et

Die 9. Februarii 1822.

3

Et quatenus negative ad utramque partem.

VI. *An, sit relaxanda supplicatio impetrationis favore Sanctis Piermattei in casu ec.*

Ad I. Dub. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad II. Negative ad utramque partem.

Ad III. Non indigere.

Ad IV. Affirmative, satisfactis omnibus oneribus Missarum non adimpletis, et in posterum adimpledis usque ad possessionem novi Capellani, ac celebratis duabus Missis cum cantu.

Ad V. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et Eius Episcopus præfigat patronis terminum ad effectum nominandi, quo elapso procedat ad electionem Capellani ad formam foundationis.

Ad VI. Provisum in præcedenti, et notificetur Ministris Datarie Apostolicæ.

BURDIGALEN. NULLITATIS, SEU DISPENSATIONIS MATRIMONII : Die 24. Januarii 1785. Catharina Desiderata Latour, e civitate Burdigalæ in Gallis in faciem Ecclesiæ cum Bernardo Laujacq Matrimonium iussit, et deinde ambo in paternis Catharinæ laribus quietam, pacificamque vitam duxerunt usque ad annum 1797, quin ulla eruperit querela vel de non sequuta consummatione, vel de viri impotentia. Eodem anno circiter 1797. duodecimo nempe post Matrimonium, juvenis quidam quatrilustris, nomine Franciscus Mesmin Segueau de Lognac, eadem in domo receptus fuit, amicitia hinc orta est, inde amor, demum rem cum Catharina Franciscus habuit, et filiam die 30. Januarii 1799. suscepit, quæ in status civilis codice, tamquam filia advocati Bernardi Laujacq, et Catharinæ Latour fuit inscripta.

Sess. 24. cap. 1.
de Reformat.
Matrim.

Vir, ut hæc novit, Matrimonii solutionem quoad vinculum, seu divortium, permittentibus sacrilegis illius temporis legibus, coram Judice, quem vocabant Pa-

cis, petiit, et de filia adulterina Catharinam accusavit, quæ nihil de viri impotentia, nec aliud in sui defensionem proferens, omnia admisit. Inde, eodem instante viro, die 24. Aprilis 1799. a Tribunali Civili Parisiensi, divortii sententia prolata fuit.

Post dissolutum sacrilege Matrimonium, Catharina putans, esse liberam, novum Matrimonium civile cum dicto Seguineau anno 1802. contraxit, cum quo commune habuit thorum, et novam suscepit prolem. Anno 1814. Laujacq suum præbuit consensum, *che la benedizione Nuzziale, ed il Sacramento del Matrimonio siano impartiti a Madamigella Latour già maritata avanti all' Ufficiale dello stato civile col Sig. Seguineau.*

Tandem tertio post anno nempe 1817. Catharina preces SSmo obtulit, quibus - *absolutionem postulat, nec non dispensationem impedimentorum criminis propter adulterium promissioni nubendi conjunctum, nec non ligaminis propter matrimonium ratum cum Bernardo Laujacq, non vero consummatum, impotentia relativa obstante, et demum ut ipsi digneris concedere licentiam, et facultatem, ut in faciem Ecclesiæ cum prædicto Francisco Mesmin Seguineau Matrimonium celebrare possit, et valeat, quod idem Franciscus quoque postulavit.* Hæ preces fuerunt ex audientia Sanctissimi diei 8. Martii 1817. remissæ Archiepiscopo pro informatione, et voto, *auditis, prævia separatione oratorum, et confectione Processus super non consummatione, et Canonicis causis dispensationis, servata in omnibus forma constitutionis S.M. Benedicti XIV. transmissis actis.*

Archiepiscopus vero, quamvis litteras accepisset, distulit tamen responsum - *quippe (ait) displicebat judiciale ordiri processum super non consummatione inter dictam Catharinam Desideratam Latour, et priorem sponsum, quando hic ipse scriptis ad me directis declarabat consummationem, hique jurejurando confirmare non refugiebat,* Rogavit hinc, ut alius eligeretur causæ Judex pro confectione Processus. Sed datis iterum ad eundem literis, processus quidam, seu relatio a Curia Burdigalen. remissa fuit, videnda in mulieris allegatione, qua Vicarius Generalis concludit

- Crediamo che sarà impossibile di reggere all' evidenza, che risulta dall' uniformità delle deposizioni, le quali tutte concordano a fondare sopra l' impotenza relativa, e sopra questa sola impotenza il fatto della non consumazione del Matrimonio.

Dubitari nequit, quin nullum sit Matrimonium, quando vir debitum matrimoniale reddere sit impotens, tam absolute, quam ratione habita ad determinatam mulierem *Gloss. in cap. Fraternitatis de frigid. et Maleficiat. Reiffenstuel lib. 4. decret. tit. 6. n. 39. Sanchez lib. 7. c. 99. n. 18.*

Ad hanc relativam Bernardi impotentiam probandam, mulier excludere vult tum triennalis cohabitationis experimentum, tum corporum inspectionem, tum septimae manus depositionem; Illam enim asserit, inutilem in casu, cum jam annorum duodecim spatio cum Bernardo cohabitaverit, quin Matrimonium fuerit consummatum. Haec impossibilis tum ex parte viri, qui quamvis ab Archiepiscopo vocatus, ne examini quidem se subicere passus est, tum ex parte mulieris, quae alium virum se cognovisse negare nequit. Quae etiam si possibilis fuisset, tamen non necessariam vocat ex eo, quia incerta sint virginitalis signa. *Zach. quaest. medic. leg. lib. 8. tit. 2. quaest. 1. numer. 14.* Septimae vero manus depositioni suppleri posse ait per testes bonae fidei; Etenim parentibus, consanguineis, et vicinis deficientibus, alii adhibendi sunt, qui notitiam habere possint, ut ait *Sanchez de Matrimonio lib. 7. disput. 108. n. 23.*

Quibus exclusis, plurimum deferendum dicit testium depositionibus jurejurando firmatis, qui asserunt Bernardum saepe saepius esse ingenue fassum, nunquam potuisse matrimonium cum Catharina consummare. Foeminae enim pater testatur a Bernardo audivisse, *che credeva le difficoltà insormontabili, che n'era svogliato, e che aspetterebbe tutto dal tempo, e che voleva lasciare la faccenda in quello Stato* - Alter quoque testis Mauritius Thouneus hac de causa Bernardum - *esser l'oggetto delle facezie - quibus respondebat esser impossibile attesa la grande difficoltà . . . che non credeva, che nessuno di loro si potesse milantare di vincerla*, Quod ipsum et alii testes affirmant. His addit mulier

lier suam, atque Seguineau depositiones, qui jurejurando de virginitate mulieris testantur post duodecim Matrimonii annos, quam viri impotentiae tribui tantum posse, ait, Vicarius in sua relatione. Has depositiones plurimi faciendas vult Mulieris Defensor quia de facto proprio testantur, et juramenti Religione hoc affirmant, et pluries hæc Sacra Congregatio plenam habuerit fidem simillimis depositionibus.

Quod si aliquid dubii de impotentia relativa adhuc extaret, certum esse contendit, numquam fuisse matrimonium consummatum. Hoc probare conatur ex iisdem depositionibus, nec non ex facto viri, qui divortium petiit, quia Uxor sui corporis copiam alteri fecerat, et adulterinam filiam in familiam induxerat, quod affirmare nunquam potuisset, si aliquando se cum illa commiscuisset. Hinc saltem locum esse dispensationi a matrimonio rato, et non consummato, et justas indulgendæ dispensationis causas petit, tum ex prolis cum altero viro susceptæ educatione, tum ad recuperandam conscientiae pacem, tum ex consensu in ipsam dispensationem præstito a legitimo Viro, quo in casu facilius concedi tradit *Barbosa de solut. Matrim. part. 2. N. 103.*

Matrimonii vero defensor opponit, Processum non fuisse confectum juxta Benedictinam Sanctionem, quam servandam esse voluit Summus Pontifex. Desideratur enim defensoris Matrimonii ex officio deputatio, quæ sub poena nullitatis processus præscribitur in dicta Constitutione. Neque hujusmodi nullitas deputatione Sacerdotis Jacobi Lanusse sanari videtur, cum hic ad munus Secretarii exercendum fuerit electus.

Desideratur quoque in dicta relatione Archiepiscopi subdelegatio. Hæc quoad formam; quo vero ad substantiam, defectum juramenti a Bernardo præstandi de impotentia, et de non sequuta consummatione, nec non septimæ manus propinquorum objicit, quod requiritur in *Cap. Proposuisti 4. de probationibus*, et in *Cap. Requisivisti 2. caus. 53. Quest. 1. et Cap. 3. de frigidis. etc.* ideoque ex hoc capite concludit, vel novum esse processum conficiendum, vel petitionem rejiciendam.

Deficere hinc probationes contendit, ut nullum declarari valeat matrimonium, de quo agitur: cum enim agatur de impotentia relativa, procedi non potest ad Matrimonii dissolutionem ex quolibet genere probationum, sed certæ, et indubiæ sunt requirendæ. Duo igitur in hac causa ostendere debet Mulier, et se arctam fuisse ita, ut humano modo perforari non posset, et virum Advocatum Laujacq ita impotentem, ut ejus claustra frangere non valeret. Necessaria itaque esset inspectio corporum, vel saltem triennis cohabitatio, quod sæpius hæc Sacra Congregatio decrevit, quin prosit Mulieri cum altero Viro conjunctio; namque si per se stetit, ut impossibilis hæc probatio evaderet, tribuat sibi damnum, prout responsum fuit *in Forolivien. die 16. Decembris 1820.*

Præterea ad nullitatem Matrimonii declarandam inspicere debere, ait defensor Matrimonii, tempus, quo celebratum fuerit. Sed cum anni triginta septem jam intercesserint, neque inspectio Viri, etiam si nunc fieret, aliquid valeret. Namque detegi non posset, num vitium modo supervenerit, et hæc dubitatio satis esset, ut Matrimonium dissolvi non posset. Si vero inspiciatur Viri declaratio, habetur Epistola Archiepiscopi, qua asserit virum paratum jurare consummatum fuisse Matrimonium. Præterea non septimæ manus depositio extat. Sed duo, vel tres tantum testes de Viri impotentia deponunt. Consensus vero a Bernardo præstitus, suspicionem inducit de conventionem inter Conjuges, quam non solum non necessariam, sed omnino inutilis sit ad nullitatem probandam, quæ tota pendet a Viri impotentia.

Ad dispensationem quod pertinet, Defensor Matrimonii probare conatur non consummationem nullo modo evinci, neque ullam subesse causam, cur hæc dispensatio concedatur. Et revera mulier hanc querelam instituit anno 1817., nempe post annos triginta duos a celebrato Matrimonio, ex quo diuturno silentio maxima oritur suspicio sequutæ consummationis. Urget etiam præsumptio, consensisse virum, ut mulier dispensationem peteret, ob magnæ pecuniæ quantitatem, quam ipse a Catharina recepit.

His addendum, quod ne unus quidem ex testibus certam afferat scientiam de non consummatione Matrimonii. Nullam denique adesse causam dispensandi inquit Defensor Matrimonii. Etenim educationi novæ susceptæ prolis alias provideri potest, quin dispensatio concedatur, nec tanti est consuetudo cum Segueineau, ut dispensatio concedatur; nam tunc præmium adulterii haberet Catharina. Plura vero habent EE. PP. in distributis ex utraque parte allegationibus, ut respondere possint.

Dubiis.

I. *An constet de Nullitate Matrimonii in casu etc.*

Et quatenus *Negative*

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.*

Ad I., et II. *Negative.*

*Sess. 24. cap. 12.
de Reform.*

ROMANA JUBILATIONIS. Sacerdos Joseph Bianchi Coadjutor a SSmo designatus Canonico Paulo Mayer in Ecclesia S. Mariæ Transtiberim cum annua Pensione scutatorum quadraginta suæ Coadjutorix possessionem nactus est sub die 17. Februarii 1780. Rarissimo, et forsitan nunquam redituro exemplo, defluxi sunt quadraginta, et ultra anni, sospite adhuc coadjuto. Preces, quas ille obtulit ad implorandum Jubilationis Indultum, remissæ fuerunt Emo Titulari, ut, audito Capitulo, referret de continuo, et laudabiliter expleto 40. annorum servitio.

Hæc retulit Capitulum „ Non può certamente porsi
in dubbio, che da 40. anni il Signor Canonico
Bian-

- „ Bianchi abbia preso possesso della sua coadjutoria ,
 „ e che non abbia percepito , che soli scudi quaranta
 „ di pensione , che tuttora gli corrisponde il Canoni-
 „ co Proprietario . Costa pure del di lui pieno, e
 „ puntuale servizio , siccome io in qualità di Segreta-
 „ rio del Capitolo ho genericamente deposto nell' at-
 „ testato annesso alla supplica ; siccome però, a mo-
 „ tivo del giuramento prescritto dal Governo Fran-
 „ cese , e non volutosi prestare dal Capitolo , furono
 „ i di lui membri deportati , ed altresì rapporto ai
 „ Canonici colla percezione delle *prebende mancò*
 „ *totalmente il servizio corale* , che per brevissimo
 „ tempo proseguito dai *Canonici Coadiutori nei soli di*
 „ *festivi* , non si poté lungo tempo , almeno lodevol-
 „ mente continuare a motivo delle circostanze , vi è in
 „ mezzo una laguna di anni quattro , che interrompe
 „ il servizio *quadragenario* , e lo riduce ad anni 36.
 „ Per maggior esattezza , si è stimato bene di ordinare al
 „ nostro Computista un nuovo riscontro delli così
 „ chiamati Libri delle Terziarie , in cui è registrato il
 „ servizio corale d' ogni Canonico , e gli esenti , e
 „ ordinato l' attestato , che si acclude . Se faccia
 „ d'uopo, o nò ultimare il servizio delli surriferiti 4.
 „ anni , il Capitolo ne rimette alla saviezza dell' E. V. ,
 „ e della S. Congregazione la decisione . Il Signor Ca-
 „ nonico Bianchi , dovrà direttamente fornire le
 „ prove di un tal servizio , e della qualità del medesi-
 „ mo , qualora l'abbia prestato alla richiesta , che
 „ glie ne faccia la E. V.
 „ Riflettasi in fine , che qualora dalla S. Congregazio-
 „ ne , si concede il richiesto Indulto, il medesimo
 „ non deve avere effetto , che dalli 18. Settembre
 „ 1820. , e che in questo tempo di mezzo , non si
 „ possono percepire dall' Indultario nè i comuri ,
 „ nè i frutti , nè qualsisia distribuzione , senza l' at-
 „ tuale servizio personale .

Fides vero ratiocinatoris , de qua loquitur folium Capi-
 tuli, his concepta est verbis - *Avendo ritrattato i*
Libri delle Terziarie , risguardanti il servizio corale
eseguito dalli Reverendissimi Signori Canonici della
Basilica sudetta , dai medesimi risulta , che l' Illustris-
simo , e Reverendissimo Signor Canonico Don Giu-

seppe Bianchi, attualmente Coadjutore di Monsignore Illustrissimo, e Reverendissimo Don Paolo Mayer dal dì 17. Febraro 1780., in cui prese possesso della di lui coadjutoria, fino a tutto li 13. Giugno 1810., ed in oltre dal dì primo Aprile 1814. fino al presente il prelodato Signor Canonico Bianchi hà totalmente, e pienamente adempito il servizio corale. Giacchè dal tempo di mezzo scorso dal 1810. al 1814., nulla posso deporre del di lui servizio corale, dapoichè essendo stato deportato il Capitolo a motivo del Giuramento, che prescrittogli dal Governo Francese non volle prestare, non più dai suddetti Canonici si esercitò il coro, e conseguentemente non esiste più registro del loro servizio.

Tandem Eius Titularis omnia remittens, hæc addidit: Secondo i Canonici la Giubilazione si accorda, in premio di un diligente assiduo servizio prestato alla Chiesa, ed al Coro. Concorrendo pienamente questo requisito nel Canonico supplicante, sembra equo non defraudarlo di tal beneficio. Potrebbe solo opporsi la laguna di quattro anni, ne quali le Chiese non furono officiate, ma in riflesso delle note critiche circostanze di allora, potrebbe condonarglisi sì breve spazio di tempo, che manca al compimento aritmetico di 40. anni di servizio prescritti dai Canonici.

Tunc ne ante tempus nova prorsus, et haud levis momenti quæstio institueretur, an scilicet etiam Coadjutoribus succurrendum sit Jubilationis Indulto, Canonici Bianchi instantia dilata fuit rescripto diei 15. Julii anni 1820. - *Habebitur ratio post integrum quadragenarium servitium, quo expleto denuo recurrat* - Sed iteratis una, alteraque vice ab Oratore precibus post quadraginta, et ultra annos a capta Coadjutorie possessione, quæstio ab EE. Patrum sapientissimo judicio definienda proponitur.

Canonicis, et Beneficiatis, qui in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis spatio 40. annorum inservierunt, jubilationis indultum esse concedendum nullo Ecclesie Canone sancitum est. At S. hæc Congregatio non solum numquam particularia Ecclesiarum reprobavit statuta, quibus jubiliatio post quadragenarium servitium indulgebatur; sed imo constans apud ipsam praxis inolevit; ut rude donarentur ii, qui

continuum, et laudabile servitium quadraginta annorum præstiterant. Innumera sunt amplissimi hujus Ordinis responsa, quibus viam paravit Doctissimus Benedictus XIV. dum anno 1718. S. Congregationis Secretarii munere fungebatur, propositis in *Folio Dubiis Jubilationum*, in quorum secundo responsum est - *Inultum esse concedendum etiam iis Canonicis, vel Beneficialis, qui partim tamquam Coadjutores, et partim tanquam Principales, et Titulares quadragenarium servitium præstitissent.*

At quod hoc beneficio succurrendum sit etiam iis, qui quadraginta annorum metam attigerint tamquam Coadjutores, quin unquam Principales evaserint, nec tunc quæsitum, et resolutum est, nec postea unquam contigisse, licet pervolutis diligenter omnibus S. Congregationis Resolutionibus, inveniri potuit.

Novæ igitur quæstionis definitio non levis et hinc, et inde difficultates præfert, quas sapientissimo EE. Patrum iudicio subiciam.

Quoniam Dominus, ac Redemptor Noster, rejecta hæreditariæ successionis forma Levitici Sacerdotii, elegit, quos ipse voluit, ut secum essent, idcirco Sacri Canones, et Patrum Decreta veterant Coadjutorias cum futura successione, quæ hæreditariæ successionis in Ecclesiasticis Beneficiis imaginem præferunt - *Quod si quando (verba sunt Tridentini Sess. 25. cap. 7. de Ref. ubi antiqui Canones confirmantur) Ecclesie Cathedralis, aut Monasteriiurgens necessitas, aut evidens utilitas postulat, Praelato dari Coadjutorem, is non alias cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligenter a SSmo Romano Pontifice sit cognita*, Tunc enim urgens necessitas, vel evidens utilitas removet odium expectativæ futuræ successionis, a qua, cum mortis captandæ Voto præbeat adiutum, summopere abhorret Ecclesia Cap. *Dilectus*, et Cap. *Delestanda de conces. Præben. in 6.*, et Trid. Concilium in cap. 19. Sess. 24. de Ref.

Quamvis vero ex verbis Tridentini Concilii colligi videatur, Coadjutorias cum futura successione assignandas esse dumtaxat in Episcopalibus Ecclesiis, et Abbatibus, in quibus facile contingere potest, ut gravis:

si quum imminet periculum, si Ecclesia, vel sua orbata sit Pastore, vel ab eo regatur, qui muneri sui partes implere nequeat; non vero in minoribus Beneficiis, in quibus tum necessitas, tum utilitas Ecclesiae difficilius id postularet, quemadmodum animadvertunt *Prosper Fagnanus in Lib. Decret. part. 2; et Thomass. de veter., et nov. Disc. part. 2. lib. 2. cap. 59. n. 10., et 11.*; Attamen Summi Pontifices pro ea, qua pollent suprema in universam Ecclesiam auctoritate, etiam Canonicis, aliisque minoribus Beneficiis paulo post absolutam Tridentinam Synodum, sedente Sixto V., coadjutores dederunt, ne Ecclesiae ob impedimentum Coadjuti, suo fraudarentur servitio.

Sequitur inde hujusmodi Coadjutorias a S. Sede non dari, nisi ob necessitatem, et utilitatem Ecclesiae, utque principaliter illius servitio provideatur. Hoc posito, sequi videtur, Coadjutorem, etiam expleto laudabili quadragenario servitio, non posse Indulto vacationis donari. Tunc enim, cessante Ecclesiae servitio, cessaret principalis causa, ob quam Pontifex SS. Canonum, et Conciliorum decretis derogavit; et gratia Coadjutoriae cum futura successione, in eum casum incideret, a quo incipere non poterat, nimirum in meram expectativae gratiam, de qua ita statutum est in *Concil. Trident. Sess. 24. Cap. 19. de Ref. - Decreuit S. Synodus, mandata de providendo, et gratias, quae Expectativae dicuntur, nemini amplius concedi*.

Hinc quavis Canonicis Titularibus non denegetur Indultum ex causa studiorum, ad formam *cap. super specula 5. de Magistris*, attamen hoc idem indultum denegatur Coadjutoribus, ne fraudetur mens Summi Pontificis, qui Coadjutoriam concedens primario, ac principaliter ad Ecclesiae servitium respexit. Ita respondit S. Congregatio in *Praten. Indulti 2. Martii 1637., in Tarentina Indulti 28. Martii 1733., et novissime in Romana Dub. Indult. 6. Maii 1820. ad 7. Dub.*

Hinc S. Congregationis sententiam, doctissime expendit S. M. Bened. XIV. *Inst. Can. 107. num. 72. - Hacta-*

tamen privilegia Coadjutoribus denegantur, uti sapienter expendit S. Congregationis Secretarius in causa Tarentina Indulti, cujus examen habitum fuit die 25. Martii anno 1733, nam prius exposuit sententiam doctissimi viri, qui ipsius locum ante tenuerat, et qui Patres Congregationis monuit, cum Indultam causam studiorum peteretur a Coadjutore, hujusmodi indultum a jure Pontificio Canonicis permitti, Coadjutorem vero inter Canonicos minime recenseri; si Coadjutores hujus quoque privilegii participes fiant, causam nullam superesse, cur instituantur Coadjutores, cum ob hanc solum rationem ipsi debeant eligi, ut nempe loco Canonici coadjuti Divinis Officiis celebrandis intersint; postquam hæc Secretarius, uti dictum est sapienter expendit, statim commemorat, Indultum causa studii, quod poscebatur, concessum minime fuisse, et quod Decretum hoc firmavit regulam, quæ semper servata fuit, rejiciendi concessionem Indulti pro absentia ob studiorum causam, -

Nec aliter sensit S. Congregatio Rituum penes quam die 15. Aprilis 1606. pro parte Capituli Elboren. propositam fuit dubium his verbis - Cum in prædicta Ecclesia extet quoddam statutum, cujus vigore potest Capitulum prædictum, ob senectutem, seu temporalem, aut perpetuam infirmitatem eximere, et jubilate Præbendatos, seu Beneficiatos illius; quaeritur an statutum prædictum extendatur ad Coadjutores, et Capitulum possit etiam Coadjutores eximere, et jubilate, et S. Congregatio respondit - Statutum stricte esse intelligendum, et ideo non esse extendendum ad Coadjutores, -

Semper enim in quaestionibus hac de re excitatis præ oculis habitum est, finem, ac mentem Summi Pontificis in concedendo coadjutore eam fuisse, ut suppleretur Ecclesiae servitium, quod Coadjutus præstare ei amplius non poterat. Hinc quamvis amplissimis clausulis Coadjutori concedatur, ut sui Coadjuti personam repræsentet, iisdemque fruatur juribus, et privilegiis, hæc ita tamen semper intelligenda sunt, dummodo Ecclesia suo servitio non fraudetur. Ita si detur Coadjutor Canonico, vel Beneficiato, qui quovis ministerio sint occupati, ex quo numquam præsentibus haberentur in Choro, non idcirco liberaretur Coadjutor a præstando servitio, S. Ritum Congr. in Elboren. 15. Aprilis 1606. ad II. Dub., ita pariter si

detur illi, qui ob quadragenarium servitium jam a choralis vinculo fuit dispensatus, non ideo sequitur, ut hujusmodi Indulto juvetur Coadjutor. Hic enim, non obstante exemptione Coadjuti, vel ob ministerium, vel ob jubilationem inservire tenetur, quia in hoc servitio Ecclesiae præstando natura, et legitimus Coadjutoriae titulus consistit. *Rota in Tirasonen. Coadjut. S. Novembris 1599. cor. Penia relat. post. Garz. de Benef. par. 4. cap. 5. num. 128.* Si igitur vivente Coadjuto, posset Coadjutor assequi jubilationem, per quam cessaret titulus Coadjutoriae, sequeretur, ut mortuo postea Coadjuto, cessaret etiam jus succedendi in Beneficio, quod Coadjutoriae titulo est alligatum.

Addendum etiam est, non quodlibet quadragenarium laudabile servitium Ecclesiae præstitum viam jubilationi sternere, sed illud dumtaxat, quod ab eo præstatum, qui sit Canonicus, vel Beneficiatus choralis servitio mancipatus. Hinc Ecclesiarum Rectores, hinc Parochi, hinc etiam Episcopi, licet per quadraginta annos laudabiliter servitii pondus sustinuerint, non tamen ab hoc onere jubilationis gratia levantur. Cum igitur Coadjutores non sint veri Canonici, vel Beneficiati, *Brevis. de Canon., et Dignit. cap. 29. nu. 6. Rota in Recent. decis. 667. in 12. part. 19. Sac. Rituum Congregatio in Conimbricen. 16. Septembris 1606. ad 2. Dab. et S. Congregatio Concilii in Ferentina Indulti 25. Martii 1733.* nec efficiantur vere Canonici, nisi post mortem Coadjuti, eadem S. Congregatio in *Casalea. 13. Aprilis 1690.* sequitur, ut nequeant Jubilationis metam attingere, quoad usque in eo statu permaneant, in quo nec Canonici, nec Præbendati possunt concepiari. Facile inde colligitur quare doctissimus Benedictus XIV., dum anno 1718. uti S. hujus Congregationis Secretarius definienda proposuit *Dubia Jubilatorum*, meminit quidem de iis Canonicis, qui partim tanquam Coadjutores, et postea tanquam Titulares transegerant quadragenarium servitium, quibus S. Congregatio Indultum esse concedendum decrevit in *Respons. ad secundum Dubium*, consulto vero abstinuit, loqui de iis, qui toto quadragenario tempore Coadjutores permanserant, ac proinde nunquam Canonice titulum assecuti erant, ut possent rude donari.

Haec in jure praemittenda erant, quæque videntur adversari petita a Coadjutore Jubilationi. At favore Oratoris animadvertendum est, æquitatem canonicam praec oculis habendam esse in iis casibus, in quibus deficit jus scriptum. Can. ex par. 13. de Off. deleg. Si ergo Canonicis, et Beneficiatis, post expletum laudabiliter quadragenarium servitium, Indulto jubilationis succurritur, licet nec infirmitate, nec senectute laborent, et quamvis toto servitii tempore mercedem ab Ecclesia receperint; æquitas suadere videtur, ut eo magis indulgeatur Canonico Coadjutori, qui sine ullo emolumento, tam diuturnum Ecclesiae praestitit servitium.

*Accedit quod is, qui in alterius jus succedit, eodem jure, quo ille, uti potest Can. Is qui 46. de Reg. Jur. in 6. Cum vero Coadjutor, in jure Coadjuti succedat, sequitur, ut ab indulto Jubilationis, quo ille frueretur, extorrem fieri non deceat. Nam in Canonatu, ut ait Lott. de re Benef. lib. 2. quaest. 25. numer. 39., aliud est Beneficium, aliud est officium. Per Coadjutoriam acquirit quidem Coadjutor jus, quod ei amplius auferri non potest, ad praebendam, sive ut Canonistæ loquuntur, jus ad rem, nec nova proinde indiget collatione, quæ facta fuit a Pontifice, cum Coadjutorem illum constituit *Sacra Rota in Tirasonen. Coadjutoriae 8. Novembris 1599. cor. Penia, et Fagnanus Cap. ex parte num. 16. de cler. aegrot.*, sed jus percipiendi praebendæ fructus, sive jus *in re* suspenditur adhuc usque ad obitum Coadjuti, qui dum vivit, illud sibi retinet, ideoque ad Coadjutorem statim non transit. Officium vero Canonici statim per Coadjutoriam Coadjutor ipse sibi acquirit, et omnibus proinde gaudet Canonicius prerogativis *Garzias de Benef. Eccl. Tract. de Coadj. cap. 5. num. 128.* At jubilationis Indultum, haud quidem datur propter beneficium, idest propter praebendam, sed propter officium, idest propter quadragenarium servitium continuo, ac laudabiliter Ecclesiae praestitum, videtur igitur, etiam Coadjutorem jubilationis indulto esse donandam. Secundum enim naturam est, commoda cujusque rei, eum sequi, quem*

quem sequuntur incommoda *Leg. secundum naturam*
 10. ff. de R.J.

Quod si Coadjutores vocantur *Canonici ficti*, id intelligi potest quoad præbendam, non quoad Officium, quod reapse exercent. Nam Coadjutor proprie datur, ut Ecclesiæ servitium præstet, ideoque est illius minister, in eaque adscriptus, saltem ratione administrationis officii, et per consequens filius Ecclesiæ, quæ eum Domino sociavit *Lotter de Re Benef. loc. sup. cit.* Ab Ecclesia igitur petere potest Coadjutor, illa præmia, ac privilegia, quæ aliis filiis, qui sibi personale servitium præstiterunt, concedere solet.

Ita si nonnullis mensibus vacationum, singulis annis, Canonici donantur, donantur quoque Coadjutores *Garz. de Benef. Eccl. Tract. de Coadj. cap. V. numer. 79.* Si ægrotentur Canonici, pro præsentibus habentur, et distributionibus gaudent, gaudent quoque Coadjutores *Idem ibid. num. 80.* Sed ideo tantum iis privilegiis fruuntur, quia officium exercent, et personale servitium præstant.

Quæ hinc, et inde exposui rationum momenta super quæstione *in genere*, an Coadjutori concedi possit Indultum Jubilationis, nullam *in specie* patiuntur exceptionem in præsentis causa. Etenim quoad Constitutiones, quibus regitur Capitulum Sanctæ Mariæ Transyberim, nihil in iis peculiariter sancitum reperitur quoad Coadjutores. Remanet igitur sub dispositione juris id, de quo silent constitutiones. Quo vero ad observantiam, constat, in libro *Punctaturarum* inscribi nomina tantum Titularium, non vero Coadjutorum; Dum annuatim a Capitulo eliguntur officiales, eligi Coadjutos, non Coadjutores; mortuo Coadjuto requiri, ut Coadjutor novam apprehendat Canonicatus possessionem, ac renovet juramentum, et Fidei professionem, ut fructus Præbendæ suos faciat, non teneri vero iterare solutionem Taxæ debitæ Sacristiæ, quam solvit in adeptione Coadjutoris. Hæc omnia juris dispositioni, et Decretis S. hujus Congregationis, et alterius SS. Rituum consonant.

Sed

Sed constat etiam Coadjutores in Capitulo suffragium ferre, dummodo absentes sint Coadjuti, ac insuper Coadjutores, modo nomine Principalium, modo nomine proprio exercere Capituli munera, ac de iis in exitu anni rationem reddere. Hæc aliaque similia, quæ a generalibus regulis in aliquo deflectunt, ignoratur a quo tempore, quo auctorante inducta fuerint, unde conjici possit, an legitimam constituent consuetudinem, sive potius abusus irrepserint, præsertim postquam auctus est Coadjutorum numerus.

Si potius quam juris rigorem, æquitatem sequi placeat E. P. P., ita ut concedendum sit Indultum Jubilationis Coadjutori, de quo quæritur in *primo dubio*, inquirendum erit in *secundo*, an constet de expleto quadragenario laudabili servitio Canonici Josephi Bianchi. Patet ex Ratiocinatoris depositione de continuo, et laudabili servitio Oratoris ab anno 1780. quo coadjutoria adeptus est possessionem ad diem 13. Junii 1810., et a die 1. Aprilis 1814. usque ad præsens. Deficiunt quatuor intermedii anni, quia prorsus deficient Punctaturarum libri, dum eo tempore Canonici ob recensatum invasori jusjurandum deportati fuerant, vel huc illuc latitabant, ne si ad suas Ecclesias accederent, cogerentur vetitis interesse precibus.

Librorum deficientiam supplere conatur Orator, exhibens depositionem a tribus Beneficiatis, aliisque Ecclesie S. Mariæ addictis subscriptam, qui testantur de ejus continuo, et laudabili servitio „ *nell' intervenire al coro, ed alle fuuzioni, ita ut, per qualche tempo ha cantate le messe senza la solita elemosina, e senza gli emolumenti del canto, anche per supplire al vuoto, che derivava dal'a mancanza de' canonici deportati* „.

Addam ex sententia S. Congregationis pro præsentibus haberi ad effectum consequendi fructus, et distributiones eos canonicos, qui tempore invasionis deportati fuerunt, vel fugam arripuerunt ne operam darent S. functionibus, in quibus vetitæ miscebantur præ-

18. Die 9. Februarii 1822.
ces. Ita sancitum est in *Reatina Fructuum, ac Distributionum* 18. Februarii, et in *Ferentina fructuum et distributionum* 9. Septembris anni 1815. Porro si in hisce casibus pro præsentibus habendi sunt Canonici ad effectum lucrandi fructus, et distributiones, videtur pari ratione pro præsentibus, et laudabiliter inservientibus habendos esse ad effectum, ut Jubilationis indultum consequi valeant. Videant ergo EE. PP. utrum hæc S. Congregationis decisio aptari queat in casum servitii, ab Oratore præstiti tempore invasionis, atque ita dirimere, quæ proponuntur, dubia.

I. *An Canonico Coadjutori, vivente adhuc coadjuto concedendum sit Indultum Jubilationis in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An constet de continuo, et laudabili quadragenario servitio Canonici Josephi Bianchi, ita ut sit ei concedendum Indultum Jubilationis in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. cap.
12. de Ref.

PISAUREN. SERVITII CHORALIS. Cathedralis Pisaurensis Capitulum ex immemorabili consuetudine quotidie ante matutinum assistit in choro Missæ votivæ de Beata V. M., quæ magna frequentia populi in cathedrali cum cantu celebratur. Deino Matutino cum laudibus, et prima recitatis, præsertim die

die Dominica, illico canendi tertiam hora advenit, ita ut tempore adventus, et quandoque etiam in quadragesima, cum habenda est concio, cui quoque assistunt Canonici, integrae officiatorum cum missa conventuali, non nisi inclinato meridie finis imponatur.

Pisanrensi Capitulo onus hujusmodi, praesertim diebus brevioribus Adventus, et quadragesimae grave nimis videtur, hinc postulat, ut illi libera potestas fiat, vesperis cum completorio expletis, diei sequentis matutini cum laudibus praemittere recitationem.

De more requisitus Episcopus Pisauensis, an Canonico- rum postulationi aliquid obstaret in capitularibus constitutionibus et de consuetudine finitimarum Diacesum, respondit, *Ecclesiae constitutiones nihil de hoc casu loquuntur, sed neque aliquid, quod hodiernae petitioni adversetur, in se continent. Quo vero ad usum Ecclesiarum finitimarum, mos est Capituli Fanensis, Ariminensis, item Civitatis Anconae, et Urbini, aliorumque etiam locorum, ut matutinum cum laudibus ad diem praecedentem post vespas, hora tamen competenti juxta praescriptum Ecclesiae, in casibus similibus anticipetur. Ego igitur praxi inherendo aliarum finitimarum Cathedralium indulgerem petitioni Canonico- rum Pisauensium pro tempore Adventus quo vero ad tempus quadragesimae, quae diebus jam longioribus factis advenire solet, veterem choralis officiatorum usum in suo statu relinquerem.*

Favet igitur Canonico- rum Pisauensium postulationi justa causa, cum ex Episcopi relatione praedicta officiatorum valde laboriosa, et incommoda non solum Canonico- rum evadat, verum etiam Populo. Favet item consuetudo finitimarum Cathedralium, quibus, eadem concurrente causa datum est diei sequentis Matutini praemittere recitationem. Neque novum est a S. Congregatione alias datum fuisse hujusmodi indultum. In causa Mutinen. die 12. Novembris 1654. sic respondit, *S. Congregatio censuit, petitam facultatem recitandi Matutinum esse oratoribus concedendam post Completorium praecedentis diei, pro arbitrio tamen Episcopi, et dummodo lapsa sit hora tertia post meridiem*, Eandem facultatem dedit S. Con-

gregatio Canonicis Cathedralis Papiensis, unde multæ ortæ sũnt dissensiones inter Capitulum, et Episcopum, quæ postea compositæ sunt a Benedicto XIII. Brevi dato ad Episcopum Papiensem die 8. Julii 1726. in quo Episcopi arbitrio, relinquitur postulata concedere Canonicis vel denegare facultatem. Neque dissona est Doctorum doctrina, quando justa causa concurrit, Matutinum in Cathedra, li, ait Braschius in promptuario Synodali cap. 86. num. 18. persolvi mandet Episcopus mane diei propriæ, non autem sero præcedenti post vespas, et completorium, nisi forte quandoque justa causa concurrente judicaverit esse dispensandum ad tempus, ut secus fiat, Braschio consonat *Benedictus XIV, Notificatione 107. §.4. num. 22.*

Contra vero, cum divini officii in communi recitationem unam esse ex præcipuis Canonicorum obligationibus certum sit, debeantque Canonici ex Synodo Aquisgranensi studere summopere horas canonicas vigilantissima cura custodire, ac devote persolvere, et in Tridentina Synodo nihil tantopere Canonicis præscribatur, quam ut in choro ad psallendum instituto hymnis, et canticis Dei nomen, reverenter, distincte, devoteque laudent; summopere etiam studere debent, ut in præscriptis ab Ecclesia horis divini officii recitationem exolvant,

Primis Ecclesiæ sæculis, in quibus fidelium omnium summus erat charitatis ardor, quater in nocte surgebant ad orationem, ut refert Pius Cardinalis Bona *de divina psalmodia cap. 4. §. 3. nu. 2.* idest prima vigilia ad primum nocturnum, secunda ad secundum, tertia, ad tertium, quarta ad Laudes persolvendas, vel omnes simul, vel divisi in cohortes, ast si modo, pristino charitatis fervore frigescente, id assequi datum non est, non videtur tamen ita a pristina Ecclesiæ disciplina recedendum, ut non solum ipsius oblitteretur memoria, verum etiam usque ad hanc diem servatus ordo invertatur. Jam vero clarus est in hac re textus *C. 1. de celeb. miss.* qui sic se habet, „ Presbyter mane matutinali officio expleto, „ pensum servitutis suæ videlicet primam, tertiam, „ sextam, nonam, vesperamque persolvat, ita tamen

„ men, ut horis competentibus. *Clementina* vero *prima eodem titulo de celeb. Miss.* sancitur, ut ad quos pertinet, sollicitam curent adhibere diligentiam, ut omni incuria, ac negligentia relegata, in Cathedralibus Regularibus, et Collegiatis æcclesiis horis debitis psallatur. Hora vero debita Matutini cum laudibus, non est, quæ sequitur expleto Completorio, sed mane. Matutinum Vespere, ait S. Carolus Borromæus in Concilio primo Mediolanensi par. 2. non dicatur, exceptis tamen diebus octavæ Solemnis Festi Domini N. Jesu Christi, cæterisque diebus, quibus ex Romanæ Ecclesiæ instituto est permissum.

Rationem vero harum Ecclesiæ dispositionum reddit Schmalzgrueber *Tom. III. par. V. titu. 41. de celeb. miss.* hisce verbis „ Ratio est quia alias sequetur manifesta indecentia. Plurima enim psal-
 „ morum, hymnorum, et orationum verba, men-
 „ tionem faciunt certorum temporum ex. gr. noctis,
 „ auroræ, quæ si alienis temporibus usurpentur,
 „ minus conveniunt. Quare citata Synodo, et lauda-
 „ to loco subjungit idem S. Præsul Mediolanensis „
 „ Matutinum officium, vel media nocte, vel sal-
 „ tem eo tempore instituat, ut sub ortum solis ab-
 „ solutum sit „

Dubium erit.

An, et quomodo sit concedendum Indultum in casu etc.

CAMERINEN. MISSAE PRO POPULO, ET LE- *Sess. 23. Cap.*
GATORUM. In Comitibus diei 16. Decembris an- *1. de Reform.*
 ni 1820. proposita fuit hæc causa sub quatuor dubiis,
 1. *An*

I. *An, et ad quem spectet onus celebrationis Missae pro Populo in casu ec.* II. *An, et a quo tempore sit concedenda suspensio Legatorum in casu ec.* III. *An; et ad quem spectet onus instruendi Plebem salutaribus verbis, singulis diebus Dominicis, aliisque Festis in casu ec.* IV. *An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro absolute quoad praeteritas omissiones in casu ec.* Quibus ita responsum est: Ad I. *Dubium affirmative ad quatuor Canonicos primae erectionis ad formam consuetudinis.* Ad II. *dilata, et Archiepiscopus referat an, et quam compensationem Capitulum receperit pro Legatis piis.* Ad III. *Affirmative ad Vicarium Curatum.* Ad IV. *affirmative, celebratis 60. Missis per quatuor Canonicos applicandis pro Populo.* Datis igitur literis juxta S. Congregationis in secundo dubio rescriptum hæc retulit Archiepiscopus „ *Requisito Capitulo Collegiatae S. Martini Oppidi sanctae Natoliae an, et quam compensationem receperit pro Legatis piis, de quibus agitur, respondit nullam compensationem habuisse.*

At quoniam ex hoc brevi responso dubitari adhuc poterat, an saltem in ejusdem Collegiatae redintegratione aliquam compensationem recepissent Canonici pro bonis alienatis, iterum idcirco Archiepiscopo literas dedi, ut audito Capitulo referret, an Collegiata fuerit redintegrata, vel proxime redintegranda foret, et de bonis a publico aëario receptis, vel recipiendis in compensationem fundorum alienatorum, sive separatim pro legatis, sive conjunctim assignatis pro Præbenda, et distributionibus, aliisque oneribus loco pensionis.

Novum exscribo Archiepiscopi responsum in hæc verba „ *Audivi Capitulum, a quo responsum habui, præfatam Collegiatae fuisse redintegratam, quoad Canonicos nuncupatos primae erectionis tantum, eisdemque restituta fuisse omnia bona, præter Pistrinum ad usum molendi Olivas, et Terrenum adnexum, et de his nec separatim pro legatis, nec conjunctim pro Præbenda, et distributionibus, aliisque oneribus loco pensionis nullam hactenus a publico aëario compensationem habuisse.*

Quare cum Canonici suppressi, eorumque bona a Demanio usurpata fuerint, nec ulla pro Legatorum satisfactione compensatio Canonici assignata sit, jure merito ipsi postulare videntur Legatorum suspensionem. Nem explorati juris est, quod cessantibus beneficii redditibus, cessare debeat onerum implementum Felin in C. cum accepissent num. 19. de constiti; Reinfest lib III. Decr. tit. 1. de Præb. et dignitat. n. 114. Pensio autem Canonici sub Italico Regimine certe assignata non fuit in titulum beneficii, ut Ecclesiæ ministrarent, et testatorum ordinationibus, seu piis legatis satisfacerent. Non enim de beneficiis ecclesiasticis solliciti tam erant ii, qui ipsa beneficia suppressimere attentabant, et a quibus chorale Capituli servitium prohibitum, et gli obblighi dei Legati . . . portati con l'avvocazione de loro fondi al Governo, prout defunctus Archiepiscopus de sua sententia rogatus Canonici, ut sibi tutius consulerent, interrogantibus responderat.

Verum cum Canonici suppressio haud legitime facta fuerit, Canonici ex ea dispensari minime poterant ab iis omnibus peragendis, quæ adhuc poterant, ac debebant peragere. Servitium, quidem chorale Capitulariter præstare nequibant, ut pote a Gubernio vetitum, ad illud propterea minime eos teneri dicendum. Piis autem Legatis satisfacere nemo umquam prohibuit: poterant ergo illa adimplere Canonici. At debuisse quoque dicendum videtur, Nam licet beneficiorum fructus præcisè non perciperent, æquivalens tamen in pensionibus percipiebant, emolumentum, quod subrogatum fuisse redditibus Canonici suppressorum hæc S. Congregatio declaravit in Nullius Foropompilii 16. Decembris 1820. quod magis, magisque in casu locum obtinet, cum pensiones Canonici assignatæ præbendarum priores fructus ita æquarent, ut vix, aut ne vix quidem eorum redditus imminuti esse viderentur. Quamvis enim in quinque scutatis annuis Canonicales redditus imminuti essent, ut ajunt Canonici, Choralitamen servitio, bonorum administratione, ac reddituum ambiguitate, cum liberati fuerint Canonici, satis superque compensationem pro imminutione videntur recepisse, ac propte-

rea ad onerum quoque, seu legatorum satisfactionem fuisse obligatos. Nimis enim æquitati naturali consonum est, ut qui, juxta notissimam regulam 55. *juris in 6.* alicujus rei percipit emolumenta, etiam onera eidem adnexa sufferre debeat, et concordant leges civiles in *l. un. §. 4. ad fin. c. de caduc.* Hinc etiam Leges Canonicae sanxerunt, quod qui percipit fructus beneficii, onera quoque sufferre debeat, secus autem si fructus percipere non possint *Cap. audientiam 15. de Cleric non resid., et c. un eod. in 6.* præsertim quia beneficium datur propter officium *C. fin. de Rescrip. in 6.*

Videant ergo PP. EE. reassumpto folio præfatæ Congregationis diei 16. Decembris anni 1820. quomodo dirimendum sit secundum, quod in eo propositum fuerat, dubium, quodque hic reproponitur.

An, et a quo tempore sit concedenda suspensio Legatorum in casu ec.

S. MINIATIS. In Oppido Castri Franchi, quod in S. Miniatis Diæcesi extat, anno 1653. ab Alexandro Strozzi tunc illius Sedis Episcopo erecta fuit Collegiata Septem Canonicis, et Præposito constans. Quum nulla reddituum pars instituta fuerit pro distributionibus, tum Canonici, tum Præpositus sese obligarunt quis octo, quis sexdecim annua scutata ex eorum redditibus deponendi, ut in quotidianas distributiones dividerentur.

Statuit ideo Episcopus, ut singulis annis Capitalum elegisset, unum quaestorem, seu Camerarium Capitularem, qui exigere debeat (sunt Constitutionum verba) a Præposito, et Canonicis eas pecuniarum summa

mas , ipsisque Praeposito , et Canonicis solve-
re debbit Camerarius ; hinc decernitur , majores ,
vel minores distributiones Praepositum , et Canonicos
lucrare debere , prout majores , vel minores summas
Capitulo ex eorum redditibus concesserunt Ve-
rum si futuris perpetuis temporibus redditus , et pro-
ventus Capituli ex pia fidelium voluntate , vel quovis
alio modo augeantur statuimus , ut pro tempore exi-
stentes Praepositus , et Canonici de ipsis in distribu-
tiones aequale lucrum reportent .

Aucti revera fuere Capituli redditus ex piis fidelium lar-
gitionibus , quæ tamen Missarum onere gravarentur ,
ut colligitur ex Decreto Episcopi Cattani anno 1723. ,
unde parum supererat in distributiones quotidianas
erogandum , propterea Præsul ille satuit , „ ut tam
Praepositus , quam caeteri de Capitulo contribuant
aequaliter sex scuta dumtaxat pro quolibet in singu-
los annos mense Augusti .

Decem post annos , nimirum anno 1733. , beneficii
simplicis , seu Capellanæ S. Joannis Baptistæ Patro-
ni , nempe Moniales SS. Jacobi , et Philippi , et Fa-
milia Franceschini petierunt , ut hoc Beneficium in
Canonicatum erigeretur , quod Canonici cunctis suf-
fragiis probarunt „ con obbligo , e condizione , che il
Rettore pro tempore del medesimo , oltre i pesi , ed
oblighi , che seco porta detto Beneficio , abbia quello
di assistere , ed intervenire al Coro faccia l'ed-
domada del Coro , e celebri in turno con gli altri Ca-
nonici , applicando il Sacrificio in soddisfazione degli
oblighi , che ha detto Capitolo in conformità delle ca-
noniche sanzioni , e capitolari Costituzioni di detta
Chiesa Collegiata , fatte da Monsig Vescovo Strozzi
nell' erezione di detta Collegiata , e modernamente da
Monsig. Andrea Ludovico Cattani Vescovo di S. Mi-
niato , ed inoltre faccia aggregare , ed incorporare al-
la mensa Capitolare per le distribuzioni corali il pez-
zo di terra lavorativo , e gelsato di Stara cinque , e
mezzo , salvo ec. posto , che da detto beneficio
ritiene a livello il Signor Cavalier Francesco Rosso
Medici per annuo Canone di lire 40. metta
in carbona , e faccia annualmente pagare per tutto
li 5. Agosto in mano del Camerlengo pro tempore di

detto Capitolo il sudetto annuo Canone di lire 40. , di modo che l' azione, e jus d' esiggere , e riscuotere detto annuo Canone , si trasferisca , e spetti onninamente a detto Capitolo , con tutte le ragioni spettanti a detto Rettore , il quale in ogni caso di contumacia del Livellario , sia tenuto del propria . . . e con dichiarazione ancora , che il detto Rettore abbia voce , e voto in Capitolo , partecipi delle distribuzioni corali ed domadarie , e funerarie , in sostanza abbia , e goda tutti gli onori , privilegi , prerogative , e preminenze , che hanno , e godono gli altri Canonici , e Capitolari , e Prebendati di detta Chiesa Collegiata .

Episcopus Cattani eodem anno 1733. Patronorum votis annuens ex hujus Beneficii redditibus novum Canonicatum erexit , reservato jure patronatus tum Mo- nialibus , tum Familiae Franceschini , qui alternatim praesentare possent ; Decrevitque , ut praesentatus , et institutus habeat plenum jus canoniale . . . praecedentiam eventualem juxta ordinem receptionis absque ullo discrimine ab antiquis Canonicis , ac omnibus juribus , honoribus , privilegiis , praeeminentis , praerogativis , et emolumentis quibuscumque instar aliorum dictae Collegiatae Ecclesiae Canonorum fruatur . . . ac praesertim distributiones tum ordinarias , tum extraordinarias , et obventiones quascumque attenda tamen infra decernenda contributione , et non alias participet , et lucretur . Quoad vero onera novum Canonicum adstrinxit ad residentiam , ad celebrationem Missarum , tum solemniurn , tum privatarum pro oneribus Capituli , nec non ad onera omnia , quae alii Canonici ferre debent . Praterea ,, indemnitati aliorum Canonorum consulere volens Canonicum pro tempore existentem ad contribuendum singulis annis Mensae Capitulari ad effectum lucrandi omnes , et quascumque distributiones , ut praefertur , ac pro hujusmodi contributione ad libere solvendum quotannis ad totam diem 15. Augusti libras quadraginta praedictae monetae (Florentinae) penes Camerarium ,, obligavit .

Nova demum methodus ab Episcopo Poltri anno 1764. circa distributiones inducta fuit . Primo enim singulis Canonicis scutata sex solvendi obligationem confir-

mavit : dein vero quoad modum solutionis statuit , ut „ debeant Canonici , et quilibet eorum , juxta divisionem factam , (quæ ignoratur) celebrare Missas , quas Capitulum celebrandas suscepit , et fundos pro Eleemosyna recepit , qui Canonici ad distributiones chorales lucrandas in fine anni non admittantur , nisi prius ad Sancta Dei Evangelia juraverint , Missas juxta numerum sibi ipsis assignatum celebrasse . Permittimus autem , ut dicta scuta sex persolvantur a prædictis Canonici cum eleemosynis talium Missarum , quæ si non sufficiant , suppleant aere proprio . Si vero aliquis ex eis tot punctaturas subierit , quæ summam scutorum sex excedant , adhuc tamen celebrasse Missas supradictas , jurare debuerit in fine mensis Decembri ne commodum reportet ex propria negligentia , alias juris , et facti remediis ad earum celebrationem compellatur .

Hoc non obstanté decreto, Canonicus Franceschini quoad vixit semper has libras quadraginta penes Capituli Camerarium deposuit . Id ipsum egit usque ad annum 1783. Canonicus Antonius Damiani , in cujus familiam devenerat juspatronatus , sed postea putans vigore decreti Episcopi Poltri ab hac solutione se esse exemptum ad instar aliorum Canonico- rum , prædii pro distributione Capitulo assignati dominium , seu restitutionem petiit , et obtinuit , nihil autem circa obligationem deponendi quadraginta libras statutum esse videtur . Successit in Canonicatu Franciscus Damiani Orator , qui postulavit prædicti decreti effectibus gaudere , nempe ut jus in legatis sive ante , sive post sui Canonicatus erectionem Capitulo obventis , nec non distributionum , quæ ex hac massa conficitur , pars sibi concederetur cum onere celebrandi tot Missas , quot suas distributiones æquarent .

Res extrajudicialiter ad Vicarium Generalem delata fuit anno 1802. qui - son di sentimento (scripsit Capitulo -) che il Canonico Damiani non possa percepire alcuna distribuzione da quei Legati pervenuti alla massa Capitolare prima della fondazione del Canonicato potrà però il Canonico Damiani percepire quelle distribuzioni provenienti dalla

massa di quei Legati pervenuti al Capitolo dopo l'erezione del suo Canonico, e dopo la sua incorporazione nel Collegio de' Canonici - .

Quæstio diu indecisa mansit, ac interea Canonicus Damiani missarum celebrationem, ad quam tenebatur ex bulla foundationis, omisit adimplere, et S. Congregationis iudicium præstolavit .

Precibus Episcopo remissis, votum suum sic aperit -
A mio tempo si è parlato più volte di questa questione per vedere di risolverla, ma lo stesso Vicario Generale ha ricusato d'interporre il suo formale decreto; conoscendo che le parti contendenti, non si sarebbero al medesimo acquietate. Fu progettato alle medesime parti di fare un compromesso nella Persona dello stesso Vic. Generale, e di stare inappellabilmente alla sua decisione, e questo compromesso non è stato mai presentato. In ultimo fu proposto alle parti di fare lo stesso compromesso nell'attuale metropolitano Archivescovo di Firenze, e ne convennero dietro il mio consenso, ma per quanto ho inteso dire quell' Arcivescovo non credè bene d'interessarsi in questa questione

Il Capitolo della Collegiata non ha che un solo Camerlengo, e una sola entrata proveniente dalla massa de' Legati Pii, e non hà mai avuto una corbona separata per le corali distribuzioni. Veramente i Canonici anteriori al decreto di Monsignor Poltri del 1764. non hanno esattamente adempito ai decreti Episcopali, quali obligano li stessi Canonici a porre ogn' anno nel mese di Agosto nella corbona delle distribuzioni la loro rispettiva tangente, ma è altresì vero, che la donazione delli scudi 200. fatta al capitolo di Castel Franco da Matteo del Rosso era destinata dal testatore per le distribuzioni corali, ed i Canonici soddisfatti degli oblighi imposti; lasciarono il frutto del suddetto Capitale, che era a scudi sette per cento, in mano del Camerlengo per servire a tal uopo. E' vero ancora che gl' istessi Canonici hanno rilasciato in mano del medesimo Camerlengo la limosina di numero 24. messe, che ciascuno di essi ogn' anno ha celebrato di sua porzione per gli oblighi del
 Ca-

Capitolo, quali limosine unite col frutto delli sc. 200. suddetti venivano a formare in qualche maniera una certa corbona di distribuzioni. Ciò non ostante con questa misura i Canonici non si sono perfettamente uniformati alle Costituzioni Episcopali. Non saprei render ragione di questa loro mancanza.

Animadvertit quoque in dicta Collegiata adesse inter Canonicos jus accrescendi de punctaturis, quæ statuta sunt in decem solidis pro unaquaque die. De missis vero ab Oratore Damiani nondum celebratis ab anno 1782. sic ait - *il numero poi delle messe non soddisfatte dall' anno 1782. da cui principiano le mancanze, fino a tutto l' anno 1820. ascende a trecento ottantaquattro, come risulta dalla Vacchetta.*

Hæc in facto præmittenda erant. Canonicus Damiani nititur verbis bullæ suæ erectionis, in qua conceditur instituto jus canonicale, stallum in choro, locus, et vox in Capitulo, nec non tribuitur præelevationis eventualis juxta ordinem receptionis absque illo discrimine ab antiquis Canonici, ac omnibus juribus, honoribus, et privilegiis, præminentis, prærogativis, et emolumentis quibuscumque instar aliorum dictæ collegiæ canonicorum frui, potiri, et gaudere permittitur, ac præsertim distributiones tum ordinarias, tum extraordinarias, et obventiones quascumque participare, et lucrare debere dicitur. Si igitur novus Canonicus ab aliis antiquioribus in nihilo differt, nullo jure excludi posse, ait orator, a beneficio, quod Episcopus Poltri Capitulo concessit. Quod confirmatur ex regula, qua certum est, legata collegio relicta, omnibus de collegio censi tributis: hinc cum omnia aliorum Canonici jura habeat Damiani, hæc quoque habere debeat emolumenta, quæ Capitulo ab legatis obveniunt.

Præterea inter obligationes huic Canonicatui adjunctas habetur quoque celebratio Missarum Solemniū, in sua hebdomada, quas Canonici applicare pro benefactoribus in genere tenentur, nec pro illis elemosynam percipere possunt, prout statutum fuit in celebratissima Constit: *Cum super oblatas* anni 1744. S. M. Benedicti XIV., et simili modo novus Canonicus celebrare debet Missas privatas per consuetum

turnum pro oneribus Capituli, quod quidem respicere videtur onera, quæ tunc jam extabant. Nam de illis quæ in posterum erant Capitulo obventura, nil dubii esse poterat. At Episcopus Poltri decreto sæpedito permisit, ut Canonici in distributionum carbonam harum Missarum eleemosynam deponerent pro illis scutatis sex ab altero Episcopo Cattani statutis, igitur hoc beneficium, a se quoque sentiendum asserit Canonicus Damiani, cui, et onus erat has privatas Missas celebrandi, nec non omnes percipiendi distributiones.

Nihil ob stare addit verba adjecta in Bulla erectionis, quæ contributionem ab ipso faciendam respiciunt. Quamvis enim, postquam Episcopus novo Canonico concesserat omnes distributiones, statutum sit, *attenta tamen infra decernenda contributione, et non aliter*, quæ contributio constituta fuit in 40. libris penes Capituli Camerarium quotannis solvendis, nihili tamen facienda esse dicit hæc verba, quia falso laborant supposito. Etenim Episcopus hoc sancivit, et Patroni annuerunt, ex quo asserit Capitulum ex Legatis piis annuatim superesse libellas 320. Quod si falsum hoc erat corrumpere dicit obligationem, prout vim suam amittunt omnes illæ stipulationes, quæ fiunt ex falsa causa *L. 20. cod. de Donat. ante Nupt. Constant. ad Statut. Urbis adnot. 44. nu. 179., et 240. Rot. Flor. in Thes. Ambros. decis. 46. tom. 11. n. 14. Rot. Rom. cor. Bich. Decis. 192. num. 4.*

Ad hanc falsitatem probandam memoriæ revocat decretum 1723. ab Episcopo Cattani latum, ex quo erant redditus provenientes a legatis piis tunc vix ascendere ad scutata annua 34. Quin obstat quod decretum hoc latum fuerit novem annos ante Canonisationem, de quo sermo est, erectionem. Ex decreto enim Episcopi Poltri anni 1763. nihil augmenti carbonam habuisse conjicitur, quia hic Episcopus compensationem sex scutorum singulis Canonicis permisit cum Missarum eleemosyna, ut distributionum massa conficeretur, quod certe numquam decrevisset, si illa per se ampla fuisset.

E contrario Capitulum fretum Vicarii Generalis resolutioni asserit Canonicum Damiani percipere non posse
uti-

utilitatem illorum legatorum, quæ Capitulo relicta fuere priusquam ejus Canonicatus erigeretur. Namque in jure statutum est Canonicos novæ erectionis participes fieri non debere de redditibus, ac emolumentis Capitulo per fidelium oblationes obventis ante novam Canonicatus foundationem, nisi voluntarie a Capitulo fuerint aggregati, et ad eorundem participationem admissi *Cardinalis de Luca de canon. dis. 6. nu. 13. et 14. Grat. discept. 863. fere per tot. Scarf. Elucubr. Canon. lib. 1. tit. 14. n. 60. et seq. S. hæc Congreg. in Alatrina erect. Canonicatus 8. Feb. 1727. et in Sabinen. Erect. Canonic. 18. Novemb. 1730.*

Ut excludat Capitulum falsam assertam causam, se refert tum ad resolutionem Capitularem, qua novi Canonicatus erectioni consensit, tum ad fundationis Bullam, in quibus ne verbum quidem fit de annuis libellis 320. veluti fundo, seu massa distributionum, sed tantum ibi legitur quod „ *indemnitati aliorum Canoniconum consulere volens Episcopus Cattani* „ Novum Canonicum ad deponendas 40. annuas libras pro memorata corbona obligaverit, ex quibus verbis deducunt exclusionem ab utilitate Legatorum percipienda. Utque Capitulum probet jam eo tempore aliquam extitisse Massam, exhibet donationem scutorum biscentum ad hunc effectum factam de anno 1651. a Matthæo del Rosso.

Adjunt insuper Episcopi Poltri decreto primæ erectionis Canonicis tantum sæpredictam facultatem fuisse impertitam, permutandi, scilicet cum redditibus legatorum piorum, seu cum eleemosyna Missarum, quas celebrasse probavissent, ea scutata sex, quæ solve-re ex constitutionibus tenebantur. Id autem probare vult Capitulum ex eo, quia ad has constitutiones se referat Episcopus Poltri, et quia compensatio iis concessa videtur, qui in vim earundem Constitutionum scutata illa sex persolvebant. Nequit hinc privilegium hoc ad Canonici Damiani utilitatem extendi, qui tempore Episcopi Cattani inter Capitulares non erat adscriptus, nec libellas 40. persolvere debebat. Addendum quoque est, has libellas, facto calculo minoris esse valoris sex scutatis, quæ persolvenda erant ab aliis Canonicis. His accedit observan-

tia 17. circiter annorum tam Canonici Franceschini quam Canonici Antonii Damiani, qui tantum anno 1783. a solutione cessavit.

Ab hujus quæstionis resolutione altera pendet de Missarum celebratione, vel de illis quas Canonicus Damiani non adimpletas reliquit, vel de illis quæ in posterum erunt celebrandæ, utrum scilicet Oratoris, vel Capituli sit onus. Vestrum igitur erit EE.PP. dirimere quæ sequuntur dubia.

I. *An, quomodo, et a quo tempore Canonico Damiani distributiones debeantur ex piorum legatorum redditibus in casu ec.*

II. *An, et quomodo decreto Episcopi Poltri gaudere possit Canonicus Damiani in casu ec.*

III. *An, et cui sit onus Missas inadimpletas, et futuras celebrandi in casu ec.*

*Sesse 24. cap.
12. de Ref.*

COMACLEN. ERECTIONIS DIGNITATIS. Moderous Comaclensis Episcopus, Eñño Cardinali Aretio Ferrariæ Legato favente, obtinuit, ut Comaclense Consilium statueret quinquaginta septata ex publico ære addenda alicui ex canonicalibus Præbendis, ut hæc in dignitatem, præter jam existentem Archipresbyteralem sub titulo Archidiaconali, erigi possit, atque ita non amplius una, sed duæ sint in capitulo Dignitates.

Consilium hoc Episcopi non probavit modo; verum et promovit Cathedralis Ecclesiæ Capitulum. Putavit enim præbendam illam, quæ insignitur titulo S. Pii V. quæque hodie a Cajetano Samaritani obtinetur, et de qua etiam actum fuit in S. hac Congregatione die 11. mensis Julii anni 1818. erigendam fo-

fore in dignitatem, quæ et si Archidiaconali polle-
ret titulo, tamen secunda esset post Archipresby-
teralem.

Erectioni tamen alterius dignitatis licet non obstant Ar-
chipresbyter, ac nonnulli alii ex canonicis, tamen
non assentiuntur, ut hæc Præbenda S. Pii V. in di-
gnitatem erigatur, cum ex literis erectionis ab hoc
Pontifice datis anno 1570, et ex decreto hujus Con-
gregationis lato die 11. mensis Julii anni 1818., et
confirmato die 6. mensis Martii 1819. Canonici-
cus obtinens hanc Præbendam teneatur Archipres-
byterum adjuvare in cura animarum gerenda *juxta*
providam ordinationem ab Episcopo omnino facien-
dam, quam quidem fecit Episcopus decreto lato
die 25. Mensis Januarii anni 1821. in actu Sacræ Vi-
sitationis, ex quo hæc ad rem transcribo „ Moder-
nus possessor onus suscipiat Doctrinam Christianam
interdum visitandi, indeque pueros interrogandi.
Suis vero successoribus nunc pro semper onus im-
ponimus Doctrinam Christianam in Cathedrali Tem-
plo diebus Dominicis, et toto tempore quadragesimæ
docendi. Dum vero Parochus, seu Archipresbyter
aliquo reali, sed non habituali morbo laboret, de-
tineaturque, prævio monitu tempore congruo eidem
Canonico Præbendato faciendo, etiam Parochiales,
et Cathechistas Conciones habendi (si hoc opportu-
num videtur Parocho) confessiones audiendi, sal-
vis semper juribus hinc inde spectantibus, et in ea-
dem Bulla S. Pii V. hac de re contentis. „

Quæ hactenus exposui constant ex sessionum Capitu-
larium actis ad Sacram Congregationem transmis-
sis, et ex Episcopi epistola, in qua hæc habet „
Cymaclense Consilium cunctis suffragiis, Eminentis-
simo Cardinali Aretio Legato Ferrariae favente, be-
nigneque precibus Episcopi infrascripti applauden-
te, quinquaginta de publico statuit Romana scutata
alicui Cymaclensium Canonorum Præbendæ ad-
denda ad hoc, ut in Cathedrali Capitulo altera con-
stitueretur Dignitas, quæ in tanto numero 18. Col-
legio unica adest. Revera in sacris functionibus, si
prima desit Dignitas, vel morbo laboret, ut sæpius
accidit, nulla alia Episcopali solio præest.

Praebenda Canonialis pro secunda Dignitate constituenda satis apta esset illa, quae a Rmo D. Canonico Cajetano Samaritani Cubiculario Secreto, Capellano extra Urbem SSmi D. N. Papae Pii VII. atque Prothonotario Apostolico titulari modo possidetur jam a S. Pio V. erecta, eidem Canonico a Pio VI. data, et quae in casu a Pio VII. in dignitatem attolleretur.

Capitulum hoc Cathedrale non multis ab hinc annis, paucis obstantibus, ut patet ex actis, quae hic humillime trado, in eam cogitationem venit, Summo Pontifici supplices porrigendi preces pro hac secunda impetranda dignitate in ipsamet Persona praefati Canonici Samaritani. Pauci ex Canonicis vero objecere, quod quum hujusmodi Canonicatus a S. Pio V. erectus aliquod habeat pondus, Archipresbyterum scilicet coadjuvandi juxta providam ordinationem ab Episcopo praesertim in Dignitatem erigi haud minime valeat. Ast quaeso Emi Patres quam istorum perridicule sit objectio, vosmetipsi videtis; si Archipresbyter omnia suffert onera, nec impedit, quominus sit prima Dignitas, qua de causa pugnabunt aliqua tantum pondera cum secunda Dignitate Archidiaconali?

Precor igitur Emi Patres, ut ad Dei honorem, majorem gloriam, et cultum haec altera constituatur dignitas Archidiaconalis.

Ab Archidiaconi quidem Dignitate abhorrere videtur servitus, ac subjectio, quae incumbit Canonico S. Pii V., qui inter caetera onera, si Archipresbyter morbo detineatur, ad hujus nutum, et si is opportunum judicaverit, Cathedricas, et Parochiales conciones habere tenetur.

*Archidiaconi quippe nomen amplissimam, ac primariam in jure innuit Dignitatem. Is enim collector erat oblationum, pecuniaeque Ecclesiasticae. Is partes, praebendasque suas distribuebat Canonicis, Clericis, Pauperibus, et Fabricae Ecclesiae, idoneos, quos nosset, ad Ordines, et Beneficia Episcopo praesentabat, causasque fere omnes Fori Episcopalis audiebat, ac terminabat *can. 1. dist. 25.*, et *can. si in plebibus 20. dist. 63.* ac propterea veluti natus Episcopi Vicarius ha-*

habebatur *text. in cap. 1. de off. Archid. et ipsiusmet
Episcopi ala*, et *oculus dicebatur. Can. Diaconi, et
seqq. dist. 93. Trid. in cap. cum Dignitates 1.,
sess. 24.*

Immo tanta erat Archidiaconi Dignitas, ut illum ma-
jorem post Episcopum, ejusque Vicarium esse re-
scripserit Innocentius III. in *cap. Ad haec 7. de off.
Arch.* Propterea hic etiam ipsi Archipresbytero prae-
minebat, licet minor esset Ordine.

Hinc tanta Dignitas, quæ jure communi prima est,
cuique etiam nunc competit jus adsistendi Episcopo
generales Ordinationes habenti, promovendos evocaturus
Benedictus XIV. in *Const. Ex quo dilectus 25. t. 2. Bullarii*
quosque indignos non noverit, veluti dignos præsentan-
di Benedictus XIV. de *Syn. Dioeces. lib. V. cap. 3. n. 4.*,
ut ad Diaconium, ac Presbyterium S. Matre Ecclesia
per Archidiaconum postulante, evehantur, tanta
Dignitas inquam vilescere videretur, si Archidiao-
nus Archipresbytero veluti subjectus eidem suppe-
tias ferre deberet in cura animarum perferenda, et
præsertim in Doctrina Christiana pueris explicanda,
quod lectoris proprium est, atque sic fieret, ut
dignitas hæc non ad augendam, servandamque ecclesia-
sticam disciplinam juxta Tridentini mentem *sess. 24.
cap. 12. de Ref.* erigeretur, sed potius ipsa honore,
gradu, ac splendore minueretur, unde aliqua po-
tius ex reliquis præbendis, quam hæc S. Pii V. no-
mine nuncupata in dignitatem erigenda videretur.

Sed prius ac quidquam decernant Eminentissimi Patres
animadvertant rogo, modo non esse amplius juxta
vetustiore disciplinam de dignitatibus, ac præser-
tim de Archidiaconatu judicandum, cum hodie di-
gnitates omnes non nisi honorificum nomen, ac
præcedentiam retineant *Fagnan. in cap. ad haec de
præb. num. 22.*

Profecto Archidiaconalis dignitatis hodie vix umbra su-
perest, sunt equidem Ecclesiae, ubi Archidiaconus
primam obtinet dignitatem, sunt vero, et aliae, in
quibus Archidiaconi secundam, vel tertiam obti-
nent locum, ut in Cathedrali Ecclesia Aversana, ubi
primam dignitatem decanus, secundam cantor, ter-
tiam Archidiaconus tenet.

Neque porro vilia, ac Dignitatis Ecclesiasticæ indecora videri possent munera per Præbendam S. Pii V. obeunda, ut impediant, quominus Præbenda hæc Dignitatis honore augeatur.

Modernus namque Canonicus Samaritani, cui onus incumbit visitandi interdum Doctrinam Christianam, puerosque interrogandi, videretur quodam modo adiutor esse Episcopi in hac Episcopalis sollicitudinis parte procuranda. Episcopus quippe debet omnino curare, ut pueri cælestem sapientiam prudentibus sæculi absconditam discant; cum id maxime christianæ rei, et animarum salutis intersit, ut ex literis datis a S. Congregatione Concilii ad Episcopos Italiæ 19. Januarii 1619. relatis ab Episcopo *Crispini* in suo tractatu de Pastoralis Visitatione par. II. num. XIII. atque hoc nullo negotio obtineret, si Archidiaconus ex onere suæ Præbendæ teneretur Doctrinam Christianam visitare, puerosque interrogare.

Neque indecorum Dignitate Ecclesiastica erit opus tradendi parvulis Doctrinam Christianam, quod successoribus Canonici Samaritani ex Episcopi Decreto incumbit, cum istud Cardinalitiæ Dignitati congruum putarint B. Barbarigus, et Ursinus postea Benedictus XIII. Sa: Me: , qui publice in Ecclesia pueros in Christiana Doctrina instituebant, teste eodem Crispino ibidem, ut silentio præteream S. Carolum Borromeum, et B. Cardinalem Thomasium. Cum itaque hodie Archidiaconalis Dignitas, non amplius ex jure communi metienda sit, sed tantum singulis Archidiaconis competat potestatis, quantum eis indulserit, vel Episcopi mandatum, vel statutum Ecclesiæ, vel consuetudo longissima *cap. nedum de elect. cap. 4., et 5. de off. Archid. Trident. cit. sess. 24. cap. 3.* videant ex hic et inde adnotatis EE. PP. an expediat erigi in secundam, et Archidiaconalem Dignitatem Præbendam, quæ insignitur titulo S. Pii V., an vero id honoris alicui ex reliquis Canonicalibus Præbendis sit concedendum.

Dubium I. *An Præbenda S. Pii V. erigenda sit in Dignitatem Archidiaconatus in casu etc.*

Et quatenus negative.

II. *An, et quæ alia sit erigenda in Dignitatem in casu etc.*

Die Sabathi 30. Martii 1822. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FOROLIVIEN. NULLITATIS, SEU DISPENSATIONIS MATRIMONII. Tertio ad EE. PP. Sess. 24. Cap. 1. de Ref. Matr. iudicium hæc causa redit. Quæsitum in ea est de Matrimonio inito inter Comitem Antonium Albicini, et Comitissam Liviam Columbani, et propositis in Congregatione diei 20. Septembris 1817. Dubiis, „ *An constet de nullitate Matrimonii, et quatenus Negative.* „ *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato.* Responsum datum est ad primum, et secundum, „ *Dilata, et esse locum triennali experimento.* Iterum vero proposita die 16. Decembris 1820. sub assueta formula „ *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.* „ Prodiit Rescriptum „ *Praevio recessu a decisis ad 1. et 2. Negative.*

Nunc instante Viro, silente vero Muliere, iterum exquiritur Vestrum, Eminentissimi PP., iudicium, quod ut tutius, ac facilius reddere possitis, rogo ut reassumere dignemini folia, et Jura in superioribus Propositionibus distributa.

Nulla instituitur quæstio super NULLITATE MATRIMONII, de qua ab initio agebatur *sub primo dubio*; eam enim provinciam deserit Comitis Albicini Defensor, qui totus est, ut DISPENSATIONEM a Matrimonio rato, et non consummato assequatur. Ad eam adstruendam Duo requiri contendit, nimirum non secutam fuisse consummationem, et justam intercedere causam. Primum deducit ex pluries repetito utriusque Conjugis juramento, quod ab omni suspitione collusionis purgat. Hoc vero juramentum

magis, magisque confirmat ex *Septima manu* propin-
quorum utriusque Conjugis, et ex repetitis mulieris
confessionibus ante separationem a Viro, quibus fa-
stigium imposuit declaratio facta in ipsa separatio-
ne „ *quantunque il Matrimonio sia rato, giammai è
stato consumato* „ .

Alteram probationem non sequutæ consummationis, de-
ducit ex inspectione corporis Comitissæ Livix, quam
Obstetrices, et Periti Virginem adhuc eo tempore, quo
facta fuit judicialis inspectio, et recognitio, declara-
runt .

Justam vero *Causam* exorandi Apostolicam dispensatio-
nem tum ex jure, tum ex praxi hujus S. Congrega-
tionis constituit in mutuo Conjugum consensu
eo tempore præstito, quo uterque de novis ineundis
nuptiis non cogitabant; et in relativa impotentia,
quæ irritos reddidit tot annorum conatus, ad asse-
quendam Matrimonii consummationem .

E contra Matrimonii Defensor suspectum dicit utrius-
que conjugis juramentum, contra quod pugnat præ-
sumptio juris, petita tum ex longa cohabitatione, tum
ex serius delata non consummationis querela. Peritorum
vero relationibus non ita esse deferendum contendit,
ut eorum judicio de virginitate sit acquiescendum,
sed ex signis, quæ in corporis inspectione inventa fue-
runt, constituendam esse indubiam virginitatis proba-
tionem, unde concludit ex ipsis Peritorum relationi-
bus, dubiam adhuc remanere in Comitissæ Livix vir-
ginitatis probationem .

Exclusa certitudine non sequutæ consummationis, inu-
tilem dicit Matrimonii Defensor *inquisitionem* cau-
sarum ad exorandam dispensationem . Addit consen-
sum utriusque conjugis in vitiosum redire circulum,
quia ex hoc eodem consensu, petitur probatio non
consummationis, et causa dispensationis . Dubiam vero
dicit alteram causam impotentix respectivæ, pernicio-
sissimam tertiam *adulterii* .

Plura habent EE. PP. in allegationibus tum Defensoris
Matrimonii, tum alterius pro Comite Albicinio, ut
junctis iis, quæ fusiùs relata sunt in Foliis diei 20.

Septemb. 1817., et 16. Decemb. 1820. dirimere possint
quæ proponuntur

Dubia .

- I. *An sit standum, vel recedendum in primo, vel in secundo loco. decisio in casu ec.*
- II. *An sit standum, vel recedendum a decisio in casu ec.*

Ad I. Providebitur in secundo .

Ad II. Recedendum a. decisio, et consulendum
SSmo pro dispensatione a Matrimonio rato, et non consummato, et moneatur Comitissa Livia Columbani de incursu in pœnis Canonicis, ut consulat conscientia suæ .

CAESENATEN. BENEFICII. Relata hæc causa fuit in comitiis diei 23. Junii elapsi anni 1821., in quibus proposita quatuor fuere dubia, nempe I. *An intret arbitrium pro aperitione oris in casu etc.* II. *An litterae Apostolicæ sint exequendæ in casu etc.* III. *An, et cui sit danda institutio in casu etc.* IV. *An sit locus provisioni in casu etc.* Placuit tunc EE. VV., informante tantum Laurentio Valducci, prorogare iudicium, respondendo „ *Dilata in omnibus, et interim scribatur Eminentissimo Episcopo, qui sine mora, et non attenta quacumque inhibitione, nisi signata manu Sanctissimi, deputet Ecclesiasticum Administratorem, qui satisfactis omnibus oneribus residuales Beneficii fructus retineat in forma depositi ad effectum consignandi cui de jure in exitu litis.*

Sess. 24. cap.
18. de Ref.

Proposita iterum causa fuit in Congregatione diei 18. sequentis Augusti, et res favore Petri Drudi cessit. Namque responsum datum est ad I. *Negative*, ad II. *Affirmative*, ad III. *Affirmative favore Petri Drudi.* Quartum Dubium, quod de provisione agebat, propositum non fuit, quia de ea satis cautum fuerat

in prima propositione . Tertio nunc causa redit, instante Laurentio Valducci , qui et allegationem distribuit , dum Petrus Drudi ad ea , quæ in comitiis superioribus deduxit, se refert . Ne tandem inutiliter vobis afferam facti narrationem omitto , quam in foliis præteritis , quæ reassumere precor , habetis .

Valduccius nunc, ut arbitrium pro aperitione oris intrare demonstraret , conatur probare Apostolicas litteras mendaciis Summo Pontifici a Petro narratis innixas esse , ideoque nullius roboris ad textum in *cap. sup. litteris de rescriptis in sexto* . Ait enim Drudium mentitum fuisse Pontifici narrando , Patronos consensisse resignationi a Sebastiano sui favore peragenda , quando in consensu ne verbum quidem inveniatur de resignatione , sed „ *nomina- mo , e presentiamo ad essere investito del Benefizio ec. in ogni caso però di vacanza , e di rinunzia del Signor D. Sebastiano il di lui Nipote ex fratre Sacerdote Signor Drudi* . Hoc vero mendacium tanti esse putat , quod si Pontifex cognovisset , nullum de resignatione verbum fecisse Patronos , non adeo facilem sese ad gratiam præbuisset , imo Patronos jure suo uti permisisset .

Falso etiam ait Valduccius, quod Drudius asseruerit Pontifici se habere medietatem vocum, cum ii, qui eam nominarunt, hac Patronatus qualitate minime gauderent. Hoc enim Patronatus jus neque hæreditarium tantum, neque solum descendente, sed mixtum esse contendit , ideoque ut dicantur Patroni , et hæredes, et descendentes esse oportet . *Lott. de re Benefic. lib. 2. quaest. 11. num. 41. Card. de Luc. de jure Patronat. disc. 30. num. 1.* At vero cum descendente tantum qualitate donati sint , qui Petrum præsentarunt , falso igitur hanc habere medietatem vocum asseruit Pontifici .

Quod si etiam omnes fingantur Patroni , ne in hoc quidem casu Patronorum medietas Petro favoriseret . Tunc enim ageretur de Patronatu gentilitio, in quo in stirpes et non in capita nominationem Patroni explere deberent *Clement. Plures de jure Patro. Card. de Luc. jure patr. dis. 31. n. 10.* ideoque quum Petrus Drudi non probet, integram stirpem consensisse, numquam asserere potuit vo-

cum gaudere medietate, quod est Apostolicarum litterarum fundamentum.

Tertium denique mendacium, ait Valduccius, esse in redituum declaratione. Etenim Drudi Pontifici exposuit, hos redditus non excedere ducata aurea de Camera quinquaginta duo, sed ex Colonorum depositione probat Valduccius, hosce redditus ad scutata 374. ascendere.

Ad secundum *dubium*, quod pertinet, executionem Apostolicis litteris dandam esse negat Valduccius, ex eo quia nulla probetur conditio, quæ Judicis mixti Exequutoris cognitioni a Summo Pontifice fuerit deman data. Clare enim probandum esset a Drudio tum pro se stare medietatem vocum, tum nulli in controverso Beneficio jus esse quæsitum. Neutrum ostendere posse Petrum, ait Laurentius: non primum quamvis nominantium phalangem in medium ille afferat, quia ex his plurimi præsentandi, et nominandi jure minime gauderent, quum non sint Testatoris sororum hæredes. Neque alterum verificari hic contendit. In Beneficii enim nominatione jus quæsitum veri Patroni habebant statim ac Sebastianus illud in Pontificis manibus resignaverit. Si igitur hoc jus favore Valducci exercuerint, nil dubii esse concludit, quod ipseniet habeat verum jus quæsitum in Beneficio, quemadmodum in Episcopali Curia protestatus est.

Sponte sua fluere dicit Valduccius responsum *tertio dubio*. Si enim intret arbitrium pro aperitione oris, si exequendæ non sint litteræ Apostolicæ, si nullum jus habeat Petrus, verum illo gaudeat Laurentius, huic institutionem dandam esse dubitari nequit.

Reliqua habent EE. PP. tum in allegationibus, quæ in præsentibus, et superioribus propositionibus ex utraque parte sunt distributæ, tum in citatis foliis dierum 23. Junii, et 18. Augusti elapsi anni, quæ reassumere precor, ut qua pollent doctrina dirimere possint.

Dubia

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis in primo dubio in casu etc.*

F.

II. *An*

- II. *An sit standum, vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu etc.*
- III. *An sit standum, vel recedendum a decisis in tertio dubio in casu etc.*

Dilata in omnibus , et scribatur Episcopo juxta mentem .

Quinque sequentes Causæ ad folium spectant diei 9. Februarii , in quo licet fuerint relatæ ob aliarum tamen causarum gravitatem indecisæ remanserunt .

ROMANA JUBILATIONIS

Sess. 24. Cap.
12. de Reform.

Dub. I. *An Canonico Coadjutori, vivente adhuc Coadjuto , concedendum sit Indultum jubilationis in casu etc.*

Et quatenus affirmative

II. *An constet de continuo , et laudabili quadragenario servitio Canonici Josephi Bianchi , ita ut sit ei concedendum Indultum Jubilationis in casu etc.*

Ad I. Negative

Ad II. Attentis peculiaribus circumstantiis supplicandum SSmo pro gratia ejus jubilationis .

PISAUREN. SERVITII CHORALIS

Sess. 24. Cap.
12. de Reform.

Dub. *An*, et quomodo sit concedendum Indultum in casu etc.

Non proposita cum sequentibus .

CAMERINEN. MISSAE PRO POPULO , ET LEGATORUM.

Sess. 23. Cap.
1. de Reform.

Dub. *An*, et a quo tempore sit concedenda suspensio legatorum in casu etc.

S. MINIATIS.

Dub. I. *An*, quomodo, et a quo tempore Canonico Damiani distributiones debeantur ex piorum legatorum redditibus in casu etc.

Sess. 21. Cap. 3.
de Reform.

Die 30. Martii 1822.

- II. *An, et quomodo decreto Episcopi Poltri gaudere possit Canonicus Damiani in casu etc.*
 III. *An, et cui sit onus Missas inadimplendas, et futuras celebrandi in casu etc.*

Sess. 24. Cap.
12. de Reform

COMACLEN. ERECTIONIS DIGNITATIS.

Dub. I. *An praebenda S. Pii V. erigenda sit in Dignitatem Archidiaconatus in casu etc.*

Et quatenus negative .

II. *An, et quae alia sit erigenda in dignitatem in casu etc.*

CASALEN. COMMUTATIONIS ONERUM, AC VOLUNTATIS. Laicalem Capellaniam Testamento anno 1796. instituendam reliquit, eique fundos assignavit annui redditus libell. 900 circiter, seu scut. 160. roman. Antonius Franciscus Bonzano Burgi S. Salvatoris in Casalen. Dioecesi. Activum jus patronatus reliquit Testator Tabellario Aloysio Falzoni cum facultate ea usufruendi, si ipsi placuerit, vel ad eam nominandi alium Capellanum. Onus autem ejusdem Capellaniae patrono impositum est, *di far celebrare, ed eziandio per sua parte celebrare per sempre, ed in perpetuo due Messe quotidiane, cioè una all' Altare, sotto il titolo della Madonna del Rosario, eretto nella Parocchiale Chiesa di S. Martino, e l'altra all' Altare Maggiore eretto nella Chiesa de sud. PP. Cappuccini, e questa da loro medesimi mediante sempre li sia corrisposta la dovuta elemosina.*

Sess. 25. Cap.
4. de Ref.

Morti proximus Aloysius Falzoni sequenti anno 1797. Hospitali Burgi S. Salvatoris legavit, *le di lui ragioni competenti sopra la Capellania laicale, fondata dal fu Signor Francesco Bonzano nel suo testamento, e cogl' interessi, pesi, ed obbligazioni a d. Capellania ingiunti.*

Jacet Hospitale in ea Burgi parte, quæ plurimum distat a Parochiali Ecclesia, ad quam numerosus illius Oppidi populus non nisi cum gravi incommodo accedit, pro audiendo sacro. Quam ob rem administratio ejusdem Burgi postulat a SSmo, ut Missarum celebratio fiat in ipsius hospitalis Ecclesia. Postulat insuper, quod assignatis Capellano pro tempore ex annuo reddito sc. 95., et commodo habitationis, erigatur Capellania in eadem Ecclesia eo cum onere, ut Capellanus resideat in ipsa religiosa domo, applicet quotidie pro ipsa Capellania, et ad probatus ad confessiones excipiendas infirmorum spirituali curæ incumbat.

Precibus de more Episcopo ablegatis, et auditis interesse habentibus ut tutius reddi posset judicium, hæc ille retulit in sua informatione - *Oppòrtunas, ac fide dignas hac de re sumpsi informationes, simulque audiivi omnes interesse habentes, speciatim D. Parochum,*

et

et administrationem hospitalis dicti Burghi, ac omnibus rite perpensis, mihi constitit annum redditum bonorum legati, de quo in precibus, esse libellarum nongentarum monetae Pedemontanae, seu scut. 160. circiter monetae Romanae, eaque bona gravata esse onera Missarum duarum una quaque die celebrandarum in Ecclesia determinata, pro cuius adimplemento necessaria esset eleemosyna scutat. biscentum circiter attenta speciatim Sacerdotum penuria in hisce regionibus, ideoque ego quoque in votis essem, ut dictae duae Missae quotidianae ad unam tantum reducerentur celebrandam in Ecclesia dicti hospitalis hora populo commodiori, et a D. Parocho indicanda, hac conditione apposita, quod DD. Administratores solvere debeant Capellano pro tempore eleemosynam libellarum 500. monetae Pedemontanae, seu scut. 95. circiter monetae Romanae, quod Capellanus ad Confessiones Sacramentales excipiendas idoneus, et approbatus residere debeat in hospitale, et adsistere Infirmis in eodem existentibus. Hoc enim modo magnum commodum spirituale, ac non levis utilitas dicto hospitali procuraretur, eodemque tempore Pii Fundatoris voluntas eo meliori, quo fieri potest, modo adimpleretur.

Missarum translationi, de qua quaeritur in primo dubio, opponitur voluntas testatoris. Nam Antonius Franciscus Bonzano missas celebrandas reliquit in Ecclesiis PP. Cappuccinorum, ac Parochiali cum Altarium designatione; quare huiusmodi voluntas servanda foret, ex can. ult. voluntas quaest. 13., et saepe huiusmodi translationes S. Congregatio censuit denegare. Ita Ricci in prax. part. 4. resol. 96. per tot., et S. Cong. in Vicen. Translat. Onerum Miss. 19. Aprilis 1766., et in Patavina Translat. Miss. 18. Novembris 1802. Insuper per hanc translationem nonnihil deterior fieret conditio PP. Cappuccinorum, quibus jus datum est a pio testatore in sua Ecclesia quotidie missam applicandi cum debita eleemosyna. Attamen si concurrat publica necessitatis, ac utilitatis causa, pluries etiam S. Congregatio voluntatis commutationem, ac translationem Missarum indulget, ut in Placentina Translationis, ac Commutationis

Onerum 21 Junii 1794. In Romana Translationis, et Reductionis 8. Martii 1806. §. Petite, et caeteris missis in Terracinen., et Setina Translationis Missarum 26. Aprilis 1806.

Porro hæc utilitas, et necessitas eruitur ex quo provideretur commodo numerosi illius villæ populi, ut possit in diebus præsertim festis Sacrum audire, ut ipse testatur Episcopus in informatione. Accedit etiam favor hospitalis, cujus iñtuitu S. hæc Congregatio onera missarum multoties suspendit, ac suppressit, ut in *Savonen. Reduct. Missar. 18. Augusti 1792. §. Multum.*

Si placeat Eminentissimis Patribus petitam translationem concedere, secundo erit inquirendum, quæ conditiones huic translationi adjungendæ sint, quemadmodum postulant Administratores. Et quoad creationem, licet ordinarii auctoritate laicalem Capellaniam erigere in Ecclesia, quoties pius Testator non fuerit alienus, et id expostulent hæres, ac patronus, *Piton. de Controv. patron. alleg. 34. n. 20. S. Congreg. in Viterbien. Capellaniae 4. Aprilis 1767. §. De erigendis Rot. coram Pamphil. dec. 87. numer. 5. Moderatores hospitalis, ad quod ex legato Notarii Falzoni spectat jus patronatus, consentiunt, imo commutationem postulant. Testatorem vero non fuisse alienum colligi videtur; quod ab institutione Capellanorum non fuit exclusus Ordinarius, bona ipsi Capellaniam relicta fuere, et onerum adimplementum demandatum fuit in designatis Altaribus *Amostaz. de causis piis lib. 5. cap. 13. num. 4. Piton. loc. cit. alleg. 49. num. 9. S. Congreg. in Viterbien. Capellan. 4. Aprilis 1767. §. Testator.**

In votis sunt Oratores, quibus accedit Episcopus, ut pro Capellania Capellanus quotidie applicet, et probatus pro confessionibus excipiendis resideat in hospitali ad adsitendum illius infirmorum spiritualibus necessitatibus, Hæc licet adversentur Testatoris voluntati, unde secumferunt commutationem Missæ quotidianæ in recensita onera, attamen plurimum faciendum videtur bonum spirituale infirmorum, eorumque adsistentia in extremis vitæ exordiis. Tradit enim Dionysius Carthus. *de quat. noviss. art. 37;*

magnum, ac necessarium ministerium esse moribundis opem ferre, et *Rituale Romanum tit. de visit. et cura infirm.* præcipuas Parochorum partes esse docet, ægrotantium curam habere. His accedit S. hanc Congregationem favore hospitalium, quorum institutionem maxime commendant SS. Patres, Missarum onere suspensisse, et quandoque suppressisse *Savonen. Reduct. Miss. 18. Augusti 1792 §. Multum* et in totius Oppidi spirituali commodo esse, ut Sacerdos assidue moretur in ea regionis parte, quæ et indiget Presbyterorum copia, et valde distat ab Ecclesia parochiali.

Videant etiam Emi Patres quomodo erogandi erunt redditus Capellaniæ, qui detractis emolumentis Capellano assignandis juxta petita, non modice superexant an scilicet favore hospitalis relinquendi sint, vel potius pro celebratione tot missarum ad manuales assignandi PP. Cappucinis, in quorum Ecclesia voluit Testator, ut in designato Aliari Missa quotidie celebraretur. Sint itaque Dubia.

I. *An, et quomodo concedenda sit erectio Capellaniæ, et translatio Missarum in casu etc.*

II. *An, et quomodo sint erogandi superexantes redditus in casu etc.*

*Sess. 25. cap. 4.
de reform.*

SAVONEN. Supremis tabulis anno 1797. Franciscus Masini Civitatis *Final Borgo* nuncupatæ Savonensis Dioecesis, nonnullis piis legatis constitutis, univer-

saalem instituit suorum bonorum hæredem usufructuariam uxorem suam; Augustinam Capellina quoad viveret. Proprietatem autem in animæ propriæ, suæ uxoris, ac ascendentium omnium reliquit expiationem, præcipiens testamenti curatoribus „ *subito seguita la morte di detta mia Erede usufruttuaria, farne celebrare tante Messe in suffragio dell'anima mia, di detta mia moglie, e di detti miei ascendenti.*

Executores deinde testamentarii, et usufructuaria simul, ut Missæ tutius celebrarentur, eorum satisfactionem Capitulo Collegiatæ S. Blasii, ejusdem Civitatis commiserunt. Hanc ob causam eidem Capitulo bona, ac jura omnia ex hæreditate obvenientia, quæ 3000. Januensibus libellis assurgebant, Romanis scilicet scut. 46r. circiter, post usufructuariæ mortem anno 1802. publico instrumento cesserunt. Suum deinde desiderium declaravit prædicta usufructuaria, ut ex hæreditate, quam pius testator reliquerat, non totidem missæ statim celebrarentur, sed pium perpetuum legatum institueretur, ita ut in singulos annos tot offerrentur sacrificia, quot essent pii legati redditus.

Collegiatæ Capitulum pium suscepit legatum, ac 3000. libellas post usufructuariæ mortem receptas consumpsit. Missas quoque, prout cum Executoribus testamentariis convenerat, singulis quadraginta diebus Dominicis a Paschate D. N. J. Christi cum cantu celebravit. At numquam tum ex præteritis rerum vicissitudinibus, tum deinde ex quadam negligentia vel oblivione Apostolicum beneplacitum super commutata pii testatoris voluntate imploratum fuit. Quod quidem nunc exoptant ejusdem Collegiatæ Capitulares, absolutionem simul pro tempore præterito deprecantes.

Ordinarius in duabus, quas dedit, informationibus refert, hæreditatem „ dempto ære alieno non excedere libellas 3000. . . ., seu scut. 46r. circiter . . . supradictas libellas jam consumptas esse (pro Capitulo indigentis, ut habet prima informatio), et si quis vellet illas foenerari, compertum est ultra libell. 150 seu scut. Romana 23. circiter annuatim obtinere non posse, quæ quidem pro statuto Missarum

„ num. 40. cum cantu in precibus tenuissimam ce-
 „ lebranti, et Choro offerunt distributionem . Tan-
 „ dem perspecta Canonorum bona fide, temporum
 „ circumstantiis , ac tenuitate reddituum Capituli ,
 „ nec non bono spirituali civium existimo , deter-
 „ minationem celebrandi 40. Missas in diebus Do-
 „ minicis , ut in precibus , addita conditione quod
 „ iis Dominicis non omittatur Missa pro populo sal-
 „ tem lecta sine cantu, approbare possit .

Ultimas defunctorum voluntates religiose servandas esse , traditur *in can. ultim. voluntas quaest. 13. ,* et non nisi ex justa , ac necessaria causa commutandas *Trid. Syno: Sess: 22. cap. 6. ex solius R. Pontificis dispensatione .* Nequibant ergo Canonici summam pro missis juxta testatoris mentem celebrandis sibi collatam in alios usus contra testatoris voluntatem ex proprio arbitrio convertere , atque ad hæc usque tempora necessariam dispensationem differre .

Neque ullam pro hac commutatione facultatem usufructuaria iis tribuere poterat . Ipsa enim jus quidem habebat rebus hæreditariis utendi , fruendi-que , sed salva earum substantia juxta testatoris voluntatem eroganda *Leg. 1. ff. de usufru.*, sed nec tribuere poterat hanc facultatem usufructuaria , quæ suum tantum declaravit desiderium , ut ex hæreditate perpetuum deinde legatum fieret .

Notandum etiam est , nullam intercedere necessitatem , et pene nullam utilitatem ex ea commutatione obvenire tum Collegiatae , tum Civibus ex quadraginta Missarum cum cantu celebratione . Non inquam necessitatem , nam poterant quidem , imo debebant omnino ex hæreditate totidem missæ ex testatoris præscripto celebrari , cum prompta , parataque esset tota pecuniæ vis a testatore relicta pro Missis celebrandis . Neque facile suaderi potest utilitas ex Missis præter consuetas diebus Dominicis cum cantu celebratis fidelibus obventura ; vel etiam Cano-
 ni-

nicis ex annuis scut. 23. pro 40. Missis in diebus Dominicis cum cantu celebrandis assignatis, cum ex hac tenui summa eleemosyna pro Canonico celebrante, et ministris assistentibus, distributiones pro omnibus in Choro presentibus, aliæ impensæ pro Missis cantatis necessario sint excerpendæ.

At si hæc omnia acta, gesta que sunt contra testatoris voluntatem, et sine interventu legitimæ auctoritatis, testatur tamen Episcopus Canonicos bona fide scutata 461. in proprios Capituli usus erogasse. Nec arbitrarie videntur hæc fuisse peracta, ut duntaxat in propriam cujuslibet utilitatem incumbere. Adfuit namque ex una parte necessitas Capituli impendendi eam summam, et aderat ex altera parte difficilis ad S. Sedem accessus. Nec prætereundum est Sacra omnino non deficere, ac si inspiciatur perpetuitas legati apprime apparet majora numero celebraturum esse Capitulum Sacra temporis lapsu quam si integrum caput in missarum celebrationem post mortem utriusque conjugis Masini in tot missas fuisset illico erogatum.

Quatenus autem EE. PP. indulgere velint pio desiderio testatricis super perpetuitate legati, obstare tamen posset petitioni capituli, majores numero Missas celebrari posse sine cantu, quam si annuatur solemniurn Avversariorum celebrationi. At animadverti etiam potest suffragium quoque promanare ex interventu Capituli, qui sacras etiam effundunt preces pro animabus testatorum.

Hisce positis EE. VV. sapientiæ, et æquitatis erit decernere, utrum attentata bona fide, et necessitate, quæ adfuit concedenda sit quoad præteritum sanatio, nec non statuere quomodo imposterum locus erit pii legati adimplemento. Si vero EE. PP. placuerit approbare perpetuitatem legati, tunc Eorum erit, præscribere opportunas condiciones pro securitate frugiferi nominis, cujus debitor est Capitulum, ac præterea declarare utrum ob consumptam summam scut. 461.

concedenda sit absolutio, a censuris. Dubia itaque sunt.

- I. *An sit concedenda sanatio quoad praeteritum in casu ec.*
- II. *An, et quomodo sit locus adimplemento legati quoad futurum in casu etc.*
- III. *An sit consulendum SSmo pro absolute a censuris in casu etc.*

Die Sabathi 27. Aprilis 1822. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

MELLEVTANA NULLITATIS MATRIMONII.

Ad avertendas cum altero Amasio Mariæ Blandino Siculæ in Civitate Valleticæ commorantis rixas fidem dedit Paulus Formosa ejusdem Civitatis de ineundo cum ipsa matrimonio. Ut fidem præstaret, simulque oppositionem a Parentibus in Episcopali Curia factam declinaret, clandestinum, eadem suadente Blandino, coram Parocho, et Testibus conjugium iniit paucos post menses, die nimirum 27. Junii 1818, quod tamen die 22. Augusti ejusdem anni validum ab Episcopali Curia fuit declaratum, simulque contrahentes ad annum fuerunt carceribus mancipati.

Hac emissa sententia, clandestini Matrimonii actionem statim deseruit Paulus, novamque instituit *super impedimento Affinitatis*, quod contractum dicebat a Maria Blandino ex illicita copula habita cum Aloysio Formosa suo germano Fratre. Deputato Defensore Matrimonii, et confecto processu die 29. Martii an. 1819. Episcopalis Curia ob affinitatis impedimentum Matrimonium istud nullum pronuncia- vit. Re ad Vestrum amplissimum Senatam per appellationem, et SSmi ablegationem delata, hodie causa proponitur ex capite dumtaxat *impedimenti affinitatis*, distributis allegationibus ex parte Pauli Formosa, et Animadversionibus a Defensore Matrimonii, silente vero Maria Blandino.

Cum ex jure legitima, ac concludens probatio requiratur complete copulæ, causa tota *ad factum* redit. Ne autem PP. EE. inutiliter morer afferendo singulas testium, ipsiusque Aloysii depositiones ad *Sum-*

Sess. 24. Cap.
4. de def. Ma-
trim.

marium eos de lego a Paulo distributum, in quo singulæ impressæ leguntur.

Quia vero a Defensore Matrimonii affertur resolutio S. Congregationis in *Balneoregien. Impedimenti* 16. Junii 1770., mei muneris est, illius causæ circumstantias præcipuas EE. VV. oculis subicere, ut iis una cum præsentis quæstionis libratis tutum possint proferre iudicium.

Tunc itaque de quodam Dominico agebatur, qui Magdalenam compresserat sub fide in eundem Matrimonii, quod conjugium cum vili femina ægre ferens Dominici frater, in Episcopali Curia impedimentum affinitatis opposuit ob illicitam copulam, quam habuisse contendebat Dominicum cum Maria Anna compressæ puellæ matre viginti quinque, vel triginta retro annis. Duo tantum afferebantur testes, foemina scilicet, quæ se vidisse dicebat Mariam Annam in publica apotheca eo modo stantem, ut proximum Dominici accessum prope eam e conspectu manentis indicaret. Respuebatur autem hoc mulieris testimonium a Dominico, tamquam singularis, garrulæ, impudentis, vilis conditionis, et sibi contrariæ foeminae attestatio, quæ præterea de completo actu minime deponebat. Alter vero testis de copula audivisse assererat octo circiter menses ante suum examen, quin tamen de causa scientiæ, vel habitæ notitiæ quidquam deprehenderetur. Ex circumstantia autem parvi oppidi, et publicæ apothecæ in qua crimen patratum dicebatur, impossibilitas eruebatur a Dominico, ut hoc latere tot annis potuisset. Adducebatur præterea jurata declaratio Mariæ Annæ, et Dominici carnalem copulam excludens et Parochi fides, qui licet pluries Mariam Annam de diversis amasiis increpavisset, attamen inter hos Dominicus minime accensebatur. Proposito hinc dubio - *An constet de impedimento affinitatis in casu etc.* Respondit S. Congregatio *Negative*.

His itaque perpensis circumstantiis, et depositionibus causæ *Balneoregien.*, iudicabunt EE. VV. utrum, et quale discrimen intercedat cum præsentibus depositionibus Hieronymi Valsamachi, Josephi Lucchi

sig, Laurentii Rizzo, qui Aloysium Formosa egredientem viderunt intempesta nocte Blandinia domo, et ex ejusdem verbis sequutam copulam judicaverunt, quam præterea *juramento* confirmavit *Aloysius*. Judicabunt etiam utrum ea corporum commixtio adfuerit, quam ex jure requirit ad constituendum affinitatis impedimentum Matrimonii Defensor, ut deinde judicare possint.

Dubium.

An constet de nullitate Matrimonii in casu etc.

Affirmative, et amplius.

BONONIEN. ABSOLUTIONIS, ET REDUCTIONIS. *Sess. 25. Cap. 4. de Reform.*
 Petitam a Parochis Administratoribus Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis, alteriusque subsidiariæ sub titulo S. Nicolai degli Albari, reductionem legatorum, quoad futurum, et condonationem quoad præteritas omissiones accurate, ac docte expendit in suo Voto Eminentissimus, et Reverendissimus Cardinalis Guerrieri, cujus sapientiæ commissa fuit isthæc petitio, ut de ea sententiam suam aperiret. Quid concedendum, quid vero denegandum sit ex eo deprehendent EE. VV., quod ad litteram excribo.

„ Parochi Administratores Ven. Ecclesiæ Metropolitanæ S. Petri Civitatis Bononiæ, quibus ex redditibus plurium legatorum, et Fidelium eleemosynis, ac oblationibus incumbit manutentio Altaris SS. Sacramenti ejusdem Metropolitanæ, nec non Ecclesiæ subsidiariæ S. Nicolai nuncupat. degli Albari

bari, præter onera plurium Missarum, subsidiorum Dotialium, aliorumque piorum operum, per supplices preces SS. D. Nostro porrectas, narrarunt hujusmodi redditus impares esse ad ferenda onera a piis Testatoribus demandata in ordinandis Legatis, et ad subeundos annuos necessarios sumptus Administrationis hujusmodi. Ex hoc anno defectu ajunt contractum fuisse æs alienum, suspensumque plurium Legatorum adimplementum: hinc postularunt absolutionem ob onera hucusque inadiimplenta, utque futuris consulatur temporibus deposcunt ut Sanctitas sua dignetur approbare propositam quamdam normam, quæ præfert reductionem cujusdam numeri incruentorum Sacrificiorum, et subsidiorum Dotialium præscriptorum in dictis legatis, ad hoc ut ex hujusmodi reductione constitui valeat fundus ad occurrendum expensis pro dicto Altari, et Ecclesia subsidiaria.

- ” Ablegata petitione R. P. D. Auditori Sanctitatis suæ preces de more transmissæ fuerunt Emo Cardinali Archiepiscopo Bononiensi pro informatione, et voto auditis interesse libentibus. Paucis se se expedire Emus Archiepiscopus ratus est; nam retulit vera esse, quæ narrantur, addito speculo reddituum, et expensarum, ac relatione Ratiocinatoris ejusdem Administrationis, quibus adhærens pandidit votum petitioni in omnibus consonum,
- ” Post hæc hujusmodi petitionis examen, ut par erat commissum fuit S. huic Congregationi. Quum vero placuerit EE. VV. meum votum exquirere; hinc penes trutinam eorum omnium, quæ posita sunt, ad utramque petitionem confovendam referam animi mei sententiam, quam EE. VV. judicio submitto.
- ” Ex folio Ratiocinatoris, quod Eminentissimus Archiepiscopus suæ addidit informationi, constat, annuos sumptus, et exitum in ei, quæ describuntur, ratione excedere Introitum quoad Altare Santissimi Sacramenti Ecclesiæ Metropolitanæ in annis sc. 20. 54. r.; quo vero ad Ecclesiam S. Nicolai in scut. 44. 90. cumulatum in scut. 65. 44. r. Nisi huic folio quacumque authenticitate destituto ac-

cessissent verba Eminentissimi Archiepiscopi „ *ho verificale le circostanze tutte espòste nella supplica -* „ oriri possit dubium de veritate rationum in dicto folio expunctarum. Nam Ratiocinator reticet , unde partitas extraxerit , præterea eas coacervatim describit , nec folium juramento communivit , unde parum iis fidendum videretur .

„ Hæc unice advertisse juverit . At quamvis rem placeat perpendere juxta rationes , ut supra , a Ratiocinatore concinnatas , at tamen proposita a postulanti-
tibus reductionis norma approbatione Sanctitatis suæ haud digna mihi videtur .

„ Scrutato prospectu ab Administratoribus exhibito , si dematur expensa pro expositione Sanctissimi Sacramenti in Octava solemnitatis S.S. Corporis Christi in Ecclesia S. Blasii cætera onera respiciunt vel præfinitum a piis Testatoribus Missarum numerum , vel quædam subsidia Dotalia favore Puellarum , vel tenues elemosynas pauperibus designatis diebus distribuendas. Hisce Missarum oneribus satisfaciendis parem invenit annuum legatorum redditum , si decurtetur ingens partita scutorum decem supra centum pro uno Altare , et scutorum sexaginta octo pro altero , quæ pro cera , oleo , et aliis sacrificialibus , sive utensilibus cumulatim coacervatur , quam immodicam censeo , prout immodicæ mihi videntur expensæ tenuis hujus Administrationis , ac præsertim illa annua scutat. 24. a Ratiocinatore in sui commodum adnotata pro mercede , quæ in exilibus hisce redditibus exorbitans videtur dijudicanda .

„ De reliquo quum ab exhibito speculo appareat , cætera onera , præter aliqualem Altaris , et sacrarum suppellectilium sarcitionem , respicere expensas cereorum in expositione Sanctissimi Sacramenti , in quas causas in activo redditu adnotatas invenio peræquantes pias Fidelium largitiones , aliasque oblationes descriptas in Relatione Ratiocinatoris ; hinc ad removendam in posterum introitus , et Exitus inæqualitatem assertam , petitæ reductioni annuendum censerem modo tamen infra exponendo .

- Proposita ab Administratoribus reductionis norma eo potissimum conspirat, ut imminuatur Missarum numerus, et decurtentur subsidia a piis testatoribus demandata. Ad rem decidendam, retinenda est constans S. hujus Congregationis regula, nempe quod si necessitas urgeat reductionis piorum legatorum, atque inter hæc adsit onus Missarum, reductio fieri primum debeat reliquorum piorum legatorum, etiamsi agatur de concursu legatorum in eleemosynas favore pauperum; integre relicto sacrorum numero: hanc doctrinam, et S. Congregationis sententiam refert Fagnan: *in cap. ex part. de constit. num. 34.* Quam confirmavit etiam, inculcavitque S. hæcine Congregatio inter cæteras Resolutiones præcipue in *Faventina Reduct. Missarum, et redintegrat. 27. Aprilis 1763.*
- Testatores, qui in subjecta facti specie, legata præscripserunt, expiationi animæ ex Sacrificiis incuruentis consuluerunt, ex quo consequens est, quod cuiuscumque alteri etiam pio Operi præferenda sit hæc solutionis, seu satisfactionis conditio, quæ ex virtute Sacrificii proficiscitur, cum debitori in Purgatorio existenti sit magis utilis. *Suffragia enim, ut verbis utar D. Thomæ in distin. 4., prosunt per modum solutionis debiti.*
- Quod si hæc obtinet regula in concursu aliorum piorum Operum, pressius locum habere debet, dum reductio in casu fieri valet super aliis oneribus, ac præsertim super expensis, quæ moderari posse, certo certius mihi videntur.
- Firmo ergo manente Missarum numero a respectivis testatoribus præfinito, reductioni locum esse censeo ex decurtatione aliarum expensarum juxta prudentis arbitrium Eminentissimi Archiepiscopi, non exceptis, quatenus opus sit, eleemosynis, et subsidiis Dotalibus.
- Quo vero ad onera præteritis temporibus non adimpleta, comprehenso etiam anno nuper elapso 1821.

Die 27. Aprilis 1822.

59

consulendum Sanctissimo super absoluteione, indicto onere celebrationis unius Missæ cum cantu.

Duo itaque dubia EE. VV. deliberanda propono.

I. *An, et quomodo sit concedenda reductio in casu etc,*

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro absoluteione, quoad præteritas omissiones in casu etc.*

Ad I., et II. Affirmative juxta votum Em̃i Relatoris.

Cum Sex causarum dubia inferius recensenda ob temporis angustiam in novissima Congregatione diei 30. Martii proponi nequiverint, ea iterum definienda EE. PP. sapientiæ subjiciuntur.

PISAUREN. SERVITII CHORALIS.

Dubium - *An, et quomodo sit concedendum Indultum in casu etc.*

Sess. 24. cap. 12
de Reform.

Affirmative pro tempore Adventus tantum juxta votum Episcopi cum solitis clausulis.

Sess. 23. Cap. 1.
de Reform.

CAMERINEN. MISSAE PRO POPULO, ET LEGATORUM.

Dubium - *An*, et a quo tempore sit concedenda suspensio in casu etc.

Negative in omnibus.

Sess. 21. cap. 3.
de Reform.

SANCTI MINIATIS.

Dub. I. *An*, et quomodo, et a quo tempore Canonico Damiani distributiones debeantur ex piorum legatorum redditibus in casu etc.

II. *An*, et quomodo decreto Episcopi Poltri gaudere possit Canonico Damiani in casu etc.

III. *An*, et cui sit onus Missas inadimpletas, et futuras celebrandi in casu etc.

Ad I. Affirmative pari modo, ut cæteri Canonici a die captæ possessionis, solutis tamen annuis libellis 40. ad formam Bullæ Ereptionis.

Ad II. Affirmative solutis annuis scutis sex, vel applicatis Missis.

Ad III. Affirmative Canonico Damiani.

COMACLEN. ERECTIONIS DIGNITATIS.

Sess. 24. cap. 12
de Reform.

Dub. I. *An praebenda S. Pii V. erigenda sit in dignitatem Archidiaconatus in casu etc.*

Et quatenus negative .

II. *An , et quae alia sit erigenda in dignitatem in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Episcopi per bullas .

Ad II. Provisum in primo .

CASALEN. COMMUTATIONIS ONERUM , AC VOLUNTATIS.

Sess. 23. cap. 4.
de Reform.

Dub. I. *An , et quomodo concedenda sit erectio Capellaniae , et translatio Missarum in casu etc.*

II. *An , et quomodo sint erogandi superextantes redditus in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi , facto verbo cum SSmo .

Ad II. Affirmative in celebratione Missarum in Ecclesia Cappuccinorum , et ad Altare a Testatore designatum ad taxam perpetuam .

SAVONEN.

Sess. 25 cap. 4.
de Reform.

- Dub. I. *An sit concedenda sanatio quoad praeteritum in casu etc.*
 II. *An, et quomodo sit locus adimplemento legati quoad futurum in casu etc.*
 III. *An sit consulendum Sanctissimo pro ab solutione in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus

Sess. 21. cap. 4.
de Ref.

TUDERTINA. In Tudertina Diœcesi extat Castrum Turrium, cui ab immemorabili unita est Paroecia oppidi Barattani. Unicus Pastor praest ovibus utriusque Paroeciae, et residet in Castro Turrium, cum onere tamen mittendi singulis diebus festis Sacerdotem ad Castrum Barattani, ut ibi pro populi communitate, absque onere applicationis, Missam celebrer. Reditibus utriusque Paroeciae multum imminutis, detrectant Parochi veterem servare morem circa onus Missae in Oppido Barattani, et hinc ea decanat novissimus Parochus libere cessit Paroeciae; Antecessor vero pluries coram Episcopo insteterat pro exemptione ab hujusmodi onere. In praesenti Paroecia vacat ab aliquibus mensibus, frustra pluries indictus est concursus. Redituum paucitas omnibus comperta, in causa fuit, quominus ob praedictum onus etiam ad concursum veniret. Hinc Promothor Fiscalis Curiae Episcopalis S. Congregationem adijt,

sibi

sibi facultatem fieri flagitans indicandi iterum concursum cum exemptione futuri Parochi ab onere mittendi Sacerdotem ad Castrum Barattani, qui ibi pro populi commoditate sacrum faciat.

Pluries Episcopus hortatus est incolis Oppidi Barattani, ut Parochum eximerent ab hoc onere, seseque conferrent, ut Missam audirent ad Castrum Turrium, quod non multum distat, neque magnum Populo afferret incommodum, sed frustra; Patienter tamen agens cum eis, per Vicarium Foraneum Patres omnes familias convenit utriusque Oppidi, sed Barattani incolæ Missæ commoditati cedere omnino renue-
runt.

Reditus Parochiales summam constituunt scut. 99. 25., non deductis oneribus, quæ ut refert, et demonstrat Cancellarius Episcopalis, onere comprehenso prædictæ Missæ, summam conficiunt scut. 88. 13., unde Parocho ab onere immunia non supersunt, nisi scut. 11. 12. Super his votum Episcopi de more quæsi, qui hæc omnia confirmans ita se habet: „*Emæ Vestrae Rmæ omnem mihi præstent fidem: Maximo dolore afficior, videns decem Paroecias suo viduatas Pastore extare, nec esse medium ovibus consulendi tum ex paucitate Sacerdotum, tum ex modicitate reddituum, ut accidit in hac Paroecia unita obsecro igitur humillime benignitatem Vestram, ut dignentur instantiam Promothoris Fiscalis admittere, et tale onus auferre, quia tunc iterum indicto concursu, spero aliquem fore Sacerdotem, qui Parochi officium in iis Castris certe suscipiet.*

Ut hæc Promothoris Fiscalis instantia admittatur, afferri potest vulgare adagium; Altari ministrantes non mendicare stipem, sed de Altari vivere debere. Pastorem prædictorum Oppidorum stipe necessaria care-
re patet, tum ex recensita summa reddituum, tum ex libera cessione Paroeciæ facta ab ultimo Parocho ea de causa, tum denique ex concursu vacantis Paroeciæ frustra pluries indicto. Decentis, et honestæ
con-

congruæ necessitatem Parocho, bene perpendentes Tridentini Patres septies, ut monet Barbosa *lib. 7. juris Eccl. cap. 6. nu. 4.*, hujusce congruæ mentionem fecerunt, et ut certius, et securius de honesta sustentatione provideretur, mandarunt *Sess. 7. cap. 7. de Ref.*, ut, si fieri posset, in re certa portio congrua Parochis assignaretur, cujus taxatio, cum olim tota penderet ab Episcopi arbitrio, qui, personæ conditione, loci, situs, Ecclesiæ redditibus, regionis consuetudine consideratis, eam taxabat. Postea vero, Constitutione S. Pontificis Pii V., cujus initium ad *æsequendam* Episcopi potestas limitata est, et portio assignanda non debet esse major centum, nec quinquaginta minor. Imo constans hujus S. Congregationis praxis est, ut quantum fieri possit centum sint pro Rectore, quod Statutum fuit in *Civitatis Castellanae 24. Novembris elapsi anni ad II. Dubium*.

His addendum, quod ut advertit Episcopus a Castro Turrium non multum distat illud Barattani, ad quod satis commode potest accedi ad audiendum Sacrum, quod hoc si displicet incolis Oppidi Barattani, parata, et expedita est illis via, ut ære proprio huic consula ut incommodo. Tridentini Patres *Sess. 21. cap. 4. de Ref.* constituunt, posse Ordinarium, si alia media presto non sint, compellere Parochianos omnibus remediis opportunis ad subministranda ea, quæ sunt necessaria ad vitam ipsius Parochi sustentandam. Hoc, quod gravius esset, in præsens ab ipsis non desideratur; sed tantum, ut cum aliquo incommodo accedant ad Oppidum Turrium ad Missam audiendam, ut sic hoc onere Missæ sublato in Oppido Barattani, novus Parochus, constitui queat.

Plura quoque ex adverso dici possunt. Incolæ enim Barattani ab immemorabili hoc jure gaudent habendi scilicet Sacrum diebus festis in propria Ecclesia; jus

sere quæsitum, et inmemorabili consuetudine firmatum, tolli non potest, nisi urgentibus causis, quæ noviter evenerint. Videtur igitur, ut quænammodum præteriti Parochi hoc tulerunt onus, et novis quoque possit illud sustinere. Additur quod hæc nova methodo incommoda quam plurima populo afferrentur. Et revera Barattani oppidi incolæ se conferre ad Castrum Turrium deberent, ita ut senes, mulieres, parvuli, qui accedere ad Ecclesiam Parochialem nequeunt, ne diebus quidem festis Sacrum audirent, quod maximi incommodi, nec non spiritualis detrimenti esset.

His accedit communis incolarum dissensus, de quo semper plurimum sollicita fuit S. Congregatio, tum in concedendis translationibus, tum in dismembrationibus Paroeciarum, et in jure quæsito tollendo, ut in *Placentina Paraeciae diei 20. Novembris 1819. ad I. et II. Dubium.*

Multoque minus cogendi sunt pauperes incolæ contribuere Parochi, ut hoc impleat onus. Congrua enim satis per se sufficiens videtur ad Parochi sustentationem, cum ille habeat circiter scuta 100., quæ sufficiunt Parochi juxta Constitutionem S. Pii V. *Ad exequendam.* Paupertas vero habitantium non sinit, ut hoc graventur onere, quod numquam habuerunt.

Neque demum concurrentium deficientia tanti est, ut hoc tollatur onus. Ex Episcopi enim Informatione habetur, quod non hæc una tantum Paraecia suo sit viduata Pastore, sed aliæ decem in eodem statu extent; ideoque Sacerdotum potius deficientiæ tribuenda hæc concurrentium inopia videtur.

Vestrum igitur erit EE. PP. sequentia dirimere Dubia.

I. *An exonerandus sit Parochus Castri Turrium ab onere celebrationis per alium diebus festis in oppido Barattani in casu etc.*

I

Et

Die 27. Aprilis 1822.
Et quatenus negative.

II. *An, et quomodo cogendi sint incolae Barattani
Parocho aliquid contribuere, ut antiqua servetur
methodus in casu etc.*

Die Sabathi 25. Maii 1822. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.

SAVONEN.

Sess. 23. cap. 4.
de Reform.

- Dub. I. *An sit concedenda sanatio quoad præteri-
tum in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit locus adimplemento legati
quoad futurum, in casu etc.*
- III. *An sit consulendum SSmo pro absolutione, in
casu etc.*

Ad I. Affirmative

Ad II. Affirmative ad tot Missas lectas ad taxam
perpetuo assignato per Capitulum aliquo liberæ,
et idoneo Fundo, super quo fieri possit inscri-
ptio pro securitate Legati, sin minus curet Epi-
scopus quotannis fieri a Capitulo Depositum ali-
cujus summæ arbitrio ejusdem Episcopi ad effe-
ctum investiendi usque ad redintegrationem Li-
bellarum termillium, et describatur in Tabella.

Ad III. Affirmative.

Sess. 24. cap. 13.
de Reform.

TUDERTINA

Dub. I. *An exonerandus sit Parochus Castri Turrium ab onere celebrationis per alium diebus Festis in Oppido Barattani in casu etc.*

Et quatenus negativo.

II. *An, et quomodo cogendi sint Incolae Barattani Parocho aliquid contribuere, ut antiqua servetur methodus in casu etc.*

Ad I., et II. Dilata, et Episcopus transmissio distincto statu activo, et passivo Paroeciae, comprehensis incertis referat de distantia Villae Barattani a Paroecia Castri Turrium, de numero animarum, et familiarum utriusque separationem, et cur per symbolam ad formam SS. Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 13. de Reform. augeri nequeat Congrua Parochialis.

Sess. 22. cap. 6.,
et Sess. 25. cap.
5. de Ref.

FAVENTINA CAPELLANIAE, ET SUBSIDII DOTALIS Eleonora Monteveteri postremis, quibus decessit tabulis die 18. Mensis Martii an. 1598. summi instituit heredem Montem Pietatis Brisighelle Fiventinae Dioecesis. Nonnullis tamen legatis hereditatem gravavit favore Ven. Confraternitatis SS. Crucis ejusdem loci Brisighellae. Praecipit primam pia testatrix, ut „ ejus heredes tenerentur, et sint obligati quolibet anno in perpetuum dare, et solvere Lib. „ vigintiquinque uni Puellae maritane arbitrio Priorum Societatis S. Crucis de Brisighella interventu „ ad minus viginti hominum dictae Societatis, et per „ partitum inter illos obtentum „ Mandavit deinde, ut

ut hæredes tenerentur in perpetuum manutenere unum Capellanum in Ecclesia S. Crucis de Brisighella ad satisfactionem Priorum, et hominum dictae Societatis pro tempore. Et ad ejus Altare existens in dicta Ecclesia quolibet die in perpetuum dici, celebrare, et celebrari per dictum Capellanum pro tempore unam Missam, exceptis Dominicis totius anni, quae voluit, quod d. Capellanus in dictis Dominicis teneatur dictam Missam dicere ad Altare Majus dictae Societatis, et non aliter, nec alio modo. Volens dicta Testatrix dictam Missam semper celebrari, alias quod nulla praescriptione finiatur. . . . Et similiter teneri ornatum, et ut dicitur FORNITO dicto Altare de Tobalis, et Paleis, et de cera, et cereis suis locis, et temporibus, et de omnibus aliis necessariis.

Et similiter quod dictus Capellanus pro tempore debeat servire ad satisfactionem d. Priorum, et hominum dictae Societatis, aliter quod hæredes requisiti a dictis Prioribus, et hominibus pro tempore dictae Societatis, teneantur, et sint obligati eligere alium Capellanum semper ad satisfactionem dictorum Priorum, et Hominum, ut supra etc. et quod dictus Capellanus semper debeat intervenire omnibus Processionibus in anno fiendis etc.

At vix suum pia mulier diem vidit supremum, nonnullæ statim hæredes inter, et legatariam exortæ sunt controversiæ, de Capellani scilicet electione, de stipendio eidem assignando, deque sacris utensilibus Ecclesiæ solvendis. Hæc tamen per arbitri laudum, et Judicis sententiam an. 1599. e medio sublatae sunt. Statutum namque fuit, che quando verrà il caso di fare l'elezione del Cappellano per la Ven. Confraternita della SS. Croce di Brisighella, debbano gli Officiali del S. Monte proporre, ed eleggere tre, e quattro Sacerdoti. . . ., ed innanzi che vengano all'atto dell'elezione darne notizia con la nota dei Nomi alli Priori pro tempore della Compagnia della SS. Croce, li quali si debbano, o possono informare, e risolvere frà di loro, quale sia più a loro sodisfazione, e riferirlo a quelli del Monte, che abbino a fare l'elezione di quello, che sarà stato approvato da detti della Croce.

Che

Che quando quelli della Croce non si satisfacessero di alcuni delli proposti , e nominati , e le parti non si concordassero frà loro , in qualche altra maniera debbano senza rinnovare altro ricorrere a Monsig. Vescovo di Faenza , e suo Vicario , acciò facciano quella provvisione , che le parerà più giusta . Che per levare le dispute circa al salario del Cappellano , si dichiara debba essere di quaranta scudi di moneta l'anno , cioè L. 160. di Bolognini , con questo però , che la Compagnia del Monte sia tenuta a somministrare tutte le spese della cera , vino , ostie , e Chierico .

Quando si dovrà mutare il Cappellano , e fare nuova provvisione , debbano quelli della Croce notificarlo a quelli del Monte , cioè alli Priori per due mesi innanzi , acciò si possa fare l'elezione , e provvisione nel modo di sopra , e quelli del Monte debbano in termine di due mesi aver fatta la detta elezione , altrimenti possano quelli della Croce eleggerne , e provvederne d'uno , rimanendo ferma la disposizione della Testatrice in tutte le altre cose contenute nel testamento , intorno alle quali non s'intende fatta innovazione o pregiudizio alcuno .

Quæ quidem omnia statim exequuta sunt , atque ita res ad annum usque 1791. pacifice processerunt . Sed cum imposterum deesset , qui tam tenui stipendio antiquitus constituto Capellaniam acceptaret , hæreditatis autem reditus , aliis etiam piis legatis adimpletis , augmentum aliquod stipendii pro Capellano pateretur , Sodalitium pro assignando augmento preces dedit SSmo . Precibus huic S. Congregationi a SSmo remissis post Episcopi relationem , in qua utriusque Partis jura afferebantur in Comitibus diei 20. Junii 1794. proposito Dubio *An , et ad quam summam sit augendum stipendium Capellani in casu ec. ,* Responsum fuit ,, *Affirmative pro summa per Ordinarium præfinienda* ,, Episcopus vero concessis sibi facultatibus utens ,, *Stipendium prædictum in obolis duodecim pro qualibet Missa comprehensis sacris utensilibus* ,, constituit , atque taxavit .

At quamvis ita res omnimode compositæ viderentur , non ideo tamen eorum controversiæ e medio sublatae sunt . Præter Missarum enim stipendium ab Episcopo

po taxatum, ut Sacra quoque utensilia Ecclesiæ solverentur postulabant Ven. Sodalitii Priores. Sacri autem Montis Conservatores eaolvere denegabant, illa in Missarum stipendio comprehensa esse contententes per illa Episcopalis decreti verba „comprehensis SS. Utensilibus „. Ea vero sibi omnino debita propugnabant pii Confratres, quia secus non auctum, aiebant ipsi, ab Episcopo fuisset Missarum stipendium, sed potius imminutum. Si enim a scutatis circiter 43. ab Episcopo noviter assignatis scutata 9. et obol. 5. pro sacris utensilibus juxta illius loci consuetudinem pro quotidiana Missa singulis annis solvenda detraherentur, non auctum, sed imminutum fuisset stipendium.

Interea occupata Pontificiæ Ditionis parte a Gubernio, quod dicebatur Italicum, cum cæteris illa quoque suppressa fuit Sodalitas, et Sacri Montis, et aliorum piorum omnium locorum administratio ad eam transit, quam charitatis Congregationem appellabant. Siluit interea controversia, et illa Congregatio sibi sumpsit onus celebrationis Missarum, quæ eo tunc tempore ad sex tantum in qualibet hebdomada fuerunt redactæ, assignato quindecim obolorum stipendio pro unaquaque Missa Sacerdotibus ab ipsa Congregatione deputatis, qui eas etiam nunc Capellaniam Missas celebrant.

Sed tandem publicis rebus compositis, Pii sodalitii Confratribus annuens Episcopus Confraternitatem SS. Crucis resituit eorum precibus rescribens „ *Costando a noi dell'antica Canonica esistenza della sovra nominata Confraternita della SSma Croce di Brisighella di buon' animo in oggi ancora per tale la riconosciamo, e sarà di nostro gradimento, che i Confratelli di quella riassumino l'esercizio delle prescritte loro sacre funzioni, colla pratica delle quali possono acquistare i tesori delle S. Indulgenze a quelle annesse.*

Restituta itaque per hoc Episcopi decretum SS. Crucis Confraternitate suorum quoque jurium redintegrationem urgent, adversante Congregatione Charitatis. Postulant Pii Confratres primo, ut tres vel quatuor proponantur a Montis Pietatis Con-

servatoribus Sacerdotes idonei, ex quibus a Ven. Confraternitate eligatur qui Ecclesiae servitio, atque spirituali Confratrum utilitati magis idoneus invenitur, II. Ut eidem Confraternitati sacra solvantur utensilia juxta loci consuetudinem, duorum scilicet obolorum cum dimidio pro qualibet Missa. III. Ut iidem Sodalitii Priores atque Confratres ex piæ Testatricis præscripto ad subsidium dotale singulis annis nominare valeant. IV. Demum, ut redactis licet Capellanæ Missis, harum tamen celebratio numquam desit in diebus omnibus festivis.

Episcopus de more requisitus hæc refert in priori, quam dedit informatione . „ Duo potissimum occurrunt, „ de quibus decernatur. Primum quidem ad Capel- „ lani ejusdem confratriæ electionem, et stipendium „ pertinet. Electionem autem *nihil vetat quominus „ iisdem peragatur disciplinis, quibus peragendum „ statuit suprema Eleonoræ Montevocchi voluntas.* „ Congregatio itaque sancti Montis Eleonoræ hæres „ duos, tresve Sacerdotes confratribus proponat, ex „ quibus confratres ipsimet eum rite eligant, quem „ implendis Capellani muneribus parem præ cæteris „ judicent. Ad stipendium autem quod attinet, quid- „ ni decretis ea de re alias editis inhæreatur? Atque „ adeo constitutæ Missarum eleemosynæ *ea etiam „ summa addatur, quæ utensilium titulo persolvi „ consuêvit? Locutionem enim in Episcopali decre- „ to minus accurate usurpatam perperam prætendunt „ sancti Montis Administratores, quasi utensilium „ solutio in eleemosyna Missarum comprehendatur.* „ Patet imo absurdi quidpiam locutione illa efferri, „ nisi efferat solutioni eleemosynæ Missarum adjun- „ gendam esse utensilium solutionem.

„ Alterum est, quo de agitur jus subsidii dotalis Puel- „ læ Brixichellensi quotannis erogandi abs eadem „ Eleonora Montevocchi Confratribus attributum, „ dissoluta autem Confratria in Congregationem Sancti „ Montis translatum. Porro jus hujusmodi nequa- „ quam pertinere ad cultum omnino patet; in eo pro- „ pterea manutenendam videri Congregationem san- „ cti Montis, cui quippe demandatum potissimum

„ est quidquid pertinet ad inopiæ subsidia Brixichel-
 „ lensibus eroganda .

„ In re ditibus demum , quandoquidem idem res itidem
 „ spectat EE.VV.RR. mandatum subductis hinc inde
 „ rationibus rem totam ad scutata octoginta , redigi
 „ censerem , disputari autem , an excessus reddituum
 „ supra expensas ad scutata quindecim pertingat , quod
 „ quidem nihil prope habendum videatur . , .

Non omnia tamen , quæ in prioribus literis injunctum
 fuerat Episcopo ipsum præstitisse videbatur . Quare
 iterum eidem literas dedi , ut auditis , in scriptis De-
 putatis Administratoribus Montis , præfigeret eisdem
 terminum ad deducendum jura sua in S. Congrega-
 tione , et ne interim Missarum celebratio suspensa
 maneret per eosdem Deputatos nominaretur Capel-
 lanus ad formam transactionis , qui missas celebraret
 juxta foundationem , et eidem persolveretur manualis
 eleemosyna , et taxa pro sacris utensilibus usque ad
 exitum pendens recursus , et de resultantibus cer-
 tioraret .

Hisce in altera , quam præstitit informatione , hæc res-
 cripsit Episcopus . „ Mandata EE.VV.RR. reveritis ea
 „ curabam exequenda , de quibus in primis agebatur
 „ quoad preces humillime oblatas abs Confratribus
 „ SS. Crucis Brixichellæ , atque adeo omnis inter
 „ Confratriam , et Administratores Montis sublata
 „ quæstio . Quando autem Confratriæ ipsius Capella-
 „ nus abs Procuratoribus pridem electus suo aliquot
 „ jam annos munere fungitur , haud committendum re-
 „ bar , ut novus in præsens eligeretur ad normam tran-
 „ sactionis ejus quippe , ubi electionis occasio incidat
 „ haberi ratio omnino poterit . Cæterum nihil anti-
 „ quius Administratoribus Montis , quam ut humil-
 „ limo efferrent quid sibi juris tuendum videretur , pa-
 „ ratissimi interim , dum id humillime subjiciunt
 „ ea implere omnia ad literam , quæ de mandato
 „ EE.VV.RR. singillatim præcepimus . , .

Jus suum Congregatio Charitatis mutuari putat ex De-
 creto Italici Regiminis , quod Brixichellæ adhuc vigere
 affirmat , vi cujus omnes publicæ Beneficentiæ in-
 stitutiones administrat . Addit deinde post Confrater-
 nitatis suppressionem Congregationem ipsam propriis

ntentem facultatibus anno 1813. pro Missarum celebratione deputasse Sacerdotem, qui etiam actu tamquam Capellanus Confraternitati inservire dicit, tamquam autem pro sacris utensilibus juxta S. Congregationis mandata persolvisse. Negat tandem SS. Crucis Confraternitatem jus ad dotis collationem habere, cum eandem in juribus tantum spiritualibus redintegratam fuisse affirmet.

Cum vero Congregatio Charitatis pro bonorum Administratione piis locis spectantium pluribus in locis recepta sit, et præcipue Brixichellæ tacito saltem Superiorum consensu confirmata, ac proinde nequit nunc quæsitò jure spoliari.

Et licet Episcopus redintegraverit Sodalitium ordinaria auctoritate juxta constitutionem Clementis VIII. *Quaecumque*, non alia tamen jura, ac privilegia exercenda restituit, nisi - *l'esercizio delle prescritte loro sacre Funzioni, colla pratica delle quali possano acquistare i Tesori delle S. Indulgenze a quelle annesse*., Minime vero temporalia bona administrandi tribuit facultatem Noverat enim Episcopus ea penes Congregationem Charitatis existere.

Addit insuper non deesse Capellanum, qui ab anno 1813. pro Missarum celebratione deputatus fuit, nunc vero Ecclesiæ quoque inservire dicitur, et spirituali Confratrum utilitati præsto esse potest. Qui quidem Capellanus in Capellania quovis in casu manutendus esse videtur, cum eam octo ab hinc annis obtinuerit, atque etiam modo possideat, ex notissima Regula 36. Cancellariæ de triennali Beneficii Possessione.

At Ven. Sodalitii Confratres negant omnino, Sacerdotem a Congregatione Charitatis deputatum Capellani munere fungi, cum quarundam tantum pii legati Missarum fuerit ipsi commissæ satisfactio, et ad nutum ipsius Congregationis, nullumque præterea impositum ipsi fuerit onus SS. Crucis confraternitati inserviendi. Quæ quidem omnia jurato ipsius Sacerdotis testimonio comprobantur. Falsum deinde esse addunt, eandem Charitatis Congregationem SS. utensilia pro Missarum celebratione persolvere. Contendunt postremo Confratres ex piæ testatricis

præscripto sese jure nominandi potiri ad dotale subsidium, eoque propterea haud esse spoliandos.

Animadvertendum insuper est in iis, quæ huc usque acta sunt, apertam piæ testatricis voluntatis intercessisse commutationem. Voluit enim pia testatrix ut ejus hæredes sint obligati quolibet anno in perpetuum dare et solvere lib. 25. B. M. . . uni Puellae maritandae arbitrio Priorum Societatis SS. Crucis, Talis autem voluntas nunc omnino commutatur, nec enim subsidium istud dotale solvitur arbitrio Priorum Societatis, et ne hæredis quidem, sed arbitrio dumtaxat Congregationis Charitatis. Debent insuper hæredes ex testatricis præscripto, in perpetuum manutenere unum Capellanum in Ecclesia SS. Crucis . . . ad satisfactionem Priorum, Hujus autem Capellani esse voluit eadem pia testatrix, celebrare . . . unam Missam . . . servitium, re ad satisfactionem dictorum Priorum . . . et intervenire omnibus Processionibus in anno fiendis, Quod clarius etiam, atque apertius declaratum fuit per supra relatam Arbitri Laudam, ac per plurimum deinde sæculorum usum comprobatum. Hujusmodi autem dispositio nunc omnino immutatur, ac pene abrogatur, cum Capellanus modo arbitrio tantum Congregationis Charitatis eligatur, et nonnisi, certum Missarum numerum intra annum celebret, nullumque præterea servitium præstet sodalitia, ut asserunt confratres.

Negant vero confratres hujusmodi voluntatis commutationem sustineri posse, quia certum in jure est ultimas defunctorum voluntates religiose servandas esse *can. ultimo voluntas caus. 13. q. 2.* et nonnisi justa, et necessaria causa commutandas *Con. Trid. ses. 22. cap. 6. de Ref. ex solius R. Pontificis dispensatione ex Clem. Quia contigit de relig. dom.*, atque aliter commutatas semper ab hac S. Congregatione fuisse improbatas in *Asculana 8. Augusti 1801. in Firmana 2. Junii 1804.*

Quatenus placeat EE. PP. decernere piis Confratribus jus competere approbandi Capellanum, qui singula præstet in testamento præscripta, nihil obstare videtur, quin omnia præstet etiam Capellanus actualis, si a Confratribus approbetur, secus autem a Capellania removeatur. Neque enim octo annorum possessio jus ullum in Capellaniam ipsi tribuit quæ utpote manualis, ac ad nutum amovibilis, non est verum beneficium, ut docent *Fagnanus cap. ad audient. num. 120. de rescr. Reinfestu. lib. 3. tit. 5. de præb.*, et *Dignit. §. 3. nu. 71.* ideoque in ea locum non habere videtur regula 32. Cancellariæ, quæ de Beneficiis tantum loquitur.

Ad sacra utensilia quod spectat nihil addendum superest. Ex iis enim, quæ superius retuli, aperte constat, quid de iis præceperit in testamento pia testatrix quid deinde fuerit in concordia constitutum, quid demum decreverit Episcopus cum ex hujus S. Congregationis rescripto auxit Capellani stipendium.

Denique postulant pii Confratres, ut quamvis Missæ post reductionem non amplius singulis diebus sint celebrandæ, harum tamen celebratio numquam desit diebus omnibus festivis. Et sane pia testatrix aperte declarare videtur in suo testamento, Missarum celebrationem in diebus Dominicis præ cæteris ipsi cordi fuisse. Voluit enim, „*quod dictus Capellanus in dictis Dominicis (totius anni) teneatur dictam Missam dicere ad Altare majus dictæ Societatis, et non aliter: nec alio modo. Volens d. testatrix dictam Missam semper celebrari, alio quod nulla præscriptione finiatur.*

Hisce præhabitis dubia dirimenda proponuntur.

- I. *An, et quomodo eligendus sit Capellanus, et quibus oneribus gravandus in casu etc.*
- II. *An, quomodo, et in qua summa solvenda sint utensilia in casu etc.*

III. *An, et ad quos spectet jus nominandi ad dotale subsidium in casu etc.*

IV. *An, et quomodo etiam post reductionem singulis diebus festivis Missae celebrandae sint in casu etc.*

Ad I. Affirmative, et eligendum esse Capellanum ad formam Laudi, et Sententiæ anni 1599. cum oneribus ad formam Testamenti Eleonoræ Monteveteri.

Ad II. Affirmative juxta consuetudinem Dioecesis, et Votum Episcopi, præter emolumentum Capellani.

Ad III. Affirmative ad Confraternitatem S. Crucis ad formam Testamenti.

Ad IV. Affirmative ad altare Majus Confraternitatis.

VELITERNEN. CAPELLANIARUM „ Josephi Prosperi Lucarelli Veliternen. dioecesis, cum fructus capellaniæ B. V. Consolationis, ac beneficii SS. Salvatoris, quorum erat possessor, nondum a solo essent separati, obiit diem supremum mense Junii præteriti anni. Canonicus Michael Cella eidem successit in beneficio, hujus nepos Sebastianus in Capellania ex Josephi legitima nominatione. In universam vero Defuncti hæreditatem ex vitalitio contractu dum Joseph erat in humanis, successerunt Vincentius Prospero Gagliardi, Magdalena Gagliardi, Theresia Canali, et Canonicus Joannes Felix Ulisse.

Quoad fructuum tam beneficii, quam capellaniæ pertinentiam orta est dissentio inter utrosque successores. Putarunt enim hæredes eorum divisionem ineundam esse pro tempore possessionis tum Josephi Lucarelli, tum Rectorum Cella. E contra novi Rectores omnes fructus nondum a solo separatos sibi addicendos esse, satisfactis tamen expensis a decessore factis, contendebant quod primis non placet.

Pre-

Preces, quas hæredes dederunt, S. hujus Congregationis Sapientissimum iudicium præstolantes, remissæ fuerunt Emo Episcopo, cujus elucubratisimum responsum referam, „ Non opus est, ut in aperienda super delatis precibus sententia ea commemorem, quæ vacante beneficio, de fructibus pendentibus tradiderunt leges, et Juris Ecclesiastici Doctores; cum neminem lateat, in iis locis, causisque, in quibus Rev. Cam. Apost. non licet jus exercere spoliatorum, fructus naturales, ac industriales nondum a solo separatos ad beneficii successorem, civiles vero, quorum dies solutionis ante beneficiarii mortem venerat, ad ejus hæredes, reliquos ad eundem beneficii successorem pertinere. Haec juris ratio etiam in beneficiis jurispatronatus obtinere videtur.

Quod autem ad rem pertinet, fructus, de quibus in precibus fit mentio, inter industriales recensentur, qui in Capellaniarum possessoris obitu nondum erant a solo separati. Hinc quisque assequi potest, eosdem non ad defuncti Capellani hæredes, sed ad successores pertinere, detractis tamen expensis, quas defunctus in agro colendo, et in caeteris oneribus totum illum annum sustinere debuit.

Vetus consuetudo Ecclesiae Veliternæ huic juris rationi suffragabatur. Visum tamen est defuncto Episcopo in ultima Synodo dioecesana, ut Canonicalium præbendarum redditus inter defuncti beneficiarii hæredes, et reliquos Collegii Canonicos pro rata temporis dividerentur, ne qui per aliquam anni partem in Officio adlaboraverit, sui laboris mercede fraudaretur. Verum tamen hæc synodalis sanctio cum ad præbendas canonicales, quæ dicuntur de Massa, pertineat, non aequè beneficiis simplicibus convenire potest. Ne omnes recenseamus illius discriminis causas, quod inter præbendas canonicales de massa, et beneficia simplicia intercedit, animadvertere sat erit, quod quantum Episcopolicuisset, ea super præbendis canonicalibus de Massa statuere, quæ in synodalibus sanctionibus leguntur, tantum vero velitum ei fuisset eandem præscribere super caeteris beneficiis. Etenim in præbendis canonicalibus de Massa Rev. Cam. Apostolica spoliatorum jus exercere nequit, cum in cujuslibet

bet beneficiarii obitu superstites sint alii beneficiarii, qui massam repraesentant, quique vacationis casum excludunt. At secus se res habet in beneficiis simplicibus, quae in cujuslibet Possessoris obitu vacare consuescunt, quaeque in quolibet vacationis casu spoliatorum juribus subsunt. Hinc defunctus Velitrarum Episcopus, quae super canonicalibus praebendis de Massa constituit, ea sapienter ad caetera beneficia ampliare pertinuit. Quamobrem in specie, de qua res est, hac sum sententia, ut novi successores vinearum fructus pendentes, quibus constat universus Capellaniarum redditus, percipiant, detractis tamen expensis, quas defunctus in vineis colendis, et in caeteris ferendis oneribus hunc annum sustinuit.

Juxta juris communis dispositionem Patruo, Nepotique Cella competere viderentur fructus omnes sive naturales simpliciter, sive naturales industriales tam beneficii, quam Capellaniae. Uterque enim recollectionis tempore jam beneficii, et Capellaniae adepti erant possessionem. Sancitum siquidem in jure Canonico est, fructus beneficiorum sive naturales simpliciter, sive naturales industriales, si sint a solo separati, haeredibus defuncti deberi; et fructus hujusmodi pendentes, quantumcumque tempore mortis instaret recollectio, spectare ad successores in beneficio *gloss. in cap. si propter verb. primi anni de rescrip. in 6. Calder. cons. 2. de pec. cleric. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 44. numer. 23. 27., et 29., Rota dec. 278. n. 2. ad fin. part. 2. rec.*

Ast patrimonii Lucarelli haeredes unam tantum ex tribus partibus memoratorum fructuum ad Rectores Cella spectare autumant, ex quo per octo menses Joseph Lucarelli, per quatuor Cella beneficii, et Capellaniae oneribus universis satisfecerunt. Consonum enim aequitati non solum, sed etiam justitiae iis videtur, per quod tempus quis beneficiorum onera sustinuit, per idem tempus commodum sentire debere.

Hanc vero aequitatem jvari etiam a jure scripto autumant haeredes Lucarelli ex iis, quae in Dioecesana Synodo habita sub cl. me. Cardinali Matthæio sancita fuerunt. Part. 4. cap. 2. num. 17. sub titulo, de Capi-

tulo *Cathedralis Ecclesiae, et de caeteris Collegiis, Canonorum*, quæ ita se habent, *Omnium consensione visum est, ut præbendarum redditus non ita in singulos distribuatur, ut iis dumtaxat sint attribuen- di, qui constituta partitionis die iisdem potiuntur; adeo ut si quis forte pridie decesserit, nihil exinde in beneficiarii, qui per annum in officio adlaboraverit, commodum vertatur, Bene vero in Collegiis quibusvis Canonorum illud imposterum juris sit, ut fructuum partitio in dies, quibus quisque ab postrema partitione operam Ecclesiae navavit, accurate conficiatur, eamque idcirco partitionem singuli assequantur, quæ pro ser- vitii per id temporis peracti diuturnitate aestimetur.*

Et contra Rectores Cella hanc peculiarem legem Dioece- sanæ Synodi nihil commune cum Beneficio, et Ca- pellaniam habere contendunt. Neque enim respicit, neque respicere poterat universa Beneficia, sed tantum Cathedralis, et Collegiatarum Præbendas. Id sane colligitur ex ipso titulo, qui inscribitur, *de Capitulo Cathedralis Ecclesiae, et de caeteris Collegiis Canonorum*, Præterea illius legis verba, et ratio nulli congruere potest, nisi Canonicis, quorum tantum est in dioecesi Veliternen. habere distributiones, ac massam communem non subjectam legi spoliatorum. Nec demum per Dioecesanam peculiarem legem ab ordinaria Episcopi auctoritate confirmatam abrogari poterat jus Rev. Camerae sub titulo spoliatorum, quod, exceptis Præbendis Choralibus, quæ in unam Massam coalescunt, in cæteris Beneficiis locum habere explo- ratum est.

Proponitur Dubium.

An, quibus, et quomodo debeantur fructus Benefi- cii, et Capellaniam in casu etc.

Affirmative in omnibus juxta Votum Eñi Episcopi.

ROMANA, DUBIA INDULTORUM. Cum Divini cultus obsequium in Basilicis, et Collegiatis hujus almæ Urbis non mediocrem subierit immutationem indultorum causa, queis donari solebant plerique iisdem Ecclesiis addicti ob varia munera, quæ obibant, Sanctissimus Dominus per R. P. D. suum Auditorem anno 1819. die 9. Decembris huic Sacræ Congregationi commisit, ut indultis ad trutinam revocatis, collatisque cum his, quæ decreta fuere a S. particulari Congregatione ab Innocentio XII. anno 1693 deputata, eadem indulta revocaret, confirmaret juxta regulas tunc temporis in pari circumstantia præscriptas. Rem, prout muneris mei ratio exposcit, EE. VV. Reverendissimarum oculis subjeci in Congregatione diei 6. Maji 1820. . Novem tunc proposita fuere dubia, quibus omnibus responsum dederunt EE. PP., accessitque Sacratissimi Principis confirmatio. Facta siquidem Sanctissimo die 10. ejusdem Maji relatione „ *Sanctitas sua resolutionem ejusdem S. Congregationis ad novem prædicta dubia in omnibus benigne approbavit, et respective confirmavit, voluitque, ut in casibus particularibus sub præmissis dubiis non comprehensis provideatur pariter ab eadem S. Congregatione Concilii ad formam sacrorum canonum, et sacrosancti Concilii Tridentini, et juxta praxim ab ea hactenus servatam, atque omnia præmissa inviolabiliter in posterum servari mandavit a die prima Julii proximi futuri, Indultis omnibus tam a se, quam a Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis quomodolibet concessis, et aliis quibuscumque non obstantibus, quibus pro executione præmissorum amplissime derogavit, ut legitur in Lib. 163. Decretorum Sac. Congregationis. Inter ea novem dubia actum etiam fuit de inservientibus Secretariis Congregationum. Quæsitum enim fuit in Dubio III. An, et quomodo sit concedendum Indultum inservientibus Secretariis Congregationum EE. S. R. E. Cardinalium pro expediendis negociis tum Ecclesiastici, tum temporalis regimini, responsumque dederunt EE. VV., affirmative pro diebus, et horis, amissis.*

*Sess. 22, cap. 9.
et sess 24.
cap. 12. de Re-
form.*

Hac edita resolutione , statim Indultarii hujusmodi Secretariis inservientes , supplices Sanctissimum adierunt , qui eorum preces S. Congregationi ablegavit , ut Vos EE. PP. declarare dignemini , an clausula illa *amissis* eo sensu accipi debeat , an scilicet amittant *distributiones quotidianas* , quum ratione indulti absunt a Choro , an vero amittant *distributiones* , quæ ex Testatorum voluntate *inter praesentes* tantummodo distribuuntur .

Varia pro altera hac sententia proferunt Indultarii rationum momenta . Auditor quippe Sanctissimi (ajunt) huic S. Congregationi commisit, „ Che si richiamo ad esame tutti gl'indulti , perchè siano quindi confermati, rivocati , o riformati , secondo le regole allora stabilite, e costantemente poi adottate , ed eseguite dalla S. Congregazione del Concilio . Ideo vero tale munus fuit huic Sac. Congregationi a Sanctissimo demandatum „ appunto perchè ben conosciute le norme , che devono regolare gl' indulti , e le ha costantemente eseguite , debba ella medesima richiamarle ad esame , e proporre alla stessa Santità Sua quali dovrebbero confermarsi , quali rivocarsi , e quali rettificarsi secondo le stesse norme „ .

Hinc Indultarii Oratores conjiciunt S. hujus Congregationis resolutionem ita esse intelligendam , ut scilicet *amissis distributionibus* , quæ inter praesentes dividuntur , integre sibi remaneant *distributiones quotidianæ* . Etenim Sanctissimus Dominus Indulta revocanda , reformanda , vel confirmanda praecipit ad normam resolutionum , quæ prodire sub Innocent. XII. anni 1693. a Congregatione particulari ab eodem deputata . Jam vero S. illa Congregatio approbante Sanctissimo censuit , „ Indultum inser-

„ vienti Secretariæ Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Consultationibus negotiorum ditionis temporalis ejusdem S. R. E. praepositorum concessum esse reformandum , et in posterum restringendum ad illos dies , et horas dumtaxat , quibus ratione hujusmodi servitii actualiter praestandi impeditus fuerit , ejus conscientia desuper strictis-

„ sine querata „, in qua resolutione præcepta non fuit amissio quotidianarum distributionum. Inverisimile ipsis videtur S. Concilii Congregationem ab eo, quod tunc temporis statutum fuit, recedere, ac commissionis a Sanctissimo D. N. habitæ limites excedere voluisse. Et licet verba laudati Decreti accipienda videantur de inservientibus Secretariis S. R. E. Cardinalium præpositorum negociis temporalis Romanæ Sedis ditionis dumtaxat, duo tamen ipsi in contrarium opponunt.

Primo scilicet ita ajunt. Consuetudo, (quæ est optima legum interpret, ac præsertim in themate, cum locum habuerit in Sac. hac Congregatione Concilii, quæ regulas statutas ab ea particulari Congregatione semper servavit) invaluit post decretum ann. 1693. a Sac. particulari Congregatione ab Innocent. XII. deputata emanatum, ut inservientes Secretariis EE. S. R. E. Cardinalium negociis Ecclesiastici regiminis præpositorum donarentur Indulto abessendi a chori servitio pro diebus, et horis, amissis distributionibus inter præsentem tantum, sicut, et inservientibus Secretariis Cardinalium temporali regimini præpositorum. Ubi vero eadem ratio legis, ibi et eadem dispositio adsit oportet. Ac propterea ubi potior adsit ratio, ibi magis, ac magis oportet, ut eadem dispositio vigeat. Inservientes vero Secretariis (inquiunt) EE. Cardinalium ditioni temporali præpositorum ideo indultum illud consequuti sunt, quod Ecclesiæ utilitatibus inservirent. Cum ergo non unius, aut alterius Ecclesiæ, sed universi Christiani gregis utilitatibus famulentur ii, qui EE. S. R. E. Cardinalium negociis Ecclesiasticis præpositorum inserviunt, et magis quam inservientes illi in decreto memorati Ecclesiæ commode studeant, pari saltem indulto donentur oportet.

Accedit et alia dispositio Congregationis a San. Mem. Innocent. XII. deputatæ præmemorato decreto comprehensa, quam etiam ad sese defendendos proferunt Indultarii „ Omnes denique (verba sunt decreti) „ habentes indulta pro singulis diebus, et horis, qui-

„ bus ratione servitiū in eorum muneribus, seu offi-
 „ ciis actualiter præstandi impediti fuerint, adhuc
 „ esse punctandos toties quoties Ecclesiæ, seu choro
 „ non interfuerint, sed in qualibet hebdomada ejus-
 „ modi puncta posse, et debere deleri, seu tolli
 „ pro illis tantum diebus, et horis, quibus indul-
 „ tarii allegaverint particularia impedimenta, ratio-
 „ ne eorundem munerum, eorum conscientia de-
 „ super strictissime onerata, et circa hujusmodi im-
 „ pedimentorum relevantiam iudicio proprii Vicarii
 „ cujuslibet Ecclesiæ, in Ecclesiis vero, ubi non
 „ adest hujusmodi Vicarius, iudicio dignioris Canonici
 „ esse deferendum - .

Decretum itaque (a quo recessisse EE. PP. inverisimi-
 le putant Oratores) punctandos esse decernit inser-
 vientes indultarios, quoties ratione servitii ad trami-
 tes indulti a choro abfuerint. At ejusmodi puncta
 tollenda decernit, habita potius ratione impedimenti
 ex servitio præstando obvenientis (ut ipsi ratiocinan-
 tur) quam indulti obtenti. Quare conficiunt decla-
 rationem expetitam esse consonam decretis antea ema-
 natis, et propterea etiam decreto S. hujus Congrega-
 tionis 20 Maii 1820.

Quod vero Ecclesiæ utilitati incumbunt Oratores, de
 quibus agimus, demonstrare ipsi conantur ex indul-
 tis per longissimam temporis intercapedinem sibi con-
 cassis, quæ quidem non obtinuissent si Ecclesiæ
 commodo non laborarent. Neque vero silentio præ-
 tereunt ipsius servitii genus. Secretariæ quippe, qui-
 bus addicti sunt Oratores, sunt earum Congregatio-
 num, quæ maxima Fidei, Morum disciplinae, et
 temporalis S. Sedis ditionis negotia pertractant, ne-
 gotia inquirunt sæpe ardua, secreta, et difficilia,
 quibus obeundis requiritur peculiaris personæ, fides,
 industria, probitas, doctrina, prudentia. Ex qui-
 bus concludunt memoratam resolutionem intelli-
 gendam esse tantam de amissione distributionum in-
 ter præsentem.

Contra vero animadvertendum est ex praxi S. Con-
 gregationis, quoties indulto additur clausula *amissis*
 sim-

simpliciter absque ullo alio verbo, intelligi a præbendato amittendas esse quotidianas distributiones, quæ *inter præsentibus* dicuntur. In præsentem autem casum amissio distributionum quotidianarum congrua videtur juris dispositioni. Etenim in *cap. licet 33. de præbe et dignitatibus*, legitur *quotidianas distributiones tantum residentibus in Ecclesiis, et his, qui intersunt horis canonicis exhibendas esse*, et fusius, ac clarius patet legenti *caput unicum de Cleric. non resid. in 6.* Atque hinc S. Congregatio ea attenta legis ratione, Inservientibus Secretariis Congregationum Indultum semper concesserit adjecta clausula amissionis distributionum quotidianarum. Accedit præterea Inservientes Secretariis congruam mercedem ex ipso munere percipere, non nisi itaque summæ avaritiæ esset, ut animadvertit *cap. 3. de Cler. non resid.* eos, dum ex munere congruam recipiunt mercedem, nedum præbendæ fructus lucrari, sed etiam quotidianas distributiones, quæ inservientibus ex juris dispositione accrescunt. Quinimo ex constanti S. Congregationis praxi quotidianas distributiones amittunt, qui muneri licet summopere laudabili predicationis Verbi Dei operam dant, cum ex hujusmodi exercitio aliquod lucrum persentiant, et aliunde hujusmodi officium adnexum præbendæ non sit ex fundatione. Postremo si in memorato capite *Licet de præben. derogantur* distributiones Clerico studentis S. Scripturæ, et in celebri glossa ad *cap. Unicum de Magistris in 6.* docet, distributionibus privandos esse absentes a choro causa studiorum, licet agatur de causa tam necessaria, quæ in Clericis Irregularitatem constituit, ne ad Ordines promoveantur, multo magis distributiones quotidianæ amittendæ videntur a præbendatis inservientibus Secretariis, ut semper peregit S. hæc Congregatio.

Cætera quæ Oratoribus favent, et quæ eisdem adversantur colligere poterunt EE. PP. ex folio diei 6. Maii 1820., quod reassumere precor, ut respondere possint.

An, et quomodo recedendum sit a decisis sub die 6. Maii 1820. quoad tertium Dubium, in Casu etc.

In decisis et amplius.

Sess. 21. cap. 5.
de Ref.

LUCANA. In Lucensi Collegiata, et Parochiali Ecclesia sub S Michaelis invocatione extat Capitulum, in quo numerantur Decanus, novem Canonici sexdecim Capellani chorales, nec non Custos, et Sub-custos, seu duo Curati, qui per Bullam Leonis X. anni 1518, ad nutum Decani, et Capituli, ponendi, et amovendi sunt. Capellani, et Custodes singuli annua scutata sexaginta pro stipendio habent.

Custodes ad animarum curam incumbunt. Ad Capellanos vero chorales pertinet per 15. dies alternative choro inservire, integre divinum officium quotidie persolvere, Missamque cum cantu, et quatuor lectas per quemlibet celebrare.

Sacerdos Marcus Antonius Ghilarducci, qui jam a 15. circiter annis Paræciæ illi inserviebat, an. 1805. Sub-custodis munus impetravit: biennio transacto, unius ex illis Capellaniis obtinuit eoadjutoriam. Vix tamen uno elapso anno Capitulum violenta suppressione fuit extinctum.

Rebus tandem compositis Apostolicæ datæ sunt literæ sub die 8. Aprilis 1820. pro Collegiata prædictæ re-dintegratione Archiepiscopo veluti delegato Apostolico, qui ut duo Custodes commodiorem haberent sustentationem, unicuique Capellaniam choralem concessit.

Ætate nunc proæctus an. 65. sub-custos Ghilarducci, ac pluribus infirmitatibus, quibus subicitur obrutus, ut Medicus apud Archiepiscopum fide dignus,
cum

cum juramento testatur, nisi cum magno incommodo Parochialia officia substinere non valet, unde optaret curam animarum deserere, simulque Capellaniam choralem pro sua sustentatione retinere.

Sed cum Decanus, et ipsius Collegiatæ adversentur Canonici, ea ratione ducti, quod duo illa officia nunc tam arcte conjuncta sint, ut unum sine altero retineri nequaquam possit; petit orator, ut quatenus opus sit dignentur E. V. ex gratia ei facultatem concedere, Curam, non vero Capellaniam dimittendi.

De ejus precibus requisitus Archiepiscopus epistolam sibi a Decano S. Michaelis capituli datam conjungens, ac supra relata confirmans, ita suam aperit sententiam - *Hisce positis, ut meam, uti in mandatis est, E. V. R. sententiam aperiam, unum ab alio officium non esse dividendum existimarem. Reditus enim scut. 60. pro curae animarum exercitio assignati, nequeunt honestae praedictam Curam exercentis sustentationi sufficere, neque modo, stante hujus Ecclesiae paupertate, quae onera pensionum, et dotationum, quas Sanctissimus in suo Brevis nuper emanato sapientissime statuit sustinere valet, alia via augeri possunt. Ac proinde si petita officiorum separatio eveniat, qui curam animarum exercent, vix poterit reperiri, quod quidem tam grave mihi videtur, ut exposita oratoris infirmitatis causa bono animarum publico cedere debeat - Quæritur igitur an constet de tali unione, ut non liceat beneficium a Cura animarum dividere, et an oratori facultas retinendi capellaniam, curamque dimittendi concedenda sit.*

Beneficiorum, ac officiorum unionem inter odiosa generaliter collocandam esse, et regulariter non promovendam, adeoque in dubio contra eam pronuncian- dum esse tradit *Turricell. de unione Benef. part. 3. quaest. 882. immo jura nihil magis abhorrent, quam ab uno plurium occupari officia can. singula 1. Dist. 89. ubi Pontifex - sicut; inquit, in tecorum est in corpore humano, ut alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.*

Præterea, ut unio certa habeatur, requiritur titulum unionis demonstrari vel per autenticum instrumentum, seu litteras ipsius unionis *Rota recent. part. 10. decis. 351. num. 2., part. 11. decis. 305. num. 2. et alibi*, vel diuturnitatem temporis, ac longissimam observantiam. *Rot. recent. part. 5. tom. 2. decis. 441. num. 4. part. 10. decis. 48. num. 6. part. 15. dec. 215. num. 12.*

In præsentī casu unionem hanc non adesse colligitur tum ex causa, ob quam orator ipse hæc duo officia consecutus est, tum ex temporis distantia, quæ inter unam, ac aliam collationem intercessit.

Porro sub-custodis officium oratori datum fuit ad nutum Decani, et Capituli amovibile: cum vero ipse Ghilarducci an. 1807. titulo coadjutoris ad capellaniam admissus fuit, collatio præsumi debet tamquam perpetui beneficii. Numquam enim ad manualia beneficia coadjutoria admittitur.

Ad collationis vero tempus quod pertinet, cum non nisi post an: 15. ab acquisitione prioris officii alterum Orator sit consecutus, sequitur minime hæc duo fuisse conjuncta, quæ enim conjuncta sunt, veluti unum idemque officium sunt considerata, eodemque temporis instanti conferuntur. Ludov. *decis. 77. num. 3. Ventriglia Praxis. tit. 2. annot. 89. num. 27., et alii passim*, quæ enim de unione beneficiorum referunt, ad officia etiam pertinent; nam officia per omnia diriguntur ut beneficia, secundum *Sarnen. in reg. de infirmis quaest. 22. verb. aut loquimur de officio Fagn. Lib. 1. c. Coeterum de Rescriptis numer. 76.*

Fieri utique posset, ut uni personæ, quæ jam aliquod habet officium, alterum deinde conferatur retinendum simul cum primo per modum unionis, et inseparabiliter. At hoc expresse declarandum esset in collatione secundi beneficii, quod minime est in casu nostro, nam in electione Ghilarducci in Capellanum choralem hæc officiorum conjunctio nulla prorsus ratione declaratur. Quinimo nec in Bulla foundationis, nec in alio peculiari indulto nominatur hæc unio; sed potius in Brevi Pontificio Collegiatæ repristinatio sub die 8. Aprilis an. 1820. a

Sanctissimo dato, enumeranti præcise Decanum, 9. Canonicos, sexdecim Capellanos chorales, et duos Curatos, clare distinguuntur duo Curati, a sexdecim Capellanis inter quos nunc vellent comprehendi.

Verum pro unione officiorum occurrit immemorabilis consuetudo, quam laudant Archiepiscopus, et Decanus referentes unam ex Capellanis choralibus semper Curatis fuisse connexam, neque eos animarum curam umquam reliquisse, nisi Capellaniam etiam dimitterent.

In veterata autem consuetudo vim legis habet cap. *super quibusdam* §. *praeterea apud Fagn. L. 2. cap. Cum contingat de Foro competenti num. 6.*, et sufficiens præbet unionis testimonium.

Perpendendum insuper est Archiepiscopum, Curatis nunc existentibus Capellaniam concessisse, quamvis nulla explicita conditione, tamen eo animo ductum parochialis præbendæ paupertatem succurendi, quæ redditum 60. annualium scutatorum pro quolibet Curato non excedit. Sane deficeret hic laudabilis collationis finis, nisi inseparabiliter conjuncta essent officia.

Videant itaque PP. EE. ex hisce rationibus an duo officia inseparabiliter sint conjuncta, vel non, et quatenus in affirmativam sententiam concedant, inquirendum secundo erit, an sit consulendum Sanctissimo pro divisione officiorum.

Certissimum quidem est Ecclesiasticam æquitatem non pati quod ministri, qui longum, ac laudabile præbuere servitium indigentiae deserantur, tum cum ob infirmitates, aliasve causas proprium officium dimittere coguntur, ut in *Textu cap. 1. de cler. aegrot.*

Quinimo ex citato textu infert Abbas ibidem num. 3. *apud Reinfest. Lib. 3. tit. 6. num. 3.*, quod privare clericos infirmos suis redditibus, videatur turbare statum Ecclesiasticum, ne dum præsentem, sed, et futurum; Si enim clerici aegrotantes tam inhumane tractarentur caeteri deterrerentur a clericatu. *Accedit quod afflicto non sit addenda afflictio.*

Sacerdos Ghilarducci spatium 32. annorum Curæ servitium præbuit, et præsertim 17. ut sub-Custos, seu Curatus; anni unius spatio priusquam nempe Col-

legiata fuerit abolita, coadjutor fuit Capellaniæ choralis, aliam tandem duobus abhinc annis choralem Capellaniam obtinuit, et retinet.

Unde ob diuturnum Ecclesiæ servitium non videtur omni ecclesiastico subsidio privandus, saltem ad titulum pensionis, quando ob ætatem, vel infirmam valetudinem servitium adhuc præstitum protrahere amplius non potest. Huic tamen Canoniciæ æquitati opponitur Ecclesiæ paupertas. Nam si chorale officium a parochiali dividatur ob memoratam reddituum insufficientiam, difficile erit reperire idoneum Presbyterum ad animarum curam exercendam, quæ gravior etiam effecta est, ex eo quod sub Gallico regimine aliæ duæ Paræciæ S. Matthæi, et S. Salvatoris illi conjunctæ fuerint, et modo conjunctæ servantur, quamquam non amplius tres Curati sint, sed duo tantum, ut erant ante Paræciarum illarum unionem.

Oportet igitur, ut subsidium aliquod illi animarum Curæ præbeatur, cumque non aliunde Archiepiscopo teste, haberi possit, ut alia beneficia, vel officia eidem conjungi debeant juxta *Trident. sess. 21. de Ref. cap. 5.*: quod si in his casibus beneficiorum aliorum unionem S. Synodus præcipit, uniones multo magis jam factæ sunt confirmandæ.

His omnibus consideratis decernant EE. VV. dubia sequentia.

I. *An officium sub-Custodis sit inseparabiliter conjunctum Capellaniæ choralis, ita ut unum sine alio dimitti nequeat in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dismembratione in casu ec,*

Ad I. Negative in omnibus.

Ad II. Provisum in primo.

FOROSEMPRONIEN. JURISPATRONATUS. An- Sess. 14. cap.
no 1638. Michael Angelus Guarantuccius duas publi- 14. de Ref.
co instrumento instituit Mansionarias in oppido Sor-
bolongo Forosempromien. Diœcesis summa unicuique
assignata scut. 45. circiter. Celebratio annua 90. mi-
sarum pro quolibet Mansionario, chori frequentia sin-
gulis diebus festis, cognitio cantus Gregoriani, et
Episcopi mandatis in quolibet officio Seminarii Foro-
sempronien. obsequium, onera fuerunt Mansio-
nariis imposita in ipsis institutionis tabulis. Sibi, et
Fratri Joanni Paulo reservavit Fundator, jus nomi-
nationis, post fatum vero ipsorum, consilium com-
munale oppidi Sorbolonghi in eo succedere voluit,
quod tamen ad Ordinarium devolveretur qualibet vi-
ce, si post quindecim dies ab habita notitia vacatio-
nis, consilium negligeret Mansionariorum nomina-
tionem, perpetuo vero si vel hoc jus consilium abdi-
caret, vel consiliarios inter aliqua controversia oriretur.

Communitas Sorbolonghi Motu proprio an. 1816. felici-
ter regnantis B. N. Papæ Pii VII. juncta est oppido
Turris Camertis, et perempto illius Communi
Consilio, novem ex incolis Sorbolonghi interesse de-
bent Comitibus celebrandis in Castro Turris Camertis
ad communia pertractanda negocia.

Orta hinc quæstio est, an casus ille advenerit juxta
Fundatoris mentem, quo jus nominandi ad Ordi-
narium sit devolutum, seu potius ob peractam unio-
nem prædictorum Oppidorum jus hujusmodi integro
Consilio sit reservatum.

Hoc proposito dubio in relatione Episcopi ad SS. Li-
mina, et instante Promothore Fiscali pro devolu-
tione quæsita est ipsius Episcopi informatio, quam reddi-
dit hisce verbis, „Ex particula Instrumenti habetur, quod
„ post mortem ipsius Institutoris, ac ejus Fratris
„ habeat jus nominandi, ac præsentandi Mansio-
„ narios Communitas Castri Sorbolonghi, quæ Com-
„ munitas tunc temporis constabat pluribus Consi-
„ liariis possidentibus dicti Castri, qui sæpe sæpius
„ ubi necessitas aliquid statuendi emergebat unieban-
„ tur in aula Domus Communalis, sub eorum Capi-
„ taneo ad evigilanda negocia, quæ ad bonum Pa-

„ triæ spectare videbantur. Ast nunc non amplius
 „ adest in prædicto Castro Consilium, cum Castro
 „ ipsum appodiatum sit cum alio Castro Turris Ca-
 „ mertis, nec amplius adsunt Sorbolonghi vel Ca-
 „ pitaneus, vel Publici Reprehensantes, sed novem
 „ dumtaxat homines, qui Consiliis interesse debent
 „ in prædicto Castro Turris Camertis, neque in pa-
 „ tria ullis potiuntur facultatibus decernendi negotia,
 „ sed neque Comitia convocandi, quæ nullius es-
 „ sent valoris. Quare cum res ita se habeat, vide-
 „ tur Communitas, quæ ab institutore in Jurepatro-
 „ natus suffecta est, omnino excidisse, ac proinde
 „ in Episcopum devolutum esse jus nominandi, eo
 „ vel magis, quia habetur in Institutione, quod si
 „ homines dicti Castri quoquo modo renuntient; vel
 „ si oriatur inter eos aliqua controversia, vel diffe-
 „ rentia illico, et ipso facto cadant ab hoc jure no-
 „ minandi, et præsentandi, et collatio libera sem-
 „ per remaneat Domino Episcopo.

„ Nunc itaque si ipsi non renunciarent per se, novum
 „ systema a Principe statutum, per quod dissolu-
 „ ta fuit eorum Communitas, et Consilium ablatum,
 „ videtur devolvisse ad Episcopum prædictum jus
 „ nominandi. Hisce igitur positis mihi possibile non
 „ esset super hac re publicos interpellare Reprehens-
 „ tantes, cum nulli isti sint, ob jam destructam
 „ illius Castri Comunitatem, ut supra dictum est, -

E medio quo cumque modo sublato patrono, jura quo-
 que patronatus perimi, nullus remanet dubitandi
 locus. Concors est hac in re Canonistarum sententia
 uti videre est apud *Barbosam de jurepatr. num. 154.*
Pirhing. lib. 3. Decret. tit. 38. num. 138. In unione ve-
 ro Communitatis Sorbolongh cum illa Turris Camer-
 tis videtur extinctus Patronus, cui jus nominandi
 Mansionarios competeat juxta Fundatoris institutio-
 nem. E medio enim sublatum est communale Consi-
 lium Sorbolonghi, nulla amplius illi facultas est in
 unum conveniendi ad expendenda negotia, quæ in
 diem contingunt. Hujusmodi unio ita facta videtur
 Oppido Turris Camertis, quasi accessorium princi-
 pali unitum esset, eo modo, quo aliquando uniu-
 tus Ecclesiæ, et Beneficia, sed in tali unione Eccle-
 sia-

siarum, et Beneficiorum, unitam quasi extinguatur, quia assumit naturam, qualitates, et privilegia Beneficii principalis, cui adheret, ita ut si Ecclesia exempta uniatur non exemptæ, exempta jus exemptionis amittat, et e contra, item si sæcularis jungatur Regulari, juncta et ipsa regularis evadat, uno verbo Ecclesia, vel beneficium unitum manet extinctum, ut tradunt *Barbosa de unionibus Benef. lib. 5. Jur. Ecc. Univ. cap. 16 num. 7. et seqq. Pirh. de Praeben. et Dignit. num. 201. Rebuf. prax. tit. de union. benef. num. 12.*

Ita a pari in sequuta unione, vi Motus Proprii Sanctissimi jus patronatus competens Oppido Sorbolonghi videtur extinctum. At amisso, vel extincto jure patronatus Ecclesia, sive Capella, vel Beneficium libertatem consequitur, ita ut ab Ordinario libere conferatur, ut *Barbos. tradit de jure patr. num. 154.* Ergo ad Ordinarium in casu devoluta videtur Mansionariarum nominatio. Accedit favor Fundatoris erga Ordinarium, cui, ut supra monitum fuit, nominatibnem perpetuo devolutam voluit, si vel Communitas huic juri valediceret, vel in eo fruendo lis oriretur; pro ea vice tantum, si nominationem negligeret post lapsum quindecim dierum a die habitæ notitiæ vacationis.

E contra nonnulla advertenda occurrunt, quæ suadere videntur devolutam non esse Ordinario nominationem Mansionariarum. Etenim Motus proprius Sanctissimi non exhibet Communitatum unionem per quam earum jura, privilegia, et qualitates omnino perimerentur, uti contingit in unione accessorie facta Ecclesiarum, et Beneficiorum, sed uni alteri Communitati insimul eam unionem factam fuisse, ut sæpe sæpius contigit in simplici Beneficiorum, vel Ecclesiarum unione per quam privilegia uni Ecclesiæ data etiam alteri competant, et si sint contraria, meliora, et favorabiliora retineantur, reliqua cessent, ut docet *Schmalzgr ueber. par. 1. tit. 5. num. 152.* Alioquin quod providissimus Princeps in ipsarum Communitatum, ac subditorum utilitatem constituit, in maximum eorum damnum verteretur.

Et reapse dum Oppidum Sorbolongo conjunctum fuit alteri Turris Camertis adjecta est conditio, ut novem Incolæ Sorbolongi interesse debeant in quolibet Consilio communi Castri Turris Camertis. Horum Consiliariorum Dux residet in Oppido Sorbolongi, qui dicitur Syndacus, „ *Nei luoghi appodati vi sarà un Sindaco dipendente dal Gonfaloniere della Comunità principale* „. Non igitur jura, privilegia, et qualitates Communitatum junctarum in unione sunt perempta, cum adhuc perseverent, qui ea reprehensent, sed potius communicata sunt integro consilio de duabus composito Communitatibus.

Nec prætereundum, rem esse de jure patronatus laicali, cujus magnus est favor, et ut advertit *Fagnanus in c. quoniam 3. de jurepat. num. 10.*, si in simplici concessione, unione, vel reservatione alicujus Beneficii per Pontificem ipsum facta derogatur quidem beneficiis *juris patronatus Ecclesiastici*, non item *Laici*, nisi specialiter id Pontifex exprimat, eo vel magis per unionem Oppidi, cum plures sint adhuc ejusdem consilarii, qui cum integro consilio Castri Turris Camertis nominare possunt Mansionarios, jus hujusmodi nominandi non videtur sublatum, et ad Ordinarium devolutum. Neque hac unione extinctus omnino dici potest Patronus, sed potius auctus, cum jura unius Oppidi communia facta sint duobus. Quin juvetur Ordinarius fundatoris favore. Nam in odioso casu privationis nequit contemplatio expressæ renunciationis, trahi ad præsumptam, et tacitam renunciationem petitam ex unione Communitatum.

Dubium igitur erit.

An nominatio Mansio nariarum devoluta sit ad Ordinarium in casu etc.

Negative.

OPPIDEN. VOCIS IN CAPITULO. Clerico Josepho Grillo Diœcesis Oppiden. SS̄mus Dominus Noster Pius PP. Septimus per Litteras Apostolicas in forma Brevis datas diei 18. Novembris 1817. indulgit, ut ad Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ Oppiden. dimissum a Salvatore Pane ascendere valeret, etsi id per ætatem septendecim annorum, et per majorum Ordinum defectum eidem non liceret. En verba Apostolicæ Dispensationis: *ut illis (defectibus) minime obstantibus, Canonicatum prædictum illiusque omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus exigere percipere, et levare suosque in usus, et utilitatem, supportalis respectivis oneribus, convertere libere et licite possis, et valeas auctoritate Apostolica tenore præsentium dispensamus, expressa tamen sub conditione, ut Canonicatus prædictus a te consequendus debitis non fraudetur obsequiis, sed supportentur onera consueta, ut statim ac per ætatem licuerit ad omnes Sacros Ordines per Canonicatum hujusmodi requisitos promoveri, servatis servandis tenearis.*

Vigore hujus indulti Joseph consequutus est Canonicatum, et ratus Sanctissimum, cum dispensavit super ætate, et Sacrorum Ordinum defectu, dispensasse etiam super incapacitate ferendi suffragium in Capitulo promanante ex defectu Sacrorum Ordinum sessionibus Capitularibus interfuit, suumque tulit suffragium, immo etiam per procuratorem suffragatus est, cum a residentia abesset, præsertim in electione Vicarii Capitalaris.

Verum nonnulli nunc ex Oppidensi Capitulo, opponuntur quominus vocem in Capitulo habeat Orator Sacris destitutus Ordinibus, et quoniam Diœcesanus Antistes quæstionem hanc definire noluit ea sapientissimo Vestro, Eminentissimi Patres, iudicio dirimenda proponitur.

Episcopum pro informatione, votoque requisivi; qui hæc refert - *Audito Cathedralis Capitulo canonice congregato, ex ejus relatione in scriptis, casum hujusmodi dispensationis pro Clericis minoristis haud viventium Canonicorum extare memoriae, non ea Episcopali, et Capitulari archiviis sub terremotus*

ruinis anni 1783. obrutis , posse conjici: Clericum
 Canonicum Grillo in sessionibus Capitularibus ad
 suffragium praestandum pluries fuisse admissum ,
 pro negotiis administrationis, non vero jurisdictionis,
 habita consideratione morum suorum irreprehensibi-
 lium , tantumque illi modo suffragii jus denegatum,
 ne Capitulo ipsi praedictum inferatur, clare con-
 stat.

*Ex modernis Ecclesiae Constitutionibus nihil super tali
 re reperitur praescriptum. Canonici Oratoris Nati-
 vitas sub die vigesima septima mensis Martii mille-
 simi octingentesimi primi accidit. Promotionis ejus-
 dem ad Sacros Ordines tempus minime advenit ,
 quamvis desideretur ardentem. Absoluta videtur Apo-
 stolica dispensatio , verificata tantum sacrorum ordi-
 num susceptione , ut ex copia Brevis , quam hic
 adjungo colligitur. Idem Canonicus Orator singula-
 ri pollet ingenio , laudabili probitate , studioque se-
 rio addictus , Ecclesiae , ac choro suum praestat
 servitium .*

*His positis , suffragii praestandi facultatem supradi-
 cto Canonico Grillo in quibusvis Capitularibus Con-
 gregationibus, concedi posse arbitror , attenta tem-
 poris brevitate ad Subdiaconatus susceptionem , bo-
 na fide, qua pluries dedit suffragium , nemine con-
 tradicente , per duos circiter annos ; Et canonicae
 institutionis Bulla ab ordinario expedita , id minime
 vetante -*

*Eos omnes qui Sacro carent Ordine vocem in Ca-
 pitulo habere non posse decrevit sess. 22. cap. 6.
 de ref. S. Tridentina Synodus hisce verbis : Qui-
 cumque in Cathedrali, vel Collegiata saeculari vel
 regulari Ecclesia divinis mancipatus officiis in Sub-
 diaconatus Ordine saltem constitutus non sit ; vocem
 in huiusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat , etiam-
 si hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum. Hinc se-
 quitur oratorem , qui sacro Subdiaconatus ordine
 non est insignitus , vocem in Capitulo habere non
 posse .*

*Verum quoniam Canonicus Grillo putat , dispensatio-
 nem sibi concessam ad Canonicatum obtinendum
 etsi*

etsi Sacris Ordinibus decoratus non foret suffragataram etiam sibi fore ad votum ferendum, animadvertere præstat privilegium, quod cedit in aliorum detrimentum strictam recipere interpretationem, præsertim si sit contra jus, tum quia omnis recessus a jure censetur odiosus *cap. is qui 1. et cap. si quis 2. de filiis Presbyt. in 6.* tum quia id clare constitutum reperitur in *cap. super eo 15. de officio delegati*, cui concordant *cap. Licet 12. de Officio Ordinarii cap. Cum Capella 16., cap. Pastoralis 19., et cap. Dudum 31. de Privileg.* Hoc autem privilegium in aliorum cederet detrimentum, si huic suffragii ferendi facultas fieret. Nec quidquam refert quod hucusque Oratori suffragandi jus ab aliis Canonicis concessum fuerit, perinde ac isti juri suo cesserint. Capitulum enim super hoc dispensare non potest, non vocem ei, qui subdiaconus non sit, concedere valet, quemadmodum, pluribus citatis, diserte docet *Barbosa de Can. et Dignit. cap. XXXVII. num. 5.* Hactenus adnotatis concordat resolutio hujus Sacræ Congregationis prolata in *Sabinen. 31. Maii 1783. ad 1. dub.*

Cum enim quidam Canonicatus in Ecclesia Collegiata Montis Rotundi auctus fuisset, cui adnexus erat Presbyteratus, et nondum ad Subdiaconatus Ordinem ascendisset ex defectu ætatis, super quo dispensaverat Pontifex; cum is a Capitulo electus fuisset Cameraarius Sacrarii, proposito dubio, „ *An sustineatur electio in casu ec.* responsum fuit *Negative*, et amplius, in quo animadvertere præstat, non fuisse tunc disputatum de voce activa, quæ potior est, sed de voce passiva, quæ minor est, et de qua controversia est inter DD., an scilicet inhibitio ferendi suffragium facta ei, qui Subdiaconus non est, secum ferat etiam incapacitatem habendæ vocis passivæ.

Attamen pro voce in Capitulo concedenda Josepho Grillo nonnihil ponderis habere videtur id, quod docet *Barbos. de Canonic. et dignit. cap. XXXVII. num. 13.*, ubi hæc habet: *Declarat etiam, non procedere dictam principalem resolutionem* (quod scilicet is qui Subdiaconatu caret voce etiam in Capitulo care

re
-007

re debeat) in Canonico dispensato a Papa, ut in aetate sexdecim annorum, vel in alia sufficienti Canonicali in Cathedrali obtinere posset; nam eo ipso quod dispensatus circa aetatem, et prouisus de Canonatu, Praebenda, fructibus, et stallo, debet ad vocem admitti prout alii Canonici, ea ratione, quia cap. 4. sess. 22. de ref. et Clem. ut ii de aet. et qual. ec. locum non habent in impedito defectu aetatis, nec in legitime dispensato, sed solum in negligente, et nolente. Atque hanc doctrinam tum plurimum DD. auctoritate, tum S. hujus Congregationis resolutionibus in Reatina 10. Julii 1627., et in alia Montis Politiani 13. Januarii 1629. emanatis confirmare conatur.

Hæc autem omnia Sapientissimo EE. VV. judicio subiiciens definiant rogo.

Dub. *An Josepho Grillo competat jus ferendi suffragium in Capitulo in casu ec.*

Non proposita cum sequenti.

Sess. 25. cap. 4.
de Ref.

JANUEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET REDUCTIONIS. Joannes Baptista Constanti testamento anno 1670. die 29. Decembris exarato, ita propria, uxorisque animæ favore legavit „ Item, fonda una Cappella di una messa quotidiana in detta Chiesa di Portoria a detta sua Cappella, da servirsi dalli medesimi Reverendi Padri di detta Chiesa, giornalmente pregando per l'anima sua, e dell' infrascritta sua moglie . . . , e per fondo di detta Cappella ordina, e comanda, che siano impiegati mille scudi di argento in Paghe, e Luoghi di S. Giorgio, ed altri impieghi come meglio parrà all' infrascritto suo consigliere, e all' infrascritta sua

moglie , quali possono accrescere detto impiego , quando detti scudi mille argento, non bastassero a loro giudizio , ed a quali concede , che avuta giustificazione di della serviù , possino fare li dovuti mandati per la mercede di dette messe .

Temporis successu hujusmodi Capellania Xenodochio unita fuit , et an. 1778. hospitalis Præses Missarum petiit reductionem a S. Sede , et attenta reddituum tenuitate scut. 33. monetæ Romanæ voti compos factus est , et tot missarum mandata est celebratio , quot essent eleemosynæ juxta taxam synodalem . *Pontificium vero Rescriptum , ait Archiepiscopus in suis literis S. Congregationi datis, minime curiæ nostræ exhibitum fuit, neque aliud de dicti rescripti existentia novimus , nisi simplicem memoriam in libris Xenodochii.*

Anno 1814. lex quædam lata est , quæ jussit , ut piæ administrationes , fructus , quos temporum calamitate datum non fuit exigere , exigerentur , et sorti accrescerent . Sicque aucta sorte fructus ejus quoque ad summam usque creverunt scut. 45. monetæ romanæ . Rebus ita compositis , annorum quatuor redditibus summa confecta est scut. 193. , quæ integra servatur in Xenodochii ærario .

Hac factorum narratione præmissa , tria modo postulat hospitalis Præses ab EE. PP. I. reductionem Capellaniæ taxata in posterum eleemosyna obolorum 30. Januensis monetæ pro unaquaque missa , II. Ut supra enunciata summa , quæ in ærario servatur missarum celebratione destinata taxetur , ut supra in obolis 30. pro quolibet missa III. denique ut adjectio sorti facta an. 1814. firmetur Apostolico Beneplacito .

De more S. Congregationis auditus Archiepiscopus , sic circa primam Oratoris petitionem mentem suam aperuit , *Quæ cum ita sint petitiæ missarum reductioni annuendum arbitror taxata in posterum eleemosyna ad obol. 30. monetæ Januensis , quæ attentis temporum , et Xenodochii circumstantiis congruam esse censeo .*

Et re quidem vera prædicta eleemosyna romanæ monetæ obolos constituit 12. circiter cum dimidio ; subsidium

tenue nimis pro Capellanis Xenodochio addictis , curæque spiritualis infirmorum sollicitis , quibusque attenta hospitalis paupertate nulla alia subveniendi via affulget . Hinc si hac præ oculis habita causa Pontificia Rescripto cæteræ reductæ sunt Xenodochii Capellanæ , multo magis in casu in pretio habenda videtur oratoris petitio , cum prædicta Capellania Presbytero *Valveh* collata sit , cujus sunt partes inservire spiritualiter infirmis ultramontium vulgaris sermonis ignaris , et hospitalis paupertas non patiatur , ullam ferre summam huic officio assignandam . Agitur enim hic de misericordiae opere , cui plurimum favendum censet *Thomasinus de veteri , et nova Ecclesiae disciplina part. 1. lib. 2. cap. 89.* , ex quo pariter pii Testatoris suffragatur anima , et non raro in pretio habitum est a S. Congregatione , ut in *Albinganen. 12. Decembris 1778.* , et in *Anconitana Missae 20. Aprilis 1778.*

E contra vero , cum quantum commode fieri possit mentis , et voluntati Testatorum sit obsecundandum , ut legitur in *Catanien. Commutat. voluntatis die 18. Julii 1653.* , et nisi justa , urgensque causa id exigat , commutandæ non sint Testatorum voluntates , ut tradit *can. voluntas causa 17. quaest. 2.* , definitivique *Tridentina Synodus sess. 22. cap. 6. de Ref.* , et haec *S. Congregatio in Romana commut. volunt. die 14. Junii 1806.* ne viventes , qui piis voluntatibus derogatum iri vident , a piis dispositionibus faciendis retrahantur , ut ad *Const. Innoc. IV. monet Cardinalis Petra comment. tom. III. num. 50.* , neque in melius id expediat , quando hujusmodi commutationi firma resistit Testatoris voluntas , ut docet *Piton. controuv. Patron. alleg. 50 num. 2. Rota coram Rezz. decis. 158. numer. 3.* , et *S. Cong. in Florent. Commut. Volunt die 15. Februarii 1747.*

Cum vero Jo. Baptista Coristantius Capellaniam fundaverit suffragio propriae , uxorisque animae non , ut eadem consulere Xenodochii inopiae majorem ejusdem Capellano subministrando eleemosynam , cujus intuitu spirituali auxilio subveniret infirmis , haud ad-

admittenda videtur augmenti petitio. Pro majori eleemosynae augmento decrescunt sacrificia, et frustranea fit Testatoris voluntas, cujus nautandae causa ita urgens, et vehemens esse debet, ut non nisi commutata voluntate publicae necessitati consuli queat, ut de controversiis Patron. docet. *Piton. alleg. 50. tom. 1.*, et definiuit S. Congr. in *Perusina* 12. Maii 1764..

Alteri vero Praesidis postulationi, sic annuit Archiepiscopus, „ Idem pariter opinor quoad fructus superius „ memoratos, atque in aerario existentes, ea potissimum „ fretus ratione, quod cum ex redditibus dictae „ Capellaniae insufficientis sit eleemosyna pro quotidia- „ naria celebratione, necessarium proinde foret „ supplementum aliunde quaerere, ut Capellanus „ quotidiana eleemosyna provideatur „; Subdit de- „ inde Archiepiscopus praedictam summam implemen- „ to Capellaniae destinata, illico fore impenden- „ dam ad levamen animae pii defuncti; sed si tamen „ Sanctissimo placuerit, justa causa concurrente, posse „ eandem assignare Capellano, ut ad aliquot annos „ quotidiana eidem praebetur eleemosyna missarum. „ Monet insuper laudatus Praesul ex praedicta summa „ libel. monetae Januensis 1256. fore detrahendas li- „ bellas 256., quibus constituta eleemosyna obol. 20. „ monetae Januensis juxta synodalem sanctionem pro „ qualibet missa, tot pro suffragio pii Testatoris illico „ celebrentur sacrificia.

Alteri huic postulationi favet praxis hujusce S. Congregationis, quae die 16. Februarii hospitali Cremonae, ut eius consuleret inopiae, non solum missarum, et anniversariorum dilationem, et reductionem concessit, sicuti in casu desideratur, sed suspensionem ad decennium verbo facto cum Sanctissimo indulxit. Sed insuper die 10. Januarii 1751. gratia fuit prorogata ad aliud quinquennium, et die 28. Febr. 1761., proposito dubio „ *An sit consulendum Sanctissimo pro gratia suppressionis, onerum, anniversariorum Capellaniarum, aliorumque suffragiorum in casu*; S. Congr. respondit esse consulendum Sanctissimo pro gratia prorogationis ad aliud decennium ad

ad formam præcedentis indulti. Jam vero si in causa Cremonensi intuitu inopiæ hospitalis, et consulendi gratia indigentis infirmorum, quod charitatis præceptum tantum a Conciliis, et SS. Patribus comendatur, ut notat Ludovicus Antonius Muratori *de charitate Christi cap. 12., et 17.*, non dilatio, aut reductio missarum, et Capellaniarum tantum concessa est, sed totalis temporanea suppressio, in spem erigitur orator, et eo magis in præsentis casu ejus petitioni favendum sit, quia causa eadem concurret, et petitio longe est inferior.

Ex adverso autem contra eundem præter superius dicta de non mutandis ultimis voluntatibus, nisi quando alia via publicæ necessitati consuli nequit, agitur hic de missis celebrandis præcepto Testatoris, cui fidem servare debitum est justitiæ præferendum præcepto charitatis, et in onerum reductione prius sunt reliqua opera reducenda, quam missarum numerus juxta præxim a S. Congregatione receptam, de qua Fagnan: *in Capite ex parte de Constitutionibus n. 34., et Bened. XIV. de Synod. Diaeces. lib. 13. cap. ult. n. 23.* Cum enim sacrificia prosint defunctis per modum suffragii juxta doctrinam Angelici Doctoris *in 4. disti. 43. quaest. 2. art. 4. ad primum*, plus certe suffragii capiunt fidelium animæ, si plures Missæ celebrentur. Hinc S. Congregatio constantissime mandavit Missarum reductionem fieri debere ad rationem manualis elemosynæ, detractis expensis pro sacris utensilibus Ecclesiae debitis, ut *in Romana 27. Februarii 1717., in Fulginaten. 26. Martii 1718., in Perusina 27. Junii 1733., in Fanen. 14. Februarii 1761.* Item utilius esse pio Testatori statim omnes celebrari Missas supradictæ summæ, quæ in ærario servatur, quam in annos partiri, monet *Pasqualig. de Missis Defunct. q. 291. nu. 1.*

Ultimæ demum postulationi sic annuit Archiepiscopus *Aequum denique, et necessarium existimo, quod tertio*

loco Protectores expostulant, ut Apostolico denique Beneplacito firmetur adjectio fructuum capitali facta an. 1814. vi legis a Republica latae. Quidquid sit de hujusmodi lege, utilis tamen fuit Capellaniae ob augmentum redditus in libel. 81, 11, 10. monetae Januensis eandem iis temporibus Protectores acceptarunt, atque in praesentiarum vana foret quaecumque quaerela, neque altera dispositio, vel providentia impetrari posset, Jam vero si in Balneoregien. die 17. Junii 1820. proposito Dubio an, et quomodo sint erogandi fructus percepti ejusdem legati in casu etc. S. Congregatio respondit, affirmative facto investimento scut 178. et obol. 10. ad effectum celebrandi tot missas, quot fructus ad perpetuam pro anima Fundatoris legati litaniarum facto verbo cum SS. no, dum interea parati erant fructus, qui juxta mentem Testatoris erogari debebant, tanto magis in casu justa videtur postulatio Oratoris, quando jam sorti copulati sunt fructus virtute legis, et hujusmodi adjectio utilis evaserit Capellaniae; et modo frustra ejus desideraretur separatio,

Contra vero praeterquamquod, hic quoque Oratoris postulatio adversatur Testatoris piæ sanctioni, adversatur etiam S. Congregationis decretis, quæ fructus Missarum celebrationi assignatos non posse converti in capitalis augmentum definivit in Bononien. legati Missarum 7. Decembris 1667. , 9. Augusti 1668. et 4. Septembris 1702. Dum enim fructus sorti conjunguntur, quin erogentur in Missarum celebrationem, piorum Testatorum animæ sibi relictis carent suffragiis. Vestrum igitur erit EE. PP. sequentia dirimere Dubia.

I. An, et quomodo reducenda sit Capellania in casu etc,

An

- II. *An, et quomodo pecunia, quae in aerario servatur sit eroganda in celebratione Missarum in casu etc.*
- III. *An sit consulendum SSmo pro approbatione jam facti augmenti sortis in casu etc.*
- IV. *An sit consulendum SSmo pro absoluteione quoad onera inadimpleta in casu etc.*

Die Sabathi 22. Junii 1822. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

OPPIDEN. VOCIS IN CAPITULO.

Sess. 22. cap. 4.
de Ref.

Dubium.

An Josepho Grillo competat jus ferendi suffragium in casu etc.

Negative

JANUEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET REDUCTIONIS. Sess. 25. cap. 4.
de Ref.

Dubia.

I. *An, et quomodo reducenda sit Capellania in casu etc.*

O

II. *An*

- II. *An, et quomodo pecunia, quae in aerario servatur sit eroganda in celebratione Missarum in casu etc.*
- III. *An sit consulendum Sanctissimo pro approbatione jam facti augmenti sortis in casu etc.*
- IV. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolute quoad onera inadimplenda in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Archiepiscopi ad decennium.

Ad II. Affirmative ad tot Missas ad taxam Synodalem quam citius celebrandas,

Ad III., et IV. Affirmative,

Sess. 24. cap. 4.
de Ref. Matrimonii.

TRIVENTINA NULLITATIS MATRIMONII. Vix inito die 13. Junii 1819. in faciem Ecclesiae, et juxta SS. Tridentini Concilii praescriptum Matrimonio inter Nicolaum Sanctum Mastronardum, et Angelam Mariam Orlando Civitatis Angloni Triventinae Dioe-

Dioeceseos, detectum est dirimens inter Conjuges impedimentum *ob quartum consanguinitatis gradum*. Prudenti consilio Episcopus nihil intentatum reliquit, ut obtenta Apostolica dispensatione Conjuges ad renovandum consensum induceret. Inutili tamen conatu, obnitente semper in contrarium Muliere, a qua actum judicialiter est in Episcopali curia, cujus sententia Matrimonii nullitas fuit declarata.

Juxta *Benedictinae Constitutionis* censuram, interposita a Matrimonii Defensore appellatione, causæ agnitio delata est ad supremi hujus Ordinis judicium, instante muliere, de cujus precibus rogavi Episcopum, ut referret, prævia confectione processus, super asserto impedimento, et perquisitis libris parochialibus, et actis Cancellariæ Episcopalis, nec non auditis testibus ex officio super consanguinitate juxta computationem canonicam, præfixo interim termino Nicolao Mastronardo ad deducendum jura sua in Sac. Congregatione.

Omnia accurate adimplevisse, respondit Episcopus in sua Informatione his verbis - *Nos igitur adamussim*
 „ *omnia adimplentes, quae ab EE. PP. fuerunt prae-*
 „ *scripta, monitis quibus interest, citatisque ex of-*
 „ *ficio quatuor Testibus fide dignis eos examinavi-*
 „ *mus, qui unanimiter cum juramento deposuerunt,*
 „ *ex causa scientiae, extare, et extitisse inter prae-*
 „ *dictos sponso vinculum consanguinitatis, in quar-*
 „ *to gradu, et ex certa scientia efformarunt schema*
 „ *juxta computationem canonicam. Deinde rogatis*
 „ *ex officio tribus ex septem Parochis hujus Civi-*
 „ *tatis, e quorum libris Parochialibus cognosci po-*
 „ *terat consanguinitas praedicta, ipsisque convenien-*
 „ *tibus in aula Episcopalis Palatii coram meo Vica-*
 „ *rio Generali ad haec specialiter a me delegato*
 „ *praesente, et adsistente Ecclesiastico Matrimonii*
 „ *defensore, fuit evidenter probata dicta quarti gra-*
 „ *dus aequalis consanguinitas tam ex libris bap-*
 „ *smatis, quam ex registris Matrimoniorum inter*
 „ *ascendentes initorum, atque etiam ex statibus ani-*
 „ *marum annuatim confectis; ita ut luce clarius, et*

„evidenter desumpta ab omnibus fuit praedicta
 „consanguinitas, nec remanet ambigendi locus. De
 „caetero, Matrimonium inter praedictos in faciem
 „Ecclesiae, et ad formam Concilii Tridentini rea-
 „liter fuit celebratum sub die 13. mensis Junii 1819.,
 „neque postmodum fuit consummatum, neque fuit
 „implorata dispensatio, stante dictae Angelae Mariae
 „reluctantia „.

Silente Viro, redditi jam super nullitate iudicii confir-
 mationem postulat Mulier, distributa allegatione,
 contra quam Matrimonii Defensor suas exhibet
animadversiones,

Matrimonium in quarto consanguinitatis gradu vetari,
 et si contractum fuerit, dirimi, statutum est, ab
*Innocentio III. in cap. Non debet de consang. et affi-
 nit.* Paucis hinc Mulieris Defensor propositam tue-
 tur nullitatis querelam. Ait enim, ex quatuor testi-
 bus fide dignis, ac sub formali examine, adstante
 Matrimonii defensore, requisitis constare, inter spon-
 sum, et sponsam intercedere vinculum *quarti gra-
 dus consanguinitatis*. Idipsum confirmant Parochi
 post expletam diligenter librorum Parochialium in-
 quisitionem. Non potest ergo nulliter initum Ma-
 trimonium consistere, sed tanquam contra SS. Ca-
 nonum censuram attentatum, est dirimendum.

Neque huic nullitati remedium afferri posse contendit
 ex quo facile possit contra huiusmodi impedimentum
 ab Apostolica Sede dispensatio obtineri. Adeam, enim
 valide assequendam necessarius omnino esset utrius-
 que Conjugis consensus, qui cum deficiat ex parte
 Mulieris, nec impedimentum tolli, nec Matrimo-
 nium convalidari potest. Siquidem mulier non so-
 lum officiis, ac suasionibus flecti nescia consensum
 negavit, sed immo tum judiciali instantiae coram
 Episcopo, tum praesenti causae prosecutione solemniter
 suum declaravit dissensum, suoque velle uti
 jure pro Matrimonii nullitate.

Defensor matrimonii dum concedit cognationem in
 quarto gradu dirimere matrimonium, negat vero
 adeo graves, et numeris omnibus absolutas probatio-
 nes afferri, quae certo evincant hoc dirimens impe-
 di-

diagnostica. Si enim testium qualitates, eorumque depositiones ad trutinam revocentur juxta conditiones præscriptas in *cap. licet de Testib.* plurimum earum fidem nutare contendit. Si vero ex parochorum testimonio mutari valeat probatio, eam etiam incertam dicit, quia non fuerunt extractæ particulæ ex libris baptismi, et matrimoniorum, unde parochorum depositio tamquam *referens sine relato* nullo in pretio habenda sit.

Hæc fusius noscent Emi Patres ex ipsis animadversionibus, ut dirimere possint.

Dubium

An constet de nullitate matrimonii in casu etc.

Affirmative.

RAVENNATEN JURIORUM PAROCHIALIUM. Carolum Bacchetti Parochum SS. Marciani, et Nicandri inter, et Cajetanum Fenati Ecclesiæ S. Mariæ Suffragii Custodem orta est quæstio circa hujus Ecclesiæ libertatem, seu Parochiæ subjectionem. Parochus ut jura Ecclesiæ suæ tueretur, preces S. huic Congregationi porrexit, quæ remissæ fuere ad Archiepiscopum, qui facti speciem exponit in sua informatione, quam habent EE. PP. in *Summario* a Parocho Bacchetti distribuendo. Apposito nihil transeat nomine Sac erdotis Fenati, sex interim Dubia concordata fuerunt, quæ hodierna die dirimenda proponuntur.

*Sess. 21. cap. 4.
de ref.*

Pa-

Parochus allegatione typis impressa jura sua deducit, alter vero inopia pressus nonnulla inibi folia tantam exhibuit. Hinc ne inutili repetitione Eminentissimos Patres detineam, paucis me expediam quoad Parochum; prolixius referam rationum momenta, quæ alteri litiganti favere videntur.

Primum *Dubium* agit de libertate, vel subjectione Ecclesiæ S. Mariæ Suffragii. Parochus Bacchetti ex Archiepiscopi, Gubernii, et ipsiusmet Fenati factis suæ Paræciæ jus probare contendit. Ait enim, Archiepiscopum, quamvis urgente necessitate, tamen vere, et realiter Ecclesiam S. Mariæ Suffragii succursalem declarasse, et veluti talem semper ab eo habitam fuisse, et in ea, amoto Sacerdote Pignatta, qui ad excipiendas Christi fidelium confessiones approbatus non erat, suffecisse Sacerdotem, et confessarium Fenati, et in S. Visitationibus oleum Infirmorum ibi visitasse, quod antequam eam in Vicariam constituisset, non asservabatur.

Ad Gubernium quod attinet, ait Bacchetti, ideo custodi, seu Vicario S. Mariæ ex bonis ad alias paræcias suppressas spectantibus dotem assignasse, quia Archiepiscopus eam succursalem declaraverat. Ex facto quoque ipsius Fenati assertionem suam Parochus probare conatur, quum hic, et petierit, ut portio populi ei assignaretur, et in Processionibus loco Parochi incesserit, et eo absente munera Parochialia obierit, et stipendium capellano Padovani, qui ejus gerebat vices solverit.

At ex iisdem fontibus Cajetanus Fenati jus suum, seu Ecclesiæ S. Mariæ Suffragii libertatem vindicare contendit. Silet vero de Gubernii factis, quæ certe nullius sunt roboris in rebus Ecclesiæ, multoque minus æstimanda sunt in casu, quia Archiepiscopus, ut incolumem, saretamque pro populi utilitate, et bono spirituali hanc servaret Ecclesiam succursalem esse simulavit, ut satis conjicitur ex ejusdem informatione. Cupiebat enim pro populi spirituali utilitate illam servare, at quoniam nec optimæ structuræ, nec populi frequentiæ causa aliquid valeret apud illius temporis Gubernium, „*fu gioco forza dichiararla sussidiaria*,, Verum quum valde difficile esset sacerdotem

tem invenire, qui custodiae Ecclesiae, et precationibus praesse voluisset, una cum exercitio parochialium functionum, Metropolitae se abstulit, „ *dal fare una definitiva destinazione di un Vicario Curato della suddetta Chiesa, e perciò autorizzai il mio pro Vicario Generale a scegliere un cappellano provvisorio, che fosse anche custode, e rettore della Chiesa di S. Maria del Suffragio col titolo di Vicario.*

Titulus igitur sine re fuit, ita imperantibus illius infelicissimi temporis circumstantiis. Nec obstare videntur verba destinationis, in qua invenitur, Vicarium onere gravari „ *di spiegare il catechismo . . . e le altre solite ad eseguirsi dai Vicarij delle Chiese sussidiarie.* Nisi enim hac veste velasset destinationem custodis, effectum optatum non obtinisset. At ex aliis ejusdem electionis verbis, nempe „ *avendo ingiunto al detto D. Fenati di andare di piena intelligenza con V. S. (Parocho SS. Nicandri, et Marciani scribebat) in ogni miglior modo,* „ clare ait Fenatus cognosci, simulatum esse Vicarii nomen.

Urget praeterea, quod Fenatus nunquam tempore Parochi Costa vel populum instruxerit, vel infirmos inviserit, vel alia Parochialia munera exercuerit, si de-
mas Processiones Sanctissimi Corporis Christi, et S. Apollinaris, quibus loco Parochi interfuit. Haec omnia haud latebant Archiepiscopum, quin unquam ad praetensi officii exercitium revocaverit Fenatum; quia illum uti simplicem custodem, et nomine tantum Vicarium habebat. De interventu vero Processionibus haec habet Metropolitae „ *due sole volte all'anno accadeva, che egli (Parochus Costa) accettasse la spontanea offerta, che D. Fenati gli faceva di andare in di lui vece alle due Processioni del Corpus Domini, e di S. Apollinare, non potendo il Paroco stesso andarvi, attese le sue indisposizioni di salute,* „ Unde, si Fenatus sponte sese offerebat, nullum jus erat Parocho illum obligandi, nec inde veri Vicarii qualitas inferri potest.

Quod autem aliquando in Ecclesia Suffragii asservatum fuerit SS. Oleum Infirmorum, illudque Ordinarius visitaverit, vel nihil probat, vel etiam relatam superioris simulationem confirmat. In visitatione an-

no 1816. habita hæc verba inveniuntur in particula exhibita, „ *visitavit S. Oleum Infirmorum etc.* „, ignoratur vero an, quomodo, et qua de causa ibi asservaretur. In postrema tantum dicitur quod Præsul illud visitaverit, et probaverit. At semper redit difficultas de simulatione nominis Vicariæ, quod ex his minime tollitur. Constat enim, tres post annos destinationis adhuc servatum non fuisse in Ecclesia S. Mariæ S. Oleum Infirmorum, quod certe cum qualitate Succursalis Ecclesiæ repugnat.

Ex factis igitur Archiepiscopi potius libertatem, quam Ecclesiæ subjectionem probari Fenatus contendit. Et revera Doctores, et Tribunalia docent, leges interpretari ex finali disponentis intentione *Rota recent. decis. 574. num. 21. par. 5. tom. 5.* Finalis vero intentio Archiepiscopi fuit immunem a suppressione servare Ecclesiam pro spirituali populi utilitate, et ad augendam pietatem erga animas, quæ in Purgatorio torquentur, non vero ut Parochiali Ecclesiæ subsidium afferret.

Accedit consuetudo, quæ est optima legis interpretis *Text. in leg. 36. ff. de Legibus, et Senat. Cons.*, quæ quidem etiam verborum proprietati præfertur. Porro quæ fuerit consuetudo refert Archiepiscopus, „ *Non può negarsi però, che il medesimo (Fenati) abbia in ogni miglior modo officiato, e fatta officiare tal Chiesa con mia soddisfazione, e di tutti quelli, che la frequentavano, mantenendosi sempre nel possesso tranquillo d' una totale indipendenza dal Paroco di S. Giovanni Evangelista (ubi translata fuit Paroecia SS. Nicandri, et Marciani) fino al dì 3 Agosto 1816., vale a dire per sette anni, e spiegando molto zelo per la sudetta Chiesa, e tenendo sempre una condotta lodevole* „ Idemque confirmant Canonici Guerra, Julius, et Maurus Costa.

Despiciendam vero ait Fenatus depositionem Mauri Costa, qui refert ipsum postulasse, ut aliqua sibi populi portio assignaretur. Unicum enim Testem nullam probationem constituere receptissimum est. E contra ex residentia, quam continuo habuit Fenatus intra fines Paroeciæ S. Eufemiæ magis excluditur qualitas Vicarii Curati. Nemo siquidem ignorat Pa-

rochum, eumque, qui aliquo modo curam exercent animarum, residere in Paraecia teneri, quod firmavit *S. Concil. Trident. Sess. 6. cap. 2. de Ref.*

Nec novum est in Civitate Ravennae alios adesse nomine tantum Vicarios. Adest enim Vicaria S. Apollinaris, adest Vicaria Classis, quae hoc gaudent titulo quemadmodum Ecclesia S. Mariae Suffragii, nempe, ut titulus coloratus ad vitandam suppressionem, et hi duo Vicarii, seu potius Ecclesiarum Custodes liberi, et exempti sunt ab jurisdictione Parochorum S. Barbarae, et S. Appolloniae quibus Vicariae illae fuerunt addictae. Nec demum solutio scut. sexdecim Presbytero Padovani Parochi Bacchetti Vicario per aliquot annos a Fenati peracta juri suo adversatur; Namque hanc tantum praestitit, ut Archiepiscopi desiderii studeret, qui ita rem componere cupiebat, sed cum hac expressa conditione persolvisse dicit Fenatus, quod haec nihil praedicti afferret libertati suae, et Ecclesiae S. Mariae.

Ad primi dubii solutione sequentium pendet judicium; quamvis aliqua moderatio haberi possit respectu ad caetera Fenati officia, quae certe et gravia, et populi spirituali bono valde utilia sunt. Quoad *secundum Dubium* Parochus Bacchetti ex Fenati deputatione, nec non ex muneribus aliorum Vicariorum deducere vult rationem ex qua sibi adjuvare debeat S. Mariae Custos, cujus libertatis possessionem excludit. Verum si isthaec Ecclesia nomine tantum sit Vicaria, si in primo Dubio illius vindicetur libertas, jam pronos alveo sequitur, ejus Custodem nulla obligatione teneri. Sed ulterius progreditur Fenatus, et urget, non posse Parochum coadjuvare in cura Animarum, etiamsi declararetur Ecclesiam S. Mariae subsidiariam revera esse. Talia enim, et tanta sunt officia, quae ad Custodem saepedictae Ecclesiae pertinent, ut omnino alia munera exercere impediatur. Plurimos in id inducit testes etiam Sacerdotali Caracthere insignitos, qui uno ore deponunt, nullam in qualibet die superesse momentum, quo Custos Ecclesiae S. Mariae possit a continuis SS. Functionibus, piisque exercitiis vacare, alterique muneri operam dare, quia maximum ipsius Ecclesiae Cultui, et Populi commodo afferatur detrimentum.

Tandem Fenatus non præscriptione jura sua defendit, sed ex continua immunitate probare vult et mentem Archiepiscopi, et pacificam suam possessionem exemptionis a Parochi jurisdictione. Hinc frustra objicitur, septennio tantum hac immunitate fuisse gavisum, et longiorem præscriptionem requiri, ut suam libertatem tueri possit. Nam cum anno 1809. *si giuoco forza dichiararla sussidiaria*, ut ait Archiepiscopus, impossibile est a parte rei, ut longiorem afferat possessionem.

In Tertio Dubio Parochus Bacchetti contendit, quod deputatio in Vicarium facta ab Archiepiscopo cum oneribus, quibus alii Vicarii gravantur, quæstionem dirimat. Verum alter semper confugit ad finalem deputationis causam, quæ fuit unica, ut Ecclesia servaretur. Addit etiam non habere sufficientem congruam, ne dicam ad exercenda munera Vicariatus, sed ne ad sui quidem ipsius honestam sustentationem. Namque parva, et infæcunda sunt prædiola sibi assignata, quæ æstimantur in tabulis censualibus scut. 67 r. Omnes vero sciunt, redditus fundi rustici non excedere quatuor, vel quinque pro quolibet centenario, et anno; ideoque hi fructus vix conflant scutata 27. vel 33. quibus si addantur scutata sexdecim, quæ ei persolvit Vicarius Ecclesiæ Cathedralis, vix annua summa habetur scut. 49. contra dispositionem *Const. S. Pii V. Ad exequendum* in qua statuitur, quinquaginta esse libera scutata pro Vicario. Nec omittendum est, expensas ceræ, olei, salarii Sacristæ, aliasque ad Custodem, seu ad Fenatum pertinere, ex quo fit, quod nihil pro cultu, victuque suo supersit.

Neque in calculo haberi possunt fidelium oblationes. Sunt enim puræ liberalitates, quæ nec certum redditum constituunt, nec quidquam commune habent cum cura Animarum, quæque proinde nulla obligatione devinciunt Custodem erga proprium Parochum; cum potius censerentur debeant quasi officii stipendia juxta illud adagium, qui altari inservit de altari vivere debet.

In tribus sequentibus dubiis de juribus Parochialibus agitur; quæ jura scilicet, quæque emolumenta ad Matricis Ecclesiæ Parochum pertineant. Parochus

ex qualitate succursalis jus suum probat. At Fenatus, quum neget hanc qualitatem, omne excludit jus Parochi. Si enim titulus sine re, si urgente necessitate, ut Ecclesia a suppressione immunis esset, fuit simulata destinatio in Vicariam, ex servit quod Parochus contendit. Libera namque erat hæc Ecclesia, quum a Sodalitio regebatur; libera etiam nunc dicenda erit cum nunquam immutata fuerit. Præsertim quia si quæ superesset dubietas, eo ipso pro Ecclesiæ libertate esset respondendum ad tradita per Rotam in *Recent. decis. 587. num. 8. par. 3. et decis. 21. num. 57. part. 9. tom. 1.*

Dubia igitur proponuntur,

- I. *An, et quomodo Ecclesia S. Mariæ Suffragii sit succursalis, et Vicaria Ecclesie Parochialis SS. Nicandri, et Marciani in casu ec.*
- II. *At, et quomodo ejus Custos, et Capellanus sit Vicarius Paroeciae SS. Nicandri, et Marciani, et teneatur coadjuvare Parochum in curam animarum, sicuti exercent caeteri Vicarii aliarum Ecclesiarum subsidialium existentium in civitate Ravennae in casu ee.*
- III. *An, et quas functiones peragere debeat Custos, et Capellanus S. Mariæ Suffragii sub dependentia Parochi SS. Nicandri, et Marciani in casu etc.*
- IV. *An jus sit Parocho SS. Nicandri, et Marciani peragere functiones non Parochiales, quæ fieri solent in Ecclesia S. Mariæ Suffragii in casu ec.*
- V. *An emolumenta funerum eorum, qui in Ecclesia S. Mariæ Suffragii vel Sepulturam elegerint, vel solum exposita sint eorumdem corpora, seu cadavera, percipere debeat Parochus SS. Nicandri, et Marciani, seu potius spectent ad Capellanum, et Custodem S. Mariæ Suffragii in casu ec.*
- VI. *An occasione funerum, aliarumque functionum vocandi sint praelative ad alios Sacerdotes addicti servitio Ecclesie SS. Nicandri, et Mar-*

Die 22. Junii 1822.

ciani , et hoc spectet ad Parochum SS. Nicandri , et Marciani , vel potius possit Custos , et Capellanus S. Mariae Suffragii vocare alios ad libitum in casu ec.

Ad I. Negative in omnibus .

Ad II. , III. , IV. , V. , VI. Provisum in primo .

Sess. 25. cap.
13. de Ref.

PISANA 'PRAECEDENTIAE . Sacerdos Reginaldus Panichi Prior perantiquæ Parochialis Ecclesiæ sub invocatione S. Sixti Papæ , et Martyris jus sibi esse putavit sedendi in Choro Metropolitanæ Ecclesiæ Pisanae immediate post Canonicos , atque ita sibi addicere jus præcedentiæ ante Beneficiatos , et Capellanos , idemque in publicis etiam supplicationibus esse servandum .

Sed cum ejus petitioni restitisset Capitulum , totisque viribus contenderet , hujusmodi præcedentiam adversari SS. Canonum censuræ , et vetustissimæ observantiæ , res deferri oportuit ad Sapientissimum EE. Patrum judicium , quod exquisivi in Congregatione diei 22 Decembris proxime præteriti anni proposita Dubii Formula „ *An Prior S. Sixti sedere debeat in Choro immediate post Canonicos , et præcedere in Processionibus Capellanos Ecclesiæ Primatialis Pisanae in casu ec.* Silente tunc Priore Panichi , et in-

for-

formante tantum Capitulo, responsum est „ *Negative in omnibus.*

Indicta repositioni causæ die, distribuitur ex parte Capituli Memoriale pro reasumptione jurium in præterita propositione distributorum. Panichius vero idem servat silentium. Rogo igitur EE. PP., ut dignentur tum prædicta jura, tum Folium diei 22. *Decembris superioris anni* reasumere, ut respondere possint.

Dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.

In Decisis.

LUCANA JURIUM PAROCHIALIUM. Ecclesiæ Collegiatæ S. Michaelis in Civitate Lucensi, cui sequiori ævo adnexa fuerat Præpositura SS. Georgii, Augustini, et Benedicti, Leo X an. 1518. privilegium dedit, *ut illius (Præposituræ) parochianorum animarum Cura exerceri per Capellanum, seu Presbyterum ad id per dictum Silvestrum Episcopum, quoad vixerit, deputatum, et eo vita functo per Decanum, et Capitulum S. Michaelis hujusmodi ad eorum respective nutum ponendum, et amovendum valeat,*

Sess. 25. cap.
16. de Ref.

Anno 1808. cum a Gallico Gubernio præfatum Canoniorum Collegium sublatum fuit, tamquam Capellanus amovibilis regebat Paræciam S. Michaelis Petrus Lumini, quam etiam rexit post novam paræciarum designationem. Tunc enim imperante Ministerio, quod dictitabant, *Cultus*, nova quoad Paræcias inducta est methodus, de qua aliquid dicere necesse est.

Omnes Civitatis Parochiales Ecclesiæ duas in classes distributæ fuerunt, in *principales* scilicet, et *succur-*

sales . Earum postremis præesse debebant Presbyteri, quorum duo in succursum adsignati unicuique Parocho eosdem adjuvabant in cura animarum, propter quod Coadjutorum nomen sortiti sunt. In primis Ecclesiis vero Parochialia jura exercebant Rectores ordinarii, quorum facultates primario, et independenter ad limites etiam succursalium protendebantur.

Hac constituta methodo, Laica Potestas Archiepiscopum requisivit, ut sibi pro adprobatione parochorum, ac Coadjutorum notulam transmitteret, quos ad principales, succursalesque Ecclesias præficiendos deligere vellet. Sed Archiepiscopus, vir antiquæ fidei, et Ecclesiasticæ disciplinæ custos respondit die 20. Julii 1808. Paræciarum collationem non nisi ad formam Concilii Tridentini, ac Bullæ S. Pii V. fieri posse; Quod cum vi prohiberetur, necessarium quapropter sibi fore censuit, ut eosdem in Parochos deligeret, qui ante invasionem fuerant canonice instituti. Et ad Parochorum nominationem deveniens ita sequitur „ *per la Parrocchia di S. Michele (eleggo, e propongo) Lumini Pietro Curato* „, cui deinde sub die 30. Augusti dicti an. 1808. munus Parochiale commisit.

Pacatis Italiæ rebus in pristinum restituta est Collegiata S. Michaelis an. 1818. confirmatis, ac adprobatis per fel. regnantem SS. Pontificem omnibus, et singulis privilegiis „ *a memoratis prædecessoribus nostris (Leone X., et Clem. VIII.) vel generaliter, vel specialiter concessis* „. De Petro autem Lumini, sive de ejus Paræcia, quam ante suppressionem uti Parochum amovibilem, deinde vero tamquam ordinarium, ac perpetuum beneficium se administrasse Lumini autumat, nihil provisum est; sed unice ipsi pro congrua scutata 60. adsignavit Ecclesiastica administratio.

Hinc inter ipsum, ac Capitulum exorta est controversia, quæ hodie decidenda proponitur; utrum Sacerdoti Lumini munus Parochiale per relatam Archiepiscopi deputationem ex precario, ac amovibile ad votum Capituli, ordinarium, ac perpetuum factum

etiam fuerit. Requisitus Archiepiscopus hæc respon-
 dit „ „ *Preces ipsas Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis*
 „ *Capitulo significavi, quod suam sententiam*
 „ *aperuit in litteris, quas Decanus ejusdem Ecclesiae*
 „ *propria manu subscriptas mihi transmisit, et ego E. E.*
 „ *V. V. judicio subijcere necessarium, et opportunum*
 „ *judico. In iis nihil, quod veritati minus consonum*
 „ *appareat, reperitur. Cura namque habitualis ante*
 „ *Capituli suppressionem penes Capitulum ipsum re-*
 „ *sidebat, et Orator uti Capituli Vicarius ad nutum*
 „ *amovibilis illam exercebat. In reintegratione au-*
 „ *tem Capituli Oratori provisum fuit mediante sti-*
 „ *pendio scutorum 60. pro quolibet anno eidem a*
 „ *Sanctitate Sua adsignato in distributione bonorum*
 „ *hujus Ecclesiae pro exercitio curae animarum, in*
 „ *quo iis juribus, et oneribus, quibus ante suppres-*
 „ *sionem, adhuc perseverat; Oratore tamen etiam*
 „ *tunc quoad hoc contradicente ob expositas causas,*
 „ *et iis innixus rationibus, quae in litteris istis E. E.*
 „ *P. P. scripta continentur, quas, eo supplicante,*
 „ *una cum precibus suis isti S. Congregationi trans-*
 „ *misi. Orator idem pro curae animarum exercitio in*
 „ *dicta S. Michaelis Ecclesia nullum aliud jus acqui-*
 „ *sivit praeter illud, quod ante Capituli suppressio-*
 „ *nem obtinuit. Et cum eidem Paraeciae S. Michaelis*
 „ *incorporatae, et unitae fuerint Apostolica auctori-*
 „ *tate nobis a Sanctitate Sua delegata aliae duae Pa-*
 „ *raeciae SSmi Salvatoris scilicet, et Matthaei, Ora-*
 „ *tor ad illas administrandas praeditus fuit auctori-*
 „ *tate sequenti modo, „ Dobbiamo a forma del nostro*
 „ *ministero prevenirla, che viene autorizzata a conti-*
 „ *nuare in qualità di Curato l'esercizio della Cura del-*
 „ *le anime non solo di cotesta Parrocchia di S. Miche-*
 „ *le in Piazza, ma ancora di quelle di S. Salvatore,*
 „ *e di S. Matteo, come riunite alla medesima, ed è*
 „ *pertanto in vigore della presente abilitato ad eserci-*
 „ *tare tutte le funzioni parrocchiali, e ad amministra-*
 „ *re i SSmi Sacramenti a Fedeli delle dette Parrocchie*
 „ *con tutti i diritti, ed oneri, che appartengono di ra-*
 „ *gione ai Curati di anime, e specialmente coll' obli-*
 „ *go delle Messa per il popolo tutti i giorni festivi.*

Particula vero litterarum Apostolicarum in forma brevis en prout jacet,, Quoniam autem ob circumstantias,, praedictas, quinque Collegiatae Ecclesiae, quae primitus existebant omnino omnes cum pristina Dignitate, ac decore restitui non possunt, annuimus,, et mandamus, ut ex illis tres tantum (praevia reliquarum Collegiatarum Ecclesiarum suppressione, auctoritate Apostolica a te facienda) videlicet,, Collegiata Ecclesia S. Michaelis cum Decano, novem Canonicis, et sexdecim Capellanis, et altera S. Paulini, et Donati, cum Priore, novem Canonicis, et quatuordecim Capellanis,, Quibus propositis, ut meam aperiam sententiam, uti in mandatis est, putarem Capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis ad omnia jura, et privilegia redire posse, quibus ante praeteritas vicissitudines fruebatur quemadmodum de hac Ecclesia Cathedrali a Sanctitate Sua sancitum est,,

In voto autem Capituli, de quo meminit Archiepiscopus, haec insuper animadvertuntur - *L'Émo di Pietro* fit tanto alieno in quell'epoca luttuosa dal dare facoltà all'Eccenza Vostra Rma (Archiepiscopo scilicet) di riconoscere; ed approvare le sacrileghe soppressioni degli ecclesiastici stabilimenti, che anzi nel provvedere, per quanto le circostanze lo permettono, ai bisogni della Chiesa, ed allontanare dalla medesima i mali maggiori, che pur troppo si potevano temere, insinuò alla prefata Eccenza Vostra Rma di guardarsi da qualunque adesione alle novazioni, che distruggessero le antiche disposizioni,,.

Cum interea conquereretur Petrus Lumini, quod, pendente recursu, in exercitio jurium Parochialium a Capitulo turbaretur, novae datae sunt literae Archiepiscopo, ut veris existentibus nar ratis, mandaret nihil innovari usque ad exitum causae penes S. Congregationem.

Quod in Parœcia S. Michaelis Lucae Capellanus amoveri posset ad nutum Decani, et Capituli, idque in usu fuisse usque ad annum violentae suppressionis ipsius Collegiatae, certum in facto est. Hinc sequitur,

ut

ut nequiverit Collegiata hoc privilegio ab illegitima auctoritate violenter expoliari, utque, cum primum ipsa redintegrata fuerit ad primæva jura, hoc etiam privilegium revixerit, et in ea quasi possessione tueri possit, a qua non nisi violenta occupatoris manus eam deturbaverat.

Attamen putat Petrus Lumini, Archiepiscopum tamquam Delegatum Apostolicum qualitatem præfatam amovibilitatis anno 1808. removisse a paræcia S. Michaelis, eamque sibi canonice, ac perpetuo contulisse, et huic collationi in verum Beneficii titulum Apostolicam superaccessisse approbationem. Cum enim SS. Pontifex in nuperrima Ecclesiæ Lucensis ordinatione nihil innovarit super iis, quæ ab Archiepiscopo facultatibus extraordinariis, et secretis præmunito sancita fuere anno 1808.; hinc dicendum videtur, eo ipso translationes, ac memoratas uniones adprobatas esse, ac plene confirmatas. Inter variationes autem enumeratur unio jurium parochialium tam actualium, quam habitualium non solum quoad paræciam S. Michaelis, sed etiam quoad alias SS. Salvatoris, et S. Matthæi in uno Rectore. Hinc consequi, auctoritatè Petrus Lumini, Capitulo parochialitate habituali exuto, paræciam ipsam a manuali ad non manuales transivisse, idque magis, quia Parochiis SS. Salvatoris, ac S. Matthæi, quæ non erant, manualia, unita fuit, quarum naturam utpote juri magis conformem sequuta est. Nec sibi obstare censeat, quod SS. Pontifex Collegiatam restituerit cum primitivis juribus, ac privilegiis, quoniam id erit intelligendum, prout actuali rerum statui convenire poterat.

Accedit etiam, quod ab Archiepiscopo Apostolicis facultatibus utente omnia parochialia jura absque temporis præfinitione, idest in perpetuum, collata Lumini fuerint. Quod confirmatur cæterorum Parochorum exemplo, qui licet eodem modo fuerint in paræcia instituti, attamen pacifice in suæ Ecclesiæ administratione versantur.

Verum non nihil desiderandum occurrit ad evincendam Apostolicam Delegationem, de qua indubitanter constare deberet ad tradita per *Barbos. de jure*

Eccles. lib. 4. tit. 3. num. 7. Nec dubitatione vacat, Archiepiscopi voluntas conferendi in perpetuum, et tamquam non manuale Beneficium, paræciam S. Michaelis. Fasset enim Archiepiscopus in litteris datis ad Ministrum quem Cultus vocabant, nullum sibi jus esse aliter conferendi paræcias, quam ad formam Concilii Tridentini, ac Constitutionis S. Pii V. in superius relata Informatione non obscure innuit, eadem lege deputatum fuisse Luminium in Parochum, qua ante suppressionem Collegiatæ fuerat institutus. Videtur inde, noluisse Archiepiscopum jus illud amovibilitatis a Collegiata S. Michaelis auferre. Et eam voluntas illius, qui inter vivos deget, non ab argumentis quærenda est, sed ab ipso declaranda *De Luc. de Fideic. disc. 33. num. 22.* Quin et si voluisset, nequibat præfato privilegio Capitulum expoliare, quoniam semota qualitate Delegati Apostolici, ipse nequibat Apostolicis concessionibus derogare. *Fagn. in cap. Quoniam de Const. n. 9., et in cap. Contingit de Arbit. n. 6.*

Favet nihilominus Oratori Lumini, quod Archiepiscopus in curæ animarum S. Michaelis, ac SS. Salvatoris, et S. Matthæi administratorem ipsum deputaverit „*come Delegato Apostolico* „ Revera hac facultate non indignisset Archiepiscopus, si illarum paræciarum Rectorem tamquam Capellanum amovibilem, sive œconomum designasset, nisi hæc extraordinariæ auctoritatis interpositio ad unionem tantum aliarum paræciarum SS. Salvatoris, ac S. Matthæi cohibeatur.

Dubium proponitur .

An Petrus Lumini sit institutus Parochus perpetuus in Paraecia S. Michaelis, ita ut ad nutum Capituli amoveri non possit, in casu etc.

Negative, et ad mentem .

COMEN. REDUCTIONIS MISSARUM. Pii testatores, cum Conventum Ordinis Servorum B. M. V. Oppidi Mandrisii, Comensis Dioecesis liberalitate auxerunt, onere etiam nonnullarum Missarum gravarunt. Inter eos primus fuit Jacobus Torriani Balernæ Archipresbyter, qui anno 1751. censum in capitale L. 300. seu scutat. 42. 87 eidem reliquit ea lege, ut ex redditu, diebus, locisque statutis duæ Missæ cum cantu celebrarentur singulis trium libellarum eleemosyna statuta, totque etiam Sacrificia offerrentur ex reddituum excessu, quot singulis libellis responderent. Reditus hujus census est libellarum 12. sive scut. 6., et obul. 71. Hoc legatum ad hanc usque diem adimpletum invenitur, celebratione sex Missarum, nec non aliarum duarum cum cantu, quamvis eleemosyna, in primis justa, tractu temporis ordinariam stipem non amplius exæquaret.

Joannes Baptista Brenni Salorinus Marchioli Præpositus, ipsi summam L. 500., seu scut. 71. 49 an. 1756 legavit, Missarum celebratione injuncta pro fructuum quantitate ad rationem 20. obulorum, atque dies, et Altare, ubi Sacrum peragendum foret, designavit. Reditus hujus legati est libell. 15. 12., seu scut. 2. 26. Conventus ad annum usque 1789. testantis voluntatem adamussim servavit, posteriori vero tempore Missas tantum quatuordecim celebrandas curavit.

Tandem Lucia Bollini anno 1759. supremas tabulas conscripsit, nonnulla bona Conventui legavit, jussitque, ut 25. solidorum, seu Rom. ass. 20. ratione pro reddituum quantitate Missæ celebrarentur, ea autem lege, ut solidi 16. uniuscujusque Missæ eleemosynam constituerent, reliqui novem Sacratio cederent. Bona summam L. 2132, 6. seu scut. 304. 63. constituunt, singulisque annis L. 74. 12. seu scut. 10. 68. exhibent.

Ad annum usque 1779. pro reddituum quantitate Missæ adimpletæ sunt; sed cum eo anno reditus decrevisset, et tantum ad L. 63. 19. pervenirent, quinquagenariam Missarum numerum statutum est. Et quamvis anno 1782. ad L. 74. 12. adaucti essent, semper idem Missarum numerus remansit, atque hodie etiam servatur, ea ratione, uti habetur in folio

supplici illello adjupeto , , si crede perché essendo
 ,, cresciuta nella vicina Lombardia , ed in questi Pae-
 ,, si Eletici la limosina delle Messe manuali , biso-
 ,, gnò dare ai Padri Sacerdoti , (quibus eleemosyna
 pro vestitii sumptu tribuitur) , la limosina corren-
 ,, te portata da 16. soldi a 18. , poi a 20. , e di lì a
 ,, poco a 25. , come si pratica già da molti anni . ,

Legatorum fundi ita conventus Patrimonio immixti
 sunt , ut minime , vel saltem difficillime , eorum re-
 ditus singulatim cognosci possit . Interea Religiosi tran-
 sa ctis miserrimis temporibus , urgente necessitate non-
 nulla argentea vasa , aliaque Ecclesiastica bona ven-
 diderunt , nec non civilis legis sanctione coacti , cen-
 sus capitalem summam exegerunt , in omnibus in-
 consulto Summo Pontifice , ad quem liber non pa-
 tebat accessus . Labente tempore recta reddituum
 oeconomia factum est , ut venditis rebus aliæ substitu-
 tæ sint , universaque Conventus substantia excreve-
 rit . Qua de re propriæ conscientiae consulentes Apo-
 stolicam expetunt sanationem , et absolutionem quoad
 præteritum , et reductionem in futurum .

D i more Episcopum rogavi , qui sententiam suam sic
 aperit , . Constare idem testor , onera eorundem lega-
 ,, torum satis fideliter , immo , ut videtur abunde ab
 ,, Oratoribus hactenus impleta . Quod si quid omissum
 ,, fuerit , id , et bona fide factum , et nullius , vel le-
 ,, vissimi esse momenti , hujusmodi propterea , quod
 ,, ad conscientiae Oratorum tranquillitatem , de Apo-
 ,, stolica benignitate sanari mereatur , praesertim cum
 ,, legatorum Fundatores gratificari Religiosae Orato-
 ,, rum familiae , ea institutione intenderint , quemad-
 ,, modum ex eadem benignitate sanandum censeo ,
 ,, quod interrupto temporum calamitate ad Romanam
 ,, Sedem recursum , et urgente necessitate , non im-
 ,, petata prius venia , fundos Comunitatis aliquos , ac
 ,, suppellectilem divendere coacti fuerint , nullo tamen
 ,, inde consequuto patrimonii Conventus detrimento ,
 ,, imo , et incremento . Imposterum vero , quando Elec-
 ,, mosyna pro singulis Missis antiquitus taxata obul-
 ,, M diol. 20. , sive ad Roman. ass. 16. praeter manuten-
 ,, tionem , aucta multis jam ab hinc annis fuit ad
 ,, obul. 25. , sive ad Rom. asses. 20. praeter dictam
 ma-

manutationem, in praesens autem ob Cleri paucitatem, et rerum ad vitae usum necessariarum caritatem, recepto jam passim usu, obuli med. 30., seu Rom ass. 24. pro singulis Missis solvantur; aliquam Oratoribus praescriptarum Missarum reductionem indulgere posse censerem, ita ut singulis Missis, inclusa manutatione eleemosyna respondeat ass. Rom. circiter 24. sive med. obul. 30., adeoque pro legato Brenni Missae decem celebrentur, pro Legato Turriani Missae in cantu duae, et tres lectae; pro Legato demum Bollina Missae 40., et quod ex earum Missarum eleemosyna excrescit in utilitatem, cedat Conventus juxta Testatricis mentem.

Ordinis Procurator Generalis Episcopi relationi subscribit, aitque, nihil habeo quod addam, nisi quod gratia, si ita Sanctitati Vestrae videatur, restringenda sit ad tempus, quo duraverit praesens eleemosynae manualis exuberantia. Pro petitis vero sanctionibus Apostolicam indulgentiam, et ego imploro.

Favet supplicantium petitioni quoad Missarum reductionem Tridentina Synodus Sess. 25. cap. 4. de Ref. ubi statuit Missas reducendas, si eleemosyna adeo tenuis sit, ut non facile inveniatur, qui huic muneri se subicere velit, et S. hae Congregatio nunquam reductionem denegavit, si redditus impares essent oneribus, uti in Fulignaten. Reductionis 13. Septembris 1819.

Si igitur Missae, redditibus debent respondere pro eleemosynae currentis quantitate, consequens est, etiam quoad praeteritum satis abunde oneribus satisfecisse, quamvis Missas celebrandas non curarunt eleemosyna a Testatoribus designata.

Quoad vero Legatum Bollina majori reductioni locum esse videtur. Testatrix namque eleemosynam pro singulis Missis necessariam adsignavit, jussitque amplius, ut novem solidi Conventus cederent utilitati. Si igitur eleemosyna labente tempore adaucta est, Missae minuentae erunt, ita ut summa a Testatrice Conventui legata salva semper remaneat.

Et converso quamvis reddituum diminutio, vel eleemosynae augmentum legitimam reductionis causam praeb-

beant, nihilominus reductio ipsa a legitimo Superiore semper est expetenda *Non est (enim) singulis concedendum, quod per Magistratum publice possit fieri L. 176. ff. de regulis jur.*, non recte igitur se gessisse Religiosi videntur, qui non impetrata venia Missarum numerum minuerunt.

E contra quoad hoc legatum Testatricis voluntas, reductioni refragare videtur. Nam supremo in elogio tot jussit Missas, quot singulis 25. obulis responderent, at etiam nunc dicta eleemosyna ad satisfactionem sufficit; ergo omnino adimplenda esset. Ita S. hæc Congregatio semper denegavit reductionem, si oneribus pares remaneret redditus licet diminuti in *Romana Reduct. 8. Augusti 1818.*

Insuper si legatum ipsum perpendatur, facile cognoscitur duo continere legata, unum de Missis celebrandis eleemosyna currenti, alterum de eleemosyna testatricis liberalitate Conventui præstanda. Ait vero Benedictus XIV. de Syn. *Dioecesana lib. XIII. cap. ult.*
 „ si aliqua proponeretur dispositio, quæ simul, et
 „ Missarum onera, eleemosynarum distributionem,
 „ aliave pia opera comprehenderet, et quidem ob re-
 „ dituum tenuitatem necessarium dignosceretur ad ali-
 „ quam impositorum onerum reductionem devenire,
 „ reducenda potius sunt reliqua onera, non autem
 „ Missarum numerus „. Quam sententiam semper sequuta est S. hæc Congregatio, uti testatur *Fagnanus in cap. ex par. 34. de constit.*

Semper Ecclesia, ecclesiasticorum bonorum venditionem improbat, et non nisi solemnitatibus, legibusque statutis vendendi fecit potestatem. Omni siquidem ævo ecclesiasticæ latæ sunt leges, quibus et hominum cupiditas moderaretur, et bona Divino cultui specialiter dicata, integra inviolataque remanerent. Sat erit oculos conjicere in Concilium Carthaginense III, in constitutionem Leonis I., aliamque a Symmaco in Synodo 2. Romana editam; et ut cæteras mittam in Concilium Constantinopolitanum IV. Civiles leges etiam hac de re non siluerunt uti Leo Imperator in *leg. Juberis 14. Cod. de Sacrosan. Eccl.*, et Justinianus in *auth. hoc jus. cod. eod.*

Edidit pariter constitutionem omnium celeberrimam Paulus II., aliorumque etiam Pontificum auctoritate roboratam, cujus initium *Ambitiosae de rebus Eccl. non alien.*, qua praedecessorum prohibitiones, atque decreta confirmavit, alienantes, alienatasque res recipientes excommunicationis poena mulctavit, contractus ipsos solemnitatibus destitutos nullius roboris, vel momenti declaravit.

Cum vero nonnulli Regularium coetus, res ecclesiasticas alienare praesumerent Apostolicis privilegiis innixi, Urbanus VIII. die 8. Septembris 1624. S. hae Congregatione consulente, omnibus privilegiis derogavit, alienationesque fieri perpetuo interdixit, praeterquam casibus a jure permissis, absque ipsius Congregationis Concilii expressa licentia in scriptis, et gratis concedenda, novis poenis indictis, illisque in constitutione *Ambitiosae* contentis in suo robore permansuris.

Cum igitur Mandrisii Patres nemine auctorante, et de legitima causa judicante, alienationes perpetrarunt, videntur, statutis in poenis incidisse. eo magis, quod, favente Deo, Christiana restituta Republica, statim Apostolicam sanationem non postularunt.

Ex adverso suo muneri supplicantes, non defecisse videntur. Justam enim causam necessitatem Ecclesiae constituere, et omnes tenent Doctores, et juris auctoritate probatur. Habetur in *Clem. I. de reb. Ecc. non alienan. Nisi necessitas, aut utilitas Monasterii hoc esposcat*, cui concordat *cap. 1. de pignoribus*.

Quod revera in casu necessitas intervenerit, et Patres exponunt, et Episcopus testatur, Quem vero latet, inimicum hominem, qui superseminavit zizaniam, omnem adhibuisse conatum praeteritis temporibus, ut Pastorem ab ovibus divelleret, et lapides sanctuarii in plateis ejiceret? Alienatio igitur, aliis temporibus, aliisque in circumstantiis illicita, nunc licita dici posset ex juris regula, „ *Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum*. Accedit denique, quod nullam Conventus ex hac venditione detrimentum acceperit.

Sapientiæ igitur EE. VV. sequentia
dubia dirimenda propono .

- I. *An , et quomodo concedenda sit reductio legati Torriani in casu etc.*
- II. *An , et quomodo concedenda sit reductio legati Brenna in casu etc.*
- III. *An , et quomodo concedenda sit reductio legati Bollina in casu etc.*
- IV. *An , et quomodo consulendum sit Sanctissimo pro condonatione omissionis Missarum , et pro sanatione venditionis bonorum Ecclesiasticorum in casu etc.*

Ad I. , II. , III. , Affirmative juxta votum Episcopi ad decennium .

Ad IV. Affirmative in omnibus , celebrata unica Missa cum Cantu , et interventu omnium de familia ,

Sess. 24. cap.
15. de Ref.

JANUEN. SUSPENSIONIS Ultimo , quo decessit , elogio Joannes Thomas Iovrea sibi hæredem universalem instituit Ecclesiam sub titulo *B. M. V. de Remedio Civitatis Januensis* , et voluit „ *Che la detta Chiesa debba essere ufficiata , e servita da tanti Canonici , e Preti , e Chierici , che pareranno agl' infrascritti Amministratori , e Governatori della detta Città di Genova , alli quali se li debba dare quelle provisioni , quali a detti Signori Governatori , ed Amministratori parerà conveniente , con che detti Canonici , e Preti in tutti i loro ufficj , e sacrificj , quali*
ogni

Die 22. Junii 1822.

129.

ogni giorno celebreranno in detta Chiesa li debbano applicare per l'anima di me Testatore , e di mia Famiglia Juren , e sodisfatte le provisioni di detti Canonici Preti , e Chierici in utilitatem Ecclesiae superextantes redditus erogari praescrisit .

Hujus Ecclesiae , seu pii Operis Administratores anno 1796. san. mem. Pii VI. preces porrexerunt , supplicantes , ut Collegiatam erigere dignaretur in dicta Ecclesia , quae unica Dignitate Abbatiali , duodecim Canonicis , totidemque Praebendis , quatuor Mansionariis , nec non octo Capellanis constaret . Votis suis consona fuit litterarum Apostolicarum expeditio facta anno millesimo septingentesimo nonagesimo sexto , Idibus Julii ,

In hisce litteris Dos unicuique Praebendae fuit assignata in certa , determinataque summa ab Administratoribus ex piis operis redditibus presolvenda ; *Eidem Abbatiae , videlicet , sunt verba litterarum Apostolicarum) Pro praebenda nonaginta septem ducatorum auri camera , et Juliorum duorum monetae Romanae , cum dimidio alterius Julii similis , ac pro distributionibus quotidianis 48. ducatorum auri hujusmodi , et Juliorum 10. dictae monetae . Ratione vero praefatae Missae quotidianae celebrandae triginta ducatorum auri similium , et Juliorum 15. ac unicuique ex Canonicis , seu praebendis S. M. Pius VI. constituit certam pecuniae quantitatem ; itemque statuit eandem summam pro Mansionariis , et Capellanis . Juxta Testatoris voluntatem concessit Pontifex Gubernatoribus , seu Administratoribus pii operis jus patronatus tam in ipsa institutione , quam vacatione in perpetuum nominandi , et praesentandi Abbatem , qui est Dignitas , Romano Pontifici , Canonicos , Mansionarios , et Capellanos Episcopo .*

Res tam rite , recteque constituta , paucos annos stetit , ordinis enim eversio , quae superioribus annis malo fato evenit , hanc quoque piam institutionem affecit , redditusque pii operis imminuti adeo fuerunt , ut ne dum Praebendati integros constitutos fructus per-

cipere potuere, ideoque ipsi Canonici, et Capellani creditores sunt usque ad annum 1817. in summa scutor. 35894. Genuæ, et a dicto anno usque ad præsentem fructus annuatim non omnes percipiunt; idcirco prædicti Administratores postularunt ab hac S. Congregatione, et suspensionem collationis unius Canonici modo vacan. per obitum Thomæ Gambaro ejusdem Collegiatae, et aliorum qui erunt in posterum vacaturi. Preces remissæ fuere Archiepiscopo, ut auditis tam Capitulo, tam Patronis ejusdem Collegiatae, nec non transmissis statu activo, et passivo, et annuo redditu cujuslibet Præbendae comprehensivis distributionibus referret de quantitate aeris alieni dimittendi, de numero Præbendarum suspendendi, et tempore, et quo modo interea provisum erit Choralis officinae, et Populi commodo. Archiepiscopus his verbis suam aperit sententiam „ Annum redditum omnibus comprehensivis „ quum sive Ecclesia, sive præbendæ in præsentiarum possident, non excedere summam scut. 3780. „ Fructus ab ipso Capitulo pluribus ab hinc annis „ nondum perceptos ascendere ad summam scutorum 7540. annum redditum cujuslibet Præbendae comprehensivis distributionibus, vix, et ne vix „ quidem pertingere ad summam scut. 120. Quare „ adeo tenues videntur annuis ejusdem Collegiatae „ redditus, ut Oratorum preces exaudiri utique possint. Ea nimirum lege, seu conditione, ut semper remaneant sex Canonici, et sex Mansionarii, nec gratia ultra decennium concedatur, ita enim „ et choralis officinae, et populi commodo, et „ totius rei denique bono satis bene providebitur „.

▲ suspensione beneficiorum, seu Canoniciatum, quæ totalem important beneficii extinctionem, præbendarumque diminutionem abhorrent SS. Canones, ut ex cap. ex Part. 12. de Const. imo ne suspensio quidem ad tempus fieri potest sine causa ex præd. Cap. Non debet enim Domini cultus minui, sed augeri ut

Die 22. Junii 1822.

131.

ut etiam legitur in *cap. majoribus 8. de praeb.* Ast vero jus Canonicum causas, ex quibus fieri potest Canonicatum aut beneficiorum suppressio ad duas reducit, scilicet ad evidentem necessitatem, et utilitatem *Pyrr. Corrad. in praex. rei Beneficiariae lib. 2. cap. 8. num. 13. Reinff. in lib. 3. Decret. tit. 12. c. 3. num. 32., et 35.* Inter justas causas recensentur etiam tenuitas, et insufficientia reddituum ita *Glosa. in cap. Cum accessissent. de constitut. cui adhærent Doctores supra citati, et Garzia de benef. Eccl. p. ult. c. 1. ac præsertim Trident. in sess. num. 4. cap. 15. de Ref.*

Porro in themate tenuitas habetur Præbendarum, tam Canonicatum, quam Capellaniarum uti etiam constat ex ordinarii testimonio, cui accedit etiam æs alienum scut. Januen. 35894. Rom. 7543., et quamvis compertum sit SS. Canones prævidisse detrimentum quod afferri posset choralis servitio ex præbendarum suppressione nihilominus permittitur a Trident. suppressio, modo tamen tot supersint præbendæ quæ Dominico cultui, et Ecclesiæ dignitati commode valeant respondere. Verum non petitur in casu Beneficiorum suppressio, sed suspensio ad tempus tantum, quæ facilius concedi solet, dummodo et urgeat necessitas, et detrimentum non patiatur choralis servitium ut in *Asculana 18. Septembris 1773., in Romana Prorogat. Indulti 14. Junii 1806., Nullius S. Martini 16. Decembris 1820. ad 1. Dubium, et alibi.*

Urgens necessitas certe videtur æs alienum dimittendum ad annum enim 1817. Capitularibus scut. 7540. debentur quam pecuniæ quantitatem tuto jure repetere possunt, quum eorum reditus non ex aliqua communi massa ab ipsis administranda proveniant, sed a S. M. Pii VI. in Bulla erectionis constitutus fuerit. Si igitur ut solvatur æs alienum, est justa causa suppressionis canonicalium Præbendarum, eo magis justa causa erit, ut suspendatur eorum collatio, ex qua suspensione parum, aut nihil detrimentum patia-

tor chorale servitium, si præbendæ remaneant, juxta votum Archiepiscopi.

Neque silentio prætereundum omnes hos Canonicatus, et Mansionarias esse jurispatronatus, et Patronus suum præbuisse consensum, immo ipsi hinc S. Congregationem adierunt, ut hujusmodi suspensio concedatur.

Tandem, ut temporanea sit hæc suspensio, animadversione mihi dignum videtur quo modo Capitulum agere de liquidatione cujusdam crediti cum regia commissione, qua peracta meliorem suam faceret conditionem, et tunc æs alienum saltem ex parte dimittere posset. Indubium etiam est quod modo redditus dictæ Collegiæ non sufficiant tam pro expensis mantentionis d. piæ Institutionis, quam pro præbendarum redditibus in Bulla erectionis d. Canonicis assignatis non perceptis, nec in posterum percipiendis, deficientibus singulis annis redditibus scutatorum 496. Quibus omnibus adjungitur Ecclesiæ tectorum restauratio omnino facienda.

At dubitari nequit, quod hac suspensione Missæ quoque minuerentur, namque Testator præscripsit, ut omnes Præbendati quotidie celebrarent pro suæ, suæque familiæ animarum expiatione, quo in casu aliquando S. Congregatio hanc suspensionem denegavit. Neque æs alienum dimittendum tanti videtur; ut suspensio concedatur; Namque ideo Pontifex præbendis certam illam assignavit summam quia ab Administratoribus expositum fuerit pii operis redditus pares esse ad hoc onus sustinendum, quod si S. M. Pii VI. impar illos cognovisset, forsan minorem constitueret summam. Neque negari potest servitium Chorale imminutum ob hanc suspensionem, saltem quoad decus, et Ecclesiæ dignitatem, namque fere ad medietatem Collegiata reduceretur.

Animadvertere quoque præstat E. P. P. quod Abbatix, seu unicæ Dignitatis institutionem sibi reservaverit S. Sedes, cujus jura semper tecta, sartaque servanda sunt itemque in pretio habendum est quod uni ex præbendis Canonicalibus data sit actualis cura animarum, ideoque Vestræ sapientix

Die 22. Junii 1822.

153

tis erit de his aliquid decernere , si petitam suspensionem concedere velitis .

Dubia erunt .

I. „ An , et ad quod tempus *Canonicatus* suspensio modo vacans sit concedenda in casu ec.

II. „ An , et quae *Praebendae vacaturae* , et ad quod tempus suspendendae sint in casu ec.

Non proposita cum sequenti ,

ANAGNINA CAPELLANIAE . Joannes Baptista Bernabei anno 1694. condito Testamento nonnulla bona legavit Ven. Sodalitati Sanctissimi Sacramenti in Oppi o Carpineti erectæ , eaque nonnullarum Missarum celebratione oneravit , certisque legibus adstrinxit , sic ajens „ Item di tutti li beni lasciati alla detta Ven. „ Compagnia del Santissimo Sacramento , ne faccio „ un perpetuo Juspatronato a favore degli infrascritti miei Eredi , e loro Figli successivamente in infinito , tanto Mascolini , che femminini , che vengono dalla linea de' figliuoli del Signor Ludovico Colozzi , e Signora Lucrezia mia Sorella , con patto , e condizione , che se ci fosse Sacerdote discendente dalla Linea , debba esso celebrare le Messe , e ricevere tutta l' entrata , e non essendoci , debbano li sudetti eleggere il Sacerdote , che celebri , e soddisfaci detti pesi , con darci la solita elemosina , e il di più ne sia padrona la sudetta Venerab. „ Compagnia „ .

Sess. 22. cap. 6.
de Reform.

Hæredes deinde scripsit Nepotes, neptesque ex sorore
Laurentia, Ludovicoque Coluzzi.

Capitulum Collegiatæ Carpineti, Apostolica auctoritate,
omnia sodalitatis jura adeptum est. Superiori anno,
Sacerdos qui Capellania gaudebat, diem obiit supre-
mum, nullusque extat ex contemplata Familia Pres-
byteratus ordine insignitus, sed tantum Augustinus
Coluzzi, in decimonono ætatis anno constitutus, sa-
cræque militiæ adscriptus, qui Capellaniæ posses-
sionem expostulat, ut hoc subsidio sacris disciplinis
operam dare, et ad Sacerdotalem dignitatem valeat per-
venire.

De more Episcopus rogatus, testatur Capitulum ab in-
dulgentia abhorrere, nec alios inveniri, quorum ju-
ribus petitio hæc obstare videatur, ipse vero senten-
tiam suam sic aperit, Optasse me, ac etiam jussis-
,, se, ut in Seminarium Diæcesanum ad studia ex-
,, colenda veniret clericus Augustinus, quem dolebam
,, necessariis ad litterarum studia instrumentis, adju-
,, mentisque carere: Patrem e contrario rei familia-
,, ris angustias objicere, quæ obstant, ne Seminario
,, pensionem juvenibus alendis constitutam solvat:
,, eundem vero Patrem in re familiari administran-
,, da non ita esse, vel prudentem, vel accuratum ut,
,, administratio honorum, de quibus dictum superius
,, est, eidem tuto committi queat: ergo hoc potius
,, expedire, ut Capitulum bona administret, ac ex
,, eorum fructibus onera Missarum a piis testatori-
,, bus relicta impleat: cæteros autem, qui superfue-
,, rint redditus conferri debeat in alimenta Clerici Au-
,, gustini, dummodo tamen, et quoad usque is litera-
,, rum studia in Seminario Diæcesano excolat. Quo
,, consilio mihi videor hand longe discedere a Testa-
,, toris voluntate, qui animo se esse probavit tum er-
,, ga familiam benevolo, ex qua Sacerdotem, si quis
,, præsto foret præferri voluit, tum erga Ven. Eucha-
,, ristia Sacramentum pio; nunc autem quandoqui-
,, dem nullus actu Sacerdos in ea familia reperitur,
,, æquum, et ad voluntatem Testatoris accommodatum
,, videtur, si quidem Clerico ex ea familia faciliter ape-
,, riatur via ad Sacerdotium, hoc est ad obsequium,
,, cultumque Ven. Eucharistia Sacramenti - .

Sacra hæc Congregatio innumeris pene exemplis confirmavit supremas Testantium voluntates religiose esse servandas, uti in *Urbevetana Jurispatronatus 30. Maii 1818.*, *Civitalis Castellanae Unionis Capellaniae 2. Maii 1818.*. Cum igitur ex Bernabei dispositione jus quæsitum videatur Capitulo ad superfluos fructus percipiendos, ob illius subrogationem Confraternitati, et conditionis implementum, videlicet, quia nemo ex familia Coluzzi Sacerdotali munere auctus invenitur, sequitur, rennente Capitulo, Oratorem Capellaniæ possessionem assequi non valere.

E converso Augustini petitio non ita facile despicienda videtur. Certum in jure est defunctorum voluntates, ex justa, et necessaria causa immutari posse ex *SS. Concilio Tridentino Sess: 21. cap. 4., Sess 22. cap. 6., et Sess. 23. cap. 18. de Ref.*; Sacraque hæc Congregatio multis etiam exemplis confirmavit, ut in *Ariminen, Capellaniae 22 Julii 1815.*

Videndum igitur in casu, an causæ existant, quæ voluntatis commutationem suadeant. Innocentius III. in Decretali relata in *cap. Magnae De voto, votique redemptione* hæc habet, „Præcipua duximus in hoc „negocio attendenda. Quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, quid „expediat secundum utilitatem „. Quæ præcipue constituta quoad Votorum redemptiones, extenduntur ad quascumque voluntatum commutationes, ut tradunt *Monet. de Commut. ultim. volunt. cap 6. num. 75, cap. 9. num. 679., et 693. Pilon. de Contro. Patron. Alleg. 56. num. 8. tom. 1.*

Aequitati repugnare non videtur petitio, quia aliorum jura non lædit. Nam Capitulum plus juris, quam Confraternitas habuit, habere non potest. Testator Bernabei cum Sodalitati Sanctissimi Sacramenti superfluos fructus ex celebratione concessit, nihil aliud egit, quam ad certum usum fructus ipsis relinquere, cum omnibus notum sit Confratres, nihil ex Confraternitatis bonis percipere, sed tantum ad pios usus bona ipsa destinare. Eruitur inde Capitulum ex Testatoris voluntate nullum jus habere fructus ipsos percipiendi, suumque in usum convertendi, ideo-

ideoq., si Oratoris petitioni assensus præstetur, de injuria minime conqueri possit.

Insuper suam Testator Bernabei erga Nepotes dilectionem monstravit, quos ad compendium Capellaniam invitavit quandocumque aliquis ex familia existeret Sacerdotali caractere insignitus. Hinc dici potest, Testatorem, si hunc casum considerasset Nepotis, qui Sacro servitio mancipatus, necessariis adjumentis destitutus ad Sacerdotium pervenire non posset, nullumque alium in familia Sacerdotem inveniri, minime ei fructuum perceptionem denegaturum fuisse,

Utilis vero causa peti posset, ne dum necessaria, ex summa Ministrorum inopia, quibus ob præteritas temporum calamitates laborat Ecclesia. Optimam spem Oratorem præferre, illumque inopia pressum ad Seminarium accedere non posse, Episcopi testimonio confirmatur.

Si tanti EE. VV. rationes duxerint, quæ Oratoris petitionem opitulantur, ut pro gratia respondendum existiment, videant utrum Capitulum propter Patris Augustini incapacitatem, honorum administratione gravandum sit, cum onere in alimenta Oratoris impendiendi quidquid ex Missarum celebratione superest juxta Episcopi sententiam, vel aliud remedium excogitandum, ex quo et bonorum integritati consulatur, et fructus Orator percipiat.

Dubia proponuntur,

I.^o *An, et quomodo consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Joannis Baptistae Bernabei in casu etc,*

Et quatenus affirmative,

II.^o *An, et quomodo providendum, quoad bonorum administrationem in casu ec,*

Die Sabathi 27. Julii 1822. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.

JANUEN. SUSPENSIONIS.

Sess. 24. Cap.
15. de Reform.

Dubia erunt .

- I. *An, et ad quod tempus Canonicatus suspensio modo vacantis sit concedenda in casu etc.*
- II. *An, et quæ Praebendæ vacaturæ, et ad quod tempus suspendendæ sint in casu etc.*

Ad I. affirmative ad Decennium sine præjudicio celebrationis Missarum Canonicatui infixarum, si tamdiu protrahatur perceptio Crediti cum Gubernio liquidandi, facto verbo cum SSmo .

Ad II. Negative .

ANAGNINA CAPELLANIAE.

Sess. 22. Cap. 6.
de Ref.

Dubia proponuntur .

- I. *An, et quomodo, sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis Joannis Baptistæ Bernabei in casu etc.*

S

Et

Et quatenus affirmative .

II. *An, et quomodo sit providendum, quoad bonorum administrationem in casu etc.*

Ad I. affirmative , et adimpletis omnibus oneribus ad formam foundationis , quidquid supererit , cedat favore Clerici Coluzzi , ut studiis vacet in Seminario Diæcesano , donec ad legitimam pro Sacerdotio ætatem pervenerit .

Ad II. affirmative juxta Votum Episcopi Administratoris , qui quolibet anno exigat reditionem rationis Capellanæ ,

Sess. 24. cap. 3.
et 5. de Refor.
Matrim.

NEAPOLITANA DISPENSATIONIS . Mutuo consensu , summa animorum conjunctione , ac servatis a SS. Trident. Synodo præscriptis initum est die 2. Augusti 1817. Matrimonium inter lectissimum juvenem D. Nicolaum Vecchioni , et adolescentulam D. Margaritam Muscettola ex Principibus Leporani. Optata plurimum , tentata sæpius , obtenta nunquam est Matrimonii consummatio per novem mensium spatium, quo Juvenes communem domum, commune habuerunt thorum . Ita longam , inutilemque pertæsi moram utrique Conjuges , cum jam prius ab omni communione recesserant , et Mulier ad Patrios redierat lares , Summo Pontifici exposuerunt sub die 2. Octobris 1819. Apostolicam Dispensationem a Matrimonio rato, et non consummato exorantes ,

Statim datæ sunt literæ Eñõ Archiepiscopo pro confectioe Processus super non consummatione servata in omnibus forma Constitutionis S. M. Benedicti XIV. *Dei Miseratione* , utque referret de canonicis causis dispensationis . Omnia rite , recteque gesta sunt ab Archiepiscopali Curia . Constitutus Matrimonii Defensor , et sub interrogatoriis ab eo exhibitis solemniter rogati sunt primum Conjuges , qui de non sequuta consummatione jurarunt ; dein septem utriusque Propinqui , demum et alii Testes , quorum omnium depositiones exhibet *Summarium* . Facta etiam

est inspectio corporis Mulieris ad detegendam ejus virginitatem, tribus designatis Obstetricibus, adstante Matrona, et adstipulante Peritorum in arte consilio. Et jam hæc omnia ad suum properaverant exitum, cum Defensor Matrimonii instetit coram Judice Delegato, ut Viri etiam corporis recognitio fieret. Sed obstitit Nicolaus Vecchioni, solemniter emissa protestatione, sese inspectioni subjicere, unde Margarita Muscettola Summum adiit Pontificem, ne in longius protraheretur actorum transmissio. SSiñus annuit precibus rescripto diei 22. Augusti præteriti anni, et hujus novæ inspectionis, si quando utilis, non semper tamen in hisce causis necessariæ, judicium S. Congregationi remisit, adjecta clausula „*salvo jure supplendi in posterum quidquid S. Congregatio ad rectum judicium necessarium putaverit,*„.

Transmisso tunc Processu duo, quæ ab Emo Archiepiscopo exquisita ab initio fuerant, nimirum ut de non consummatione Matrimonii, ac de canonicis causis Dispensationis referret, ita absolvit in sua Relatione. Quoad primum „*Ex hoc Processu (ait) satis constat, Matrimonium, de quo est sermo, non fuisse consummatum, neque ullum in inspectione corporis Margaritæ Nicoletæ Muscettolæ vestigium virginalis integritatis violatæ apparuisse,*„ Quoad alterum sibi temperandum duxit, quia præmittendam Corporis Viri investigationem arbitrabatur, ut videre est in Processu, et Relatione, quam complectitur Summarium a Muscettola distribuendum.

Causa igitur sub assueta dubii formula definienda proponitur Sapientissimo EE. PP. judicio, Margarita Muscettola præ viribus dispensationem urgente, silente viro, ac distributis contra Dispensationem animadversionibus a Matrimonii Assertore.

In quolibet dispensationis judicio duo tantummodo extrema probanda esse tuetur Mulieris Defensor, quorum primum in non sequuta consummatione, alterum in justa dispensandi causa constituuntur.

Primum itaque non sequutæ consummationis extremum ex utriusque conjugis juramento bis repetito desumit, quod magis, magisque confirmatur ex septima utriusque lateris propinquorum manu. Hoc Conjugum,

ac septimæ manus juramentum, quod unum sat esset ad obtinendam dispensationem juxta *Text. in cap. Laudabilem de frig. et maleficiat.* tutius redditur ex aliorum plurium testium depositionibus, quorum plerique, re adhuc integra, alii vero, cum jam conjuges communi thalamo valedixerant, non sequutam consummationem novisse interposita sacramenti religione affirmarunt.

Rem demum conficit judicialis, ac numeris omnibus absoluta inspectio corporis mulieris, ex qua sæpius tentatam corporum commixtionem, omni prorsus effectu caruisse eruitur, cum obstetrices, ac ex ipsarum relatione Periti uno ore Margaritam jurejurando virginem judicaverint, ac omne violatæ integritatis indicium excluserint. Quod etiam confirmat in sua Relatione Eius Archiepiscopus asserens ex *judiciali Processu satis constare; Matrimonium non fuisse consummatum, neque ullum in inspectione corporis Margaritæ Nicoletæ Muscettola vestigium Virginalis integritatis violatæ apparuisse.*

Justam vero causam Apostolicam exorandi dispensationem, in quo *alterum* constituitur extremum ponit idem Muscettolæ Defensor tum ex jure, tum ex S. Congregationis praxi in mutuo Conjugem consensu, in Viri impotentia saltem respectiva, in defectu ra successione utriusque prænobilis familiæ, cum de unigenitis filiis agatur, ac demum in Conjugum aversione, et in odiis, quæ utriusque familiæ consanguineorum animos exasperarunt. Nullo autem modo petitæ gratiæ concessionem retardandam esse contendit vel triennalis condormitionis tentamine ab hujusmodi dispensationis judiciis prorsus extraneo, vel ob defectum judicialis inspectionis corporis viri, quæ nec requiritur a Const. S. M. Benedicti XIV. *Dei Miseratione*, nec alioquin est necessaria. In gratio- so enim dispensationis judicio rigidissimæ undequaque probationes minime requiruntur.

At Matrimonii Defensor, dum concludentissimis argumentis probandam esse contendit non sequutam consummationem etiam in dispensationis judicio, eo rigidior in themate probationem necessariam ducit cum ex plurium mensium cohabitatione, et condormi-

missione præsumptio juris , et de jure oriatur habitæ consummationis . Suspectum vero dicit juramentum conjugum , a quibus etiam inverosimilia narrantur . Unde nequit ex solo conjugum juramento idonea constitui probatio , quæ viam sternat ad dispensationem concedendam . Extrinseca autem solemnitas septimæ manus , quæ, licet si desit , multum detrahit conjugum juramento , attamen , si adsit , tanti non est , quæ supplere queat intrinsicum probationis valorem . Quin præsidium afferre possint depositiones aliorum Testium , qui non nisi de audita ab ipsis conjugibus deponunt .

Ad inspectionem corporis Mulieris transiens , minime acquiescendum esse animadvertit Peritorum judicio , qui Margaritam virginem esse affirmarunt ; quia relationes hujusmodi falsis duobus innituntur principiis , quæ ab anathomicis tamquam falsa respuuntur , et a Canonistis ceu fallacia virginitatis indicia habentur .

Post exclusam non consummationis certitudinem , deficere animadvertit canonicam causam ad dispensandum , quam gravem , et urgentem requirit , quæque nequit consistere in solo conjugum consensu , ut sæpe sæpius respondit S. hæc Congregatio .

Quin possit utriusque conjugis consensus in canonicam dispensationis causam converti , ex Viri impotentia , præsertim cum hæc absoluta excludatur a Peritis , respectiva vero summopere sit dubia . Non enim ex quo Matrimonium non fuerit consummatum inferri potest , non potuisse consummari ex respectiva impotentia : Aut igitur ad tutum reddendum judicium confugiendum est ad triennale experimentum , quod in similibus gratiosæ Dispensationis causis alias a S. Congregatione fuit indictum , aut Vir , licet reluctans , cogendus est , ut corpus suum a Peritis in arte inspicere patiatur .

Negat demum matrimonii Defensor ex vaga assertionem odii , et aversionis inter Conjuges , eorumque conjunctos erui justam vinculi maritalis dissolvendi causam , cui minime opitulatur generis nobilitas , vel defecturæ successionis periculum . Unde concludit aut negandam esse dispensationem , aut inspectionem

corporis Viri, sive triennem cohabitationem esse indicendam.

Fusus hæc noscent EE. PP. tum ex allegatione pro muliere distributa, tum ex animadversionibus Defensoris Matrimonii. Superest igitur, ut definire dignentur.

Dubium.

An sit consulendum SSmo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.

Affirmative, et Nicolao Vecchione non relaxetur fidei status liberi, inconsulta Sacra Congregatione.

Sess. 14. cap. 6. et Sess. 24. cap. 13. de Ref.

TIBURTINA PAROCHIARUM. Una tantum Parœcia erat in Castro Madama Tiburtinæ Diœcesis, in qua duo Parochi animarum curam exercebant. Episcopus Natali anno 1767. ab hac S. Congregatione facultatem obtinuit unius Parochi portionem supprimendi, et ex ejus redditibus duos Vicarios constituendi, qui Parocho superstiti opem ferrent. Hæc immutatio quæstionibus inter Parochum, et Vicarios locum dedit, ita ut anno 1792. in Sacra Congregatione proposita fuerint Dubia: „ I. *An, et quomodo sustineatur suppressio unius ex duobus Parochis Ecclesie Parochialis Castri Madamae, et respectiva erectio duorum Vicariorum, in casu ec.* Et quatenus affirmative. II. *An, et quorum jurium Parochialium exercitium competat iisdem Vicariis in casu etc., et die*

Die 27. Julii 1822.

143

die 16. Junii reponsum datum est. *Ad primum Affirmative*, et amplius, *Ad secundum Negative*; nisi de licentia, et consensu Archipresbyteri, et amplius.

Anno 1817. nomine Communitatis instauratum est iudicium, ac tria proposita fuerunt dubia. I. *An*, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis sub die 16. Junii 1792. „ II. *An*, et quomodo sit locus divisioni animarum, ita ut sit erigenda Ecclesia Sancti Laurentii Martyris Castri Madamae in novam Paraeciam, et ad eandem sit transferendus alter ex duobus Parochis. „ III. *An*, et quomodo novae Paraeciae, et jurium Parochialium exercitium sit tribuendum actuali Vicario Curato superstiti.

Silente Archipresbytero Giustini, qui tunc Paræciam regebat, sub die 30. Augusti ejusdem anni rescriptum est: *Ad I. Recedendum a decisis*, ut in sequenti; *Ad II. Affirmative in omnibus facta divisione populi per confinia*, assignatis novo Parocho pro congrua redivibus Vicariorum, et incertis stolae, et Episcopus curet ante erectionem compleri omnia necessaria quoad Ecclesiam, Domum Parochialem, et Turrim Campanariam, reservato favore Ecclesiae Matricis aliquo signo honoris ab eodem Episcopo praefiniendo. *Ad III. Affirmative per Bullas facto verbo cum Sanctissimo.*

Sed die 11. Aprilis 1818. iterum proposita causa, et iura sua deducente Archipresbytero, recessum fuit a decisis sub die 30. Augusti 1817. Ut rei seriem, ac rationum momenta melius noscant Eminentissimi Patres, eos rogo, ut dignentur praedicta folia anni 1817; et 1818. reassumere.

Cum vero mense Decembri anni 1820. Parochus Justini diem obierit supremum, magistratus Castri Madamae novum supplicem huic S. Congregationi dedit libellum, ex postulans Paræciae divisionem prout anno 1817. fuerat constitutum.

Episcopum de more rogavi, qui in sua informatione hæc habet, „ *Publici Consilii votum expetere iudicavi*

„ cavi , ut quovis partium studio remoto , clarius
 „ inotesceret , quid populus Castri Madamae de
 „ duorum Parochorum restitutione crederet , quidve
 „ sentiret. Negotio igitur proposito, duorum Parochorum
 „ existentiam Consilarii omnes cunctis fere suffra-
 „ giis probaverunt , quemadmodum ex illorum deli-
 „ beratione patet , quam Vobis exhibeo : Verum non
 „ eis arrisit , ut quilibet Parochus esset , et Eccle-
 „ sia , et populo omnino separatus ab alio , sed ut
 „ in eadem Parochiali S. Michaelis Ecclesia duo es-
 „ sent Parochi , alternis hebdomatibus servientes ,
 „ potius constituere voluerunt .
 „ Illud nunc certe possum adjungere me ad Castrum
 „ Madamam accurrisse , ut de resultantibus ex res-
 „ cripto , Sac. hujus Congregationis edito die 30 Au-
 „ gusti 1817. praesens ab oculis inquirerem , e qui-
 „ bus cum exquisierim , an provisum sit iis , quae
 „ eodem Rescripto statuuntur , nihil prorsus fa-
 „ ctum fuisse omnes responderunt , quoniam die 11.
 „ Aprilis 1818. aliud prodiit ejusdem Sac. Congre-
 „ gationis Rescriptum , quo recedendum esse a de-
 „ cisis praescribitur , cujus gratia praecedentis Res-
 „ cripti executio neglecta est . Hac in Ecclesia San-
 „ cti Laurentii , quae in alteram Parochialem esset
 „ erigenda , ea tantum inveni , quae ad Missam ce-
 „ lebrandam sunt necessaria , deficientibus iis , quae
 „ ad Parochiales functiones exercendas requiruntur ,
 „ Domus , quae Parocho esset assignanda magna
 „ indiget reparatione , et angusta nimis videtur .
 „ Turris campanaria , opere nimis celeri extracta
 „ decentem certe formam non exhibet , et quod ma-
 „ jus est Campanulas adeo habet exiguas , ut earum
 „ sonus , e propinquioribus tantum domibus possit
 „ audiri . Certum quod oblinet ad novi Parochi con-
 „ gruam , nullam profecto res difficultatem incurre-
 „ rit ; nam quam summam nummorum modo duo
 „ Vicarii perpetui percipiunt , et quae simul conjun-
 „ cta saltem ad scutata 120 liceat supputare , ea es-
 „ set , quae novo Parocho tribueretur ,

Cum

Cum vero **Communitas** litis decisionem non urgeret, **Procurator Fiscalis**, malis commotus ex **Parochi** deficientia fluentibus, hæc supplici in libello **Sanctissimo** exposuit, „*Tutti gli esposti mali esiggonno un pronto riparo, ma non puol questo sperarsi per ora dalla via giudiziale, poichè la Communità non va più innanzi con la Causa, attesa la proibizione della Sagra Congregazione del Buon Governo di non più spendere per tale ogetto denari del Pubblico. L' Arciprete Giustini, che con suo grave dispendio, hà sostenuto per l'addietro i dritti della Parrocchia per il bene spirituale del suo gregge più non esiste: mancano adnque le parti litiganti, ma esiste l'impedimento, per cui si starà sempre in una dannosissima inazione, e senza rimedio per questa parte a tanti mali.* „

„*Implora il Procurator Fiscale esponente dalla Suprema Autorità della S. V. un sollecito provvedimento, onde possa venirsi liberamente alla elezione del nuovo Arciprete, e Vicario Curato che mancano, non ostante qualunque opposizione.* „

Statim lacerationem Nihil transeat, decrevi, unde hodie causa ex officio reproponitur. Ne inutiliter repetam, quæ jam collegi in Foliis die 30. Augusti 1817., et diei 11. Aprilis 1818. precor **EE. PP.** respondere.

Dubio .

An, et quomodo sit standum in primo, vel secundo loco decisis in casu etc.

Dilata, et indicatur concursus pro **Archipresbyteratu** sub conditione, ut novus **Parochus** teneatur admittere divisionem **Parocciæ**, quatenus exequenda sit decisio 30 Augusti 1817, et ad mentem.

Mens est .

Ut facto verbo cum **Sanctissimo Vicariæ** redigantur amovibiles ad nutum **Episcopi** cum dependentia a **Parocho**, et absque expeditione litterarum **Apostolicarum** .

CAMERINEN. JURISPATRONATUS. Quæstioni, quam hodie EE. VV. sapientiæ definiendam subji- cio, occasionem præbet Articulus 26. Edicti lati die 5. Julii 1815., et articulus 130., et seqq. Motus pro- prii SSm̃i D. N. Pii Papæ VII. diei 6. Julii 1816.

Siquidem Nobilis Matrona Nicolaa Mancini Camers supremis signatis tabulis diei 17. Julii anno 1792. instituit *Erede proprietario, ed assoluto con pieno jus, e ragione il nobil Uomo Signor Ridolfo voglia Patrizio di Camerino. Vuole però detta Testatrice, ordina, e comanda, che dal medesimo suo Erede di tutti i suoi beni, si eriggano, e stabiliscano due Cap- pellanie, meramente laicali, e siccome la detta Sig. Nicola Testatrice ha due possessioni composte di di- versi pezzi di terreni, e case, una posta nella per- tinenza di Perito, Valle S. Martino, costa S. Se- vero, o altro luogo confinante, perciò vuole, ordi- na, e comanda, che tutti gli beni addetti a questa possessione, servano per fondo, o manzo della pri- ma Cappellania; L'altra possessione posta nelle per- tinenze di Luffiano, o altro luogo confinante, e cir- convicino, o di questa possessione ordina, che si sta- bilisca il fondo, o manzo della seconda Cappella- nia . . . col peso, ed obbligo alli Signori Cappel- lani da nominarsi dal sopradetto suo Erede, e suoi discendenti Maschi, ed in mancanza di Maschi sue discendenti femine, di celebrare tante Messe etc. . . il gius di nominare . . . spetti al suddetto suo Erede Signor Ridolfo Voglia, e suoi discendenti come sopra - .*

Piam testatricis voluntatem exequutus est Rodolphus Voglia, cui duo nati sunt filii Salustius, et Jacobus quorum ille clericalia stipendia meruit, et adhuc inter Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Camerinen- sis adnumeratur, hic vero masculum ex Matrimo- nio suscepit Herculem, et tres fœminas Catharinam Paulam, et Angelam. Parenti suo Jacobo præmor- tuus Hercules filium ex se reliquit cui nomen Ro- dulphus, cuique hodie cum amitis Catherina, Pau- la, et Angela disceptandum est de jure patronatus ad prædictas Cappellantias.

Moriens quippe Jacobus nepoti suo Rodulpho legitimam tantum portionem tribuit, cætera vero bona filiabus suis Catherinæ, Paulæ, et Angelæ reliquit.

Veritus propterea est Rodulphus, ne et jus nominandi Cappellanum, cum obire contigerit Salustium Voglia modernum Capellanæ possessorem, sibi velint amicitæ tribuere, ideoque adiit SSimum, a quo preces Amplissimo huic Ordini ablegatæ fuere, ut S. Congregatio attenta oratoris paupertate, quæstionem Oeconomice definiret. Statim ac SSimi mandata ad S. Congregationem pervenerunt, datæ sunt ad Archiepiscopum litteræ pro informatione, et voto, utque præfigeret omnibus interesse habentibus terminum unius mensis ad deducendam jura sua in S. Congregatione in forma œconomica.

Folium exhibitum est continens jura Catharinæ, Paulæ, et Angelæ, quæ vobis exponam nec non allegatio favore Rodulphi EE. VV. distribuenda.

Putant Sorores ad se jus patronatus hujusmodi, defuncto Salustio, pertinere cum lege edictali 5. Julii 1815. Art. 26., et art. 130., et seq. Motus proprii 6. Julii 1816. quodlibet substitutionum genus fuerit sublatum, ac propterea ad Canonicum Salustium Voglia tamquam filium hæredis instituti a Nicolao Mancini, et ad se tamquam filias, et hæredes Jacobi voglia spectare contendunt absolutum jus nominandi excluso penitus Rodulpho.

Idque facto ipso adversarii conantur ostendere. Si enim (ajunt) non novisset per hanc legem jus istud sibi fuisse sublatum, procul dubio non confugisset ad SSimum, ut per supremi Principis rescriptum jus extra omnem dubitationis aleam positum sibi assereret; sed si confugit ad sacratissimum Pontificem, id satis innuit sibi persuasum fuisse, ab hoc jure decidisse.

Contra Amittas vero excipit Rodulphi defensor testatorum voluntates pro lege habendas, cui retragari non licet in casu vero adesse testatricis voluntatem, quæ juris patronatus honorem masculis tantum ex Rodulpho voglia descendentes delatum voluit foeminas tunc tantum frui voluit, cum mares deessent.

Rodulphum veri hæredis loco habendum, licet in legitima tantum fuerit institutus, hoc enim sat esse contendit ad hæredis nomen, et jura obtinenda. Ad-
dit insuper testatricem non jussisse, ut patronus foret Rodulphi senioris hæres, sed descendens, et masculus, quod quidem sine hæreditaria qualitate consistere potest. Tandem in Edicto 5. Julii 1815. nihil reperiri, quod Capellanias, vel juspatronatus tollat, præsertim cum Article 29. statuatur quod *si procederà col dritto canonico in tutto ciò che riguarda il Matrimonio, e le altre materie, sulle quali il sudd. dritto ha disposto.*

Nihil etiam adversus sui Clientis jus contineri in Motu proprio SSmi lato die 6. Julii 1816. idque potissime eruit *ex articulo 142.* ubi sarta, tectaque servantur *le riserve di semplice usufrutto formale, purchè non importino progressività di successione, i patti e le providenze delle investiture enfiteutiche; e le riserve di juspatronati attivi, e passivi.*

Hæc fusius tractata habent Eminèntissimi Patres in allegatione, quæ pro Rodulpho distribuitur. Ad-
dam insuper, Articulum Motus Proprii Santissimi loqui dumtaxat *„ de vincoli di fidecommisso, primogenitura, di altre simile sostituzioni.* Jam vero non jure fideicommissi substitutionis, vel primogenituræ juspatronatus vindicare sibi contendit Rodulphus, sed jure agnationis, et tamquam masculus a Fundatore descendens. Ulterius Fideicommissum intelligitur id, de quo quis suprema defuncti voluntate rogatus est, ut daret, vel faceret *Vinn. com. in Instit. lib. 2. tit. XII. exulp. in frag. tit. 25.* substitutio simpliciter posita in usu juris, uti *Vinnius notat ibid. Tit. 5.* nihil aliud est, quam cum hæres hæredi, legatarius legatario deficienti sufficitur *L. ut hæredibus 50. de leg. Leg. 6. cod. de leg. 1. Leg. Tutores 39. §. 3. de ad. tut. l. cum pater. 77. §. volo 13. de leg. 2* sed Rodulpho jus nominandi defertur; non quia ejus Avus, vel Pater rogati sint hoc ei jus restituere, sed quia, iis deficientibus, ipse tamquam masculus descendens ad agnationis compendium directe a Testatore vocatur, se-

Die 27. Julii 1822.

149

cus a qualibet hæreditaria qualitate erga prædefunctos .

Nec prætereundum, nihil antiquius in Ecclesia fuisse, quam ut piæ fidelium voluntates adamussim impleantur *cap. Nos quidem, cap. De hærede, cap. Tua nobis de testam.* adeo ut Gregorius PP. IX. jusserit, ut licet testator caverit, ne Episcopus suæ voluntatis executioni se immisceat, tamen Episcopus hoc non obstante sciat onus sibi esse curandi executionem piæ ejus voluntatis *cit. cap. Tua Nobis*. His consonat *Triden: in cap. 8. sess. 22. de Ref.*, quam Canonum sanctionem doctissime exornat. *Benedict. XIV. lib. XIII. cap. ult. de Syn. Dioeces.*

Hinc patet Summum Pontificem uti supremum SS. Canonum vindicem, et custodem, dum in laudato Motu Proprio leges pro temporali S. Sedis dominio sanciebat, non solum noluisse aliquid, vel minimum Ecclesiasticis sanctionibus detrahere, sed imo dum Fideicommissorum, et Primogeniturarum abolitionem confirmavit sub Artic. 130. expresse addidit Artic. 142. *Le riserve di semplice usufrutto formale, purchè non importino progressività di successione, li patti, e le providenze delle investiture enfiteutiche, e le riserve de juspatronati attivi, o passivi, non si comprendono nelle precedenti disposizioni riguardanti le sostituzioni, ed i fidecomessi*.

Animadvertendum etiam est, Supremum Principem confirmasse eam abolitionem, quæ jam per plures annos, exera invasione durante, invaluerat, suumque sortita fuerat effectum. At vero nec per Gallicas leges jura patronatus sublata fuerant, statim ac per eas optio dabatur redimendi Fundorum libertatem, soluta Demanio quarta pretii parte. Unde colligitur, confirmationem extendi non posse ad ea, quæ nunquam in præcedenti abolitionis lege fuerant comprehensa.

Proponitur Dubium.

An defuncto Salustio Foglia juspatronatus competat
Ro-

Rodulpho Voglia , vel potius Catharinae , Paulae , et Angelae Vaglia in casu ec.

Affirmative ad primam partem , negative ad secundam .

Sess. 22. cap. 6.
de Ref.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM Joannes Baptista Belloni, supremis signatis tabulis, sic constituit ,,
 ,, Dopo la morte delli quali figli di detta Sig. Francesca
 (sororis scilicet testatoris) nomino per erede il Con-
 ,, vento delli RR. PP. Agostiniani Scalzi di San Nicola da
 ,, Tolentino in capo le case con questo che dell' entra-
 ,, ta annua di detta eredità , delli Padri debbano da-
 ,, re in perpetuo a trè Zitelle di buona fama , e con-
 ,, dizione per ciaschedun anno sc. 50. moneta per cia-
 ,, scheduna di dette Zitelle ad effetto di monacarsi di-
 ,, chiarando , che se vi fosse alcuno Zitella della mia
 ,, Parentela , o affine , e volesse essere ammessa a
 ,, detto sussidio dotale , in tal caso delli Padri gli dia-
 ,, no il doppio , cioè sc. 100. senza però obbligare det-
 ,, ti Padri a dare in quell' anno ad altra Zitella terza
 ,, il sussidio di sc. 50. che danno a questa di soprapiù,
 ,, di maniera , che non siano tenuti se non per scu-
 ,, di 150 l'anno . Voglio anche , che simil Zitella , che
 ,, sia parente , come sopra , caso voglia maritarsi ,
 ,, possa avere questo sussidio dotale di scudi 50. sola-
 ,, mente ,, .

Anna Maria Ronca , quæ juxta exhibitam arborem genealogicam testatori sanguinis vinculo octavo in gradu conjugitur , perpendens aliis consanguineis testatoris Belloni concessum nonnumquam fuisse augmentum legati dotalis , ut honeste nubere possent , rogavit Sanctissimum , ut sibi concederet cumulum dotalis subsidii in summa scut. 250. persolvendum ad rationem sc. 50. in singulos annos .

Hæredes huic instantiæ contradixerunt coram R. P. Auditore Sanctissimi , a quo preces Amplissimo huic Or-
 di-

dini remissæ fuere. Eminentissimum Protectorem pro informatione, et Voto rogavi, qui Coenobii Definitorium audivit, et jura ab eo contra Annam Mariam deducta remisit. Paucis exponam, quæ utriusque deducuntur. Testator, ita ait Definitorium, id tantum indulisit consanguineis puellis, ut scut. 100. perciperent, si in Domino nubere vellent, sin autem in sæculo 50. tantum scutata habere possent pro dotali subsidio. Hinc conjiciunt, Oratrici nullum jus esse ad obtinendum dotalis legati augmentum, etsi testatori sanguinis necessitudine jungatur, tum quia expresse declaravit testator, quid præ cæteris extraneis suis consanguineis competeret, tum quia oratrix longe a testatore distat, qui absque filiis 170. ab hinc annis decessit, cuique non nisi in remotissimo lineæ collateralis gradu jungitur, nimirum in octavo tantum gradu.

Hæc confirmare conantur responso edito in pari causa ab hac S. Congregatione anno 1736. die 15. Decembris adversus Ceciliam Fuga, quæ septimo tantum gradu a testatore Belloni distabat, et pro dotalis legati augmento Sanctissimum exoraverat. Insuper testator prætulit extraneis - *la zitella della mia parentela, o affinità* -, non vero - *le discendenti* -, unde suam hanc prædilectionem præter quartum gradum interpretari non licet, cum præter illum consanguinitas, et affinitas cessent.

Nec posse autumant Annam Mariam juvari ex eo quod suas preces non ad tramites juris, sed ad æquitatis normam sint expendendæ. Statim enim ac preces Amplissimo huic Senatui remissæ fuerunt, contradicentibus hæredibus, non sunt amplius ex æquitate, sed ex juris rigore recipiendæ, vel rejiciendæ, præsertim quia hæc æquitas in detrimentum hæredum cederet, qui per quinquennium privarentur jure nominandi ad alia subsidia.

His accedit hæreditatem Belloni occupatam a Demanio fuisse, et rebus, Deo dante, pacatis, alia bona compensationis loco fratribus data fuisse, quæ quoniam minora erant esse a Belloni relicto pro tribus

bus annuis subsidiis Fratibus onus impositum est distribuendi unum dotale subsidium scut. 50. in singulos annos. Atque hinc cum æque pia sit causa legati dotalis, et hæreditatis relictæ Regularibus, nullam piæ causæ privilegium prætereundum poterit oratrix adversus hæredes, quibus cum competat beneficium Falcidiæ ex imminutione fundorum, prout jam ad eam obtinendam cuncta parasse dicunt, præjudicium hæredibus afferret gratia, quam petit oratrix Ronca, tunc enim reductionem amplius impetrare non possent.

Exempla demum similibus gratiarum nihil probare contendunt, cum inibi ageretur de veris consanguineis, quæ nondum quartum gradum excesserant. Novissimum, quod superest exemplum cumuli dotalis concessi ex audientia Sanctissimi Elisabeth Ronca anno 1815. nullius roboris putant, cum sese opposuerint prædicti Patres, sed ut litem evaderet rescriptum illud impetere in solemnibus iudiciis noluerint.

At e contra oratrix ex linea testatoris descendens, utpote consanguinea Matri Antonii Belloni fratris testatoris, jus habere asserit ad dotale subsidium obtinendum. Exemplis similibus gratiarum suam adstruit petitionem, et præsertim resolutione hujus S. Congregationis in Romana 27. Novembris 1725., et ex rescripto Sanctissimi 7. Novembris 1815. favore consanguinearum Belloni.

Plura ad rem adducit ex Cardinali de Luca de Dote disc. 9. num. 4., et in ann. ad Concil. Trident. disc. 21. num. 7. ubi tradit, affines, consanguineasque puellas ex verisimili testatoris prædilectione fore extraneis præferendas, ubi incertis puellis relictum fuerit dotale subsidium, atque id confirmat resolutione hujus S. Congregationis in Casalen. Commut. Volunt. 7. Decembris 1697., et in Monopolitana subsid. dot. 6 Junii an. 1680., et unius, et alterius, vel etiam plurium annorum subsidia ita posse cumulari ex Summi Pontificis indulgentia, ut ex his congrua dos consanguineæ testatoris assignetur

Die 27. Julii 1822.

153

tar, ut censuit S. Congregatio in Romana Legati
20. Septembris 1718. Pistorien. Subsidiis dotalis 22.
Septembris 1731., et in Panormitana Subsidiis Dotal.
20. Augusti 1735.

Et majorem porro indulgentiam in consanguineas, et
affines adhibendam esse defendit, quo clarius testa-
tor expressit suam voluntatem, qua istas cæteris
extraneis prætulit, ut in re, de qua agimus, ex su-
perius descriptis testamenti verbis eruitur. Et licet
testator suis consanguineis scut. 50. tantum pro do-
te legaverit, tamen latius interpretandam fore asse-
rit voluntatem ejus, qui si prævidisset futurum, ut
ex rerum vicissitudine dos scut. 50. non esset am-
plius sufficiens, ut puella honestas nuptias inveniret,
majus utique subsidium suis consanguineis, et af-
finibus reliquisset.

Negat porro ex hac gratia ulli præjudicium inferri,
cum nihil referat, an hæredes plura dotalia sub-
sidia uni, vel pluribus conferant, nec esse ait, cur
causentur vires hæreditatis imminutas, cum hæ-
redes ipsimet fassi sint, compensationem pro bonis
distractis, et legati reductionem jam obtinuisse.

Quod si Cecilia Fuga minus secundum tulit respon-
sum ab hac S. Congregatione an. 1736. id factum
putat, tum ex eo quod novum tantum similis gra-
tiæ afferebat exemplum, tum quod remotior erat
a testatore, et proximiorum jura lædebantur, ut
pandit illius anni folium.

Addit consanguinitatem, et affinitatem jure canonico
metiendam, nec ultra quartum gradum protrahen-
dam, ubi de matrimoniis agitur; hic vero jure ci-
vili computandam, et ad decimum usque gradum
extendendam, quem Oratrix non attingit ad tradita
per Rotam in Praenestina Fideicommissi, et Imnis-
sionis in genere 25. Junii 1756. coram Elephantutio,
præsertim cum verba testamenti Belloni parentela, et
affinità respondeant oneri annuale, et perpetuo, atque
hanc esse testatoris mentem facto proprio demon-
strarunt hæredes, qui ad tramites rescripti Sanctis-
simi 7. Novembris 1816. Theresiæ, et Elisabethæ Ron-
sa dotem scut. 250. persolverunt.

Nec certe quidquam referre videtur, quod Oratrix quantum excesserit gradum consanguinitatis cum testatore. Cum enim agitur de consanguineis expresse vocatis, aut ex justitia venientibus, tunc consanguinitas desinit in decimo gradu juxta regulas juris civilis §. *finali instit. de success. Tiraquel de retract. lignag. §. 1. Glos. 9. numer. 13. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 12. num. 46. Marin. resol. 131. numer. 9. lib. 1. Rot. in Forolivien. 5. Maii 1704. coram Molines, et coram Falconer. decis. 10. n. 6. lit. 40.*

Ubi vero testatoris verba non modo consanguineas expresse vocant, verum, et agnationem; seu familiam perpetuo respiciunt, nec ad certos gradus vocatio cohibetur, tunc etiam his, quæ decimum excessere gradum, jus est obtinendi dotale subsidium *Cephal. cons. 137. numer. 38. Peregr. de fideic. art. 30. numer. 7. et Amostz. de caus. piis lib. 3. cap. 8. numer. 49.*

Porro in casu, de quo agimus, testator suas consanguineas, et affines expresse cæteris prætulit, et oneri *annuale, e perpetuo distribuendi dotalia subsidia* respondent verba *parentela, et affinità*, quæ satis innunt, testatorem suas consanguineas, et affines perpetuo respexisse. In similibus autem casibus non solum prælationem ad dotem obtinendam indulgit, verum et dotalia subsidia consanguinearum favore cumulavit Sac. hæc Congregatio, *ut in Camerinen. Subsidii Dotalis 8. August. 1733. in Panormitana Subsidior. Dotal. 20. August. 1735. et in Romana. 22. Maii 1757. ad II. Dub. et in Narnien. Subsid. Dotal. 21. August. 1762. et in Romana, seu Sabinen. Subsid. Dotal. 27 Martii 1762.*

Attamen Oratricis petitioni obesse videtur dissensus hæredum, quibus jus est conferendi, prout libet, ea dotalia subsidia, quæ cumulari exoptat Oratrix, ut in sui commodum cedant. Obstat etiam quod cum plurimæ sint ex familia Ronca puellæ, exemplo hujus gratiæ excitatæ petent cumulum dotalis subsidii, et extraneas a legati Belloni beneficio prorsus excludent contra Testatoris voluntatem. His utrinque prænotatis dignentur EE. PP. dirimere,

Dubium .

An, et pro qua summa sit locus cumulo dotali, seu potius solutioni dotis scutorum quinquaginta tantum in casu etc.

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam .

Sess. 25. cap. 4.
de Refor.

RIPANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET REDUCTIONIS MISSARUM. Codicillaribus tabulis, quas morti proximus die 29. Aprilis 1820. exaravit Sacerdos Pompejus Capriotti, ita legavit,, *Dopo tutto questo per ragione di legato, ed in altro miglior modo avendo esso disponente acquistato un predio dal Signor Vincenzo Rocchi ora defonto, sito parte nel Territorio di Cassignano, e parte in quello di Porchia contrada Rosara .. cosi vuole, ordina, e dispone, che questo appartenga dopo la di lui morte per egual porzione alle tre dilette sue Nipoti, cioè Rosa Vedova del quondam Domenico Jezzi, Preziosa Consorte del Signor Pacifico Vitturozzi di Moregnano, e Caterina rimasta in stato celibe, figlie tutte delli Conjugi Valentino, e Teresa Tordini.*

„ Siccome in detto terreno rimane la costituzione del patrimonio Sacro in vantaggio del Sacerdote Filippo Jezzi suo pronipote, vuole perciò, che le sudette legatarie, ed Eredi, debbano per egual porzione pagare al sudetto Sacerdote la somma annuale di scudi 25. vuole, ordina, e comanda, che le sudette tre Nipoti siano obbligate a far celebrare per lo spazio di anni 20. in suffragio dell' anima sua in qua-

„ lunque luogo messe numero 100. all'anno coll' ele-
 „ mosina di bajocchi 10. per ciascuna Messa da pa-
 „ garsi pro aequali delle sudette legatarie .

Die vero 29. Martii 1821. Catharina Tordini , cui præ-
 dicti prædii triens fuerat legatum, ita moriens dispo-
 suit „ Per suffragio dell'anima mia voglio , seguita la
 „ mia morte , resti assegnato per fondo di un Lega-
 „ to Pio meramente laicale , ossia semplice celebra-
 „ zione di messe prelevati li pesi , la mia porzione di
 „ un terreno , che si gode in unione dal mio Nipote
 „ D. Filippo Jezzi esistente . . . col di cui frut-
 „ tato annuo da celebrarsi in perpetuo in quella Ve-
 „ nerabile Chiesa , ed Altari , che più piacerà
 „ al mio legatario infrascritto , al godimento
 „ del quale nomino , e voglio , che sia primie-
 „ ramente il Signor Don Filippo Jezzi mio Nipote
 „ e dopo la sua morte quel Sacerdote , che verrà no-
 „ minato dal medesimo , col peso tanto al sudetto
 „ Signor D. Filippo Jezzi , che al Sacerdote pro tem-
 „ pore di celebrare ogn'anno in perpetuo le sudette
 „ Messe , col fruttato come sopra di detta mia por-
 „ zione di terreno in ragione di bajocchi 15. per cia-
 „ scuna Messa , e per tale effetto dovrà essere te-
 „ nuto documentare questa celebrazione all'infrascrit-
 „ to mio Signor Esecutore Testamentario „ Addi-
 „ dit vero „ Esecutore di queste mia ultima volontà
 „ poi , prego di essere il Signor Curato pro tempore
 „ di S. Nicolò , al quale , sperando , che per ecces-
 „ so di sua bontà sia per accettare simil briga ,
 „ e far si , che venga puntualmente eseguita della
 „ mia volontà , do , e concedo per tale effetto tutte ,
 „ e singole facoltà necessarie , ed opportune „ -

Philippus Jezzi a Testatrice nominatus hodie partem
 Prædii retinet Legato Pio assignati cum facultate
 alium post se nominandi Sacerdotem . . Onera vero
 quibus integrum Prædium gravatur , sunt Census
 in sorte scut. 120. , annua præstatio scut. 25. favo-
 re Sacerdotis Jezzi titulo Patrimonii Sacri, et 100.
 missæ per vicennium . Insuper pro reparatione fa-
 tiscentis Domus Colonica requiruntur juxta Periti

relationem scut. 142. Reditus vero integri fundi, deductis omnibus Prædialibus oneribus, a Perito constituitur in annuis scutis 65., et obul. 10.

Postulat Sacerdos Philippus Jezzi sibi, ejusque Familiæ in proprietate concedi tertiam fundi partem a Catharina Tordini pro satisfactione Legati assignatam, cohibito onere ad Missas duodecim annuas in suffragium piæ Legatariaë. Hinc patet, Oratoris instantiam duas amplecti petitiones, Missarum scilicet *reductionem*, et fundi Legati *addictionem* in pleno dominio favore familiæ Jezzi.

Pro informatione, et voto requisitus Vicarius Apostolicus alteri Oratoris petitioni annuendum, alteri resistendum ducit. Post multa enim in narratione facti præmissa, ita concludit - „ *Ex quibus omnibus Oratoris petitioni, prout jacet minime indulgendum esse censem, cum legati capitale scut. 14. cum dimidio circiter annuatim reddere possit. Illud tamen Oratori concedendum putarem, ut nempe saepius repetitæ tertiæ partis fundi legati dominium familiæ Jezzi in proximiori gradu cum Pia Fundatrice Catharina conjunctæ semper et in perpetuum spectare debeat, firmo tamen remanente onere Missarum juxta fructuum vires celebrandarum, ac salvis facultatibus a fundatrice Catharina suo executori Testamentario tributis. Huic rei nemo profecto obstaret, neque alicui præjudicium exinde inferretur, cum nemo ad legatum vocatus fuerit præter Oratorem, Sacerdotemque ab eo nominandum.* „

Pro reductione animadverti posset plura esse onera, quibus pro rata fundus legatus gravatur, ex quibus sicuti decrescit capitale, ita etiam minuitur fructus, et expedire videtur ipsi piæ testatrici certum in quocumque eventu perpetuo assignatum habere Missarum numerum, quam ejus celebrationem expectare a fundi redditibus, qui incerto eventui exponuntur. Accedit qualitas Patronalis familiæ Jezzi, cui favendum non raro duxit hæc S. Congregatio, et semper in pretio habuit postulationes Patronorum,

tum pro reductione Missarum, etiam contradicente interesse habente, ac plenis Capellaniis, ut in *Januen. Capellaniarum* 31. Augusti 1819. . tum pro suspensione nominationis, ut in *Derthonen. alimenter.* 20. Januarii an. 1819.

Adjudicatio vero fundi legati in pleno dominio favore familiæ Jezzi concedi posset intuitu utilitatis, et in favorem animæ piæ legatariæ. Si enim in proprietate fundus legatus non adjudicatur familiæ Jezzi, post Oratoris mortem, qui nunc fruatur re legata, fundus legatus, ab integro prædio a Sacerdote Pompeo Capriotti relicto, judicio communi dividendo, erit separandus non sine levi ipsius detrimento. Neque facta separatione hæc pars deterior fieri cessabit. Nam cum pia testatrix unum immediate, mediate alterum dumtaxat Sacerdotem vocaverit ad rei legatæ fruitionem, nec ultra disposuerit, eveniet temporis successu, ut e medio sublatis hisce duobus Capellaniis, Legati fundus in pejus ruat, ita ut facile ipsum legatum evanescat.

Redit etiam propinquitas familiæ Jezzi cum pia Legatrice, quæ Soror fuit Matris Oratoris. Hinc si S. hæc Congregatio ut in *Romana Legati* 20. Septembris 1692. in *Romana Dotium* 2. Octobris 1717., et in *Firmana* 8. Augusti 1770. benignam admisit voluntatis interpretationem, ut conjuncti Testatori consanguinitate, vel affinitate extraneis præferrentur, tanto magis in casu videtur hæc æquitas locum habere posse, cum nemini fiat injuria, aut damnum irrogetur, si Oratori, et Familiæ Jezzi adjudicetur fundus legatus, et nominatio Sacerdotis ad Missarum celebrationem reservetur. Quod tacite voluisse ipsam Piam Legatariam dici posset, cum non solum Oratorem vocaverit ad fruitionem Legati; verum etiam liberam illi fecerit facultatem sibi successorem eligendi.

Sed contra nihil aliud magis debet homo homini, quam, ut suprema ejus voluntas, postquam jam aliud velle non potest, exitum, et effectum habeat

beat leg. vel negare 5. ff. Quomodo Testam. aper. , et exploratum in jure est defunctorum voluntates commutandas non esse , nisi justa , et necessaria accedente causa , ut Tridentini Patres constituerunt Sess. 22. cap. 6. de Ref.

re quidem vera pro reductione Missarum nulla in casu justa causa concurrat. Non tenuitas eleemosynæ, quasi nullus invenitur. Sacerdos, qui celebret pro eleemosyna a Testatrice relicta, quo in casu hæc S. Congregatio Missarum reductionem concessit in *Mediolanen.* 9. Aprilis 1728 Nam eleemosyna a Pia Testatrice relicta est obolorum 15. Ex Episcopi testimonio desiderantur in Dioecesi etiam eleemosynæ obol. 10. Item nulla facta est assignatio Altaris, et Ecclesiæ, sed commodo, et arbitrio relinquitur Capellani. Item in Missarum reductione regula recepta est, ut reductio semper fiat juxta redditus, sed in casu Pia Testatrix expresse mandavit, tot celebrari Sacra, quot essent fundi fructus eleemosyna taxata obol. 15 Nullus igitur reductionibus locus esse videtur. Neque in casu familiæ Oratoris paupertas comprobatur, sed tantum honestas, et S. Congregatio inopiæ, non honestati tantum Patroni succurrendum duxit, ut in *Taurinen.* 30. Martii 1776.

Circa vero fundi adjudicationem favore familiæ Jezzi obstat omnino voluntas Piæ legantis, quæ deficiente justa, et urgente causa commutari non debet. Neque obstat Testatricem nullum post secundum nominasse Sacerdotem, cujus esset, implere onera Missarum juxta prædii fructus. Nam cum suæ supræmæ voluntatis Testatrix executorem voluerit Parochum pro tempore S. Nicolai, cui plenam fecit potestatem suam admissim implendi voluntatem, ita consultum erit non modo conservationi prædii, ejusque culturæ, verum etiam Sacrorum implemento juxta reddituum modum, et a legante taxatam eleemosynam.

Du-

- I. *An, et quomodo sit locus Missarum reductioni in casu etc.*
- II. *An, et cujus favore sit fundus legatus in pleno dominio adjudicandus in casu etc.*

Non proposita cum sequentibus

Sess. 24. Cap.
13. de Refi

AMERINA NOVAE DOTATIONIS. In Comitio diei 24. Novembris præteriti anni causa proposita fuit Beneficiatorum Cathedralis Amerinæ, et in illius diei Folio, quod reassumere precor, exposui tum onera, quæ ferre deberent Beneficiati ex lege foundationis, tum causas postulatae eorum reductionis, reddituum scilicet decrementum, seu potius integram fere illorum amissionem. Ast cum compertum fuerit, beneficiatos causam dedisse culpabilem reddituum jacturæ, eorum preces in irritum cesserunt. Siquidem ad I. Dubium „ *An sit concedenda dispensatio ab onere applicationis Missae Conventualis*, „ et ad II. *An, et quæ reductio servitii Choralis sit concedenda Beneficiatis*, „ prodiit Rescriptum *Negative*, „ Ad III. *An, et quomodo providendum sit tenuitati reddituum Beneficiatorum*, „ nulla data est resolutio, Rescripto „ *Dilata*. „ Ad IV. *An sit concedenda absolutio ab onere reintegrandi Capitale*, „ pariter „ *Negative*, et consulant conscientiae suae „ ac demum ad V. *An, qui, et quomodo ad reintegrationem præstandam teneantur*, respondit S. Congregatio die 22. Decembris 1821. „ *Dilata*, et scribatur Episcopo, qui cogat beneficiatos ad reddendam rationem

nem omnium gestorum , et Canonicum depositarium ad probandum se solvisse pecunias depositas ad formam rescripti S. Congregationis Episcoporum , et Regularium , et referat de superextantibus redditibus beneficiatorum , et oneribus , et , an ex propriis bonis valeant redintegrare beneficia eorum culpa spoliata , .
 Maluit Capitulum potius quam impletam , et forsitan ob debitorum inopiam inutilem experiri actionem , rem amica concordia componere , suoque dispendio Beneficiatorum sustentationi , et Ecclesiæ servitio consulere. Communi placito conciliata est pactio quinque distincta articulis , quos præstat EE. PP. oculis subjicere .

Art. I. Tutti i Beni appartenenti ai Signori Beneficiati sù in Fondi rustici , che in Censi , verranno incorporati , e riuniti alla Massa Capitolare , ottenendone a tale effetto il Sovrano Rescritto , e le opportune facoltà dalla S. Congregazione del Concilio .

Art. II. La rendita annuale , che si fissa per ciascuno de' quattro Beneficiati sarà la seguente . Grano Rubbia due della stessa qualità di quello che viene distribuito ai Signori Canonici ,

Uva Some quattro .

Olio Boccali quattro .

Danaro effettivo scudi dieci in due rate .

Le tutte le accennate distribuzioni , si seguirà lo stesso metodo , che si usa co' Sig. Canonici .

Art. III. I detti quattro Benefiziati dovranno riassumere tutti i pesi si del Coro , che della Messa Conventuale , Messa della Feria , ed altre S. Funzioni conforme alla primiera loro istituzione , e come lo era prima della unione delle Cappellanie in Massa Comune .

Art. IV. Dovranno ugualmente esser soggetti alle punture insieme cogli altri Benefiziati di seconda erezione .

Art. V. In adem pimento del Legato Lepri canteranno come in addietro la solita Messa annualmente , e il Capitolo darà per tale oggetto scudo uno proveniente dal Censo residuale di scudi 25. destinato a tale Officiatura .

Duo autem addit Capitulum . *Primum* postulat , ut Capellaniam sub invocatione S. Blasii , et altera S. Secundi , quæ in Præbendas Beneficiales olim conversæ idem passæ sunt infortunium , ita ut ex earum superextantibus redditibus vix annua scuta quinque percipiantur , Apostolica auctoritate supprimantur, ac prædictus tenuis annuus reditus Massæ Capitulari unia-
tur. *Alterum* exorat, ut si quis ex præsentibus quatuor Beneficiatis, quibus nova dos a Capitulo constituitur , beneficio jubilationis sit donandus, non ideo ab onere celebrandi Missam Conventualem per turnum in diebus ferialibus exemptus evadat .

Episcopus , ita de omnibus suam aperit Sententiam
 „ *Vocatus modo a vobis de ista quid sentiam , mea*
 „ *plena approbatione judicò dignam , et laude dignum*
 „ *existimo Amerinum Capitulum , quod lucri non*
 „ *cupidum , cultum , honoremque suæ Ecclesiae il-*
 „ *lo praeponit . Nam si ea omnia supputentur , quæ*
 „ *quotannis subministranda Capellanis proponit Capi-*
 „ *tulum , scatet , illos fore lucrandos plus dimidio*
 „ *praesentium reddituum Beneficialis Massæ communis*
 „ *sumptibus propriis laudati Capituli . Cum autem*
 „ *haec deliberatio Capituli perpendi possit , ut recens*
 „ *erectio , seu institutio Capellaniarum choralium ,*
 „ *mihi videtur , si vobis placet EE. PP. , ut modo*
 „ *dici debeat , incepta beneficiatorum opera in Eccle-*
 „ *sia , nullam habendo rationem praeteriti temporis ,*
 „ *quo isti in Ecclesiae ministerio fuerunt , praeser-*
 „ *tim duorum beneficiatorum , qui parum absunt ab*
 „ *exemptione obtinenda , ita ut modo censeantur ele-*
 „ *cti , et hoc non solum , ut magis , magisque cul-*
 „ *tus , et honor Ecclesiae servetur , sed etiam ut be-*
 „ *neficiati quasi paenas expendant suæ malæ ge-*
 „ *stionis ; nam stetit per illos amissio fundorum ,*
 „ *nec non inopia reddituum . Aequa pariter mihi vide-*
 „ *tur petitio Capituli , ut si aliquis ex Beneficiatis post*
 „ *tempus statutum impetrare voluerit exemptionis be-*
 „ *neficiatum , decernat hoc S. Tribunal , quod per be-*
 „ *neficiatum exemptum supportetur onus Missæ Con-*
 „ *ventualis cum cantu in sua hebdomada , nec non*
 „ *ejus*

„ eius operae in sacris functionibus festivorum dierum
 „ sicuti antea.

Quod attinet vero ad binas alias Capellanas liberæ
 „ collationis sub invocatione SS. Blasii, ac Secun-
 „ di, quæ in commixtione cum aliis quatuor Massæ
 „ communis conjunctæ fuerunt, et consequenter in-
 „ fortunio aliarum obnoxiaæ ob amissionem fundo-
 „ rum annuere poterit hoc SS. Tribunal Capituli vo-
 „ tis, ut non solum binæ istæ Capellaniæ reducantur,
 „ et aliis quatuor jungantur, cum nulla spes
 „ adsit illas in pristinum redigendi, sed etiam ut
 „ aliqua frustula agrorum, duabus istis Capellaniis
 „ spectantia a quibus tenuis annualis oritur fructus
 „ quinque scutatorum, conjungantur cum aliis fun-
 „ dis beneficiariis Capitulari Massæ communi, quæ
 „ sibi onus assumit beneficiatis stipendium quotannis
 „ præstandi.

Cum Beneficiorum jam erectorum versemur in themate,
 illud considerandum videtur, ne per fundato-
 rem quidem beneficiatorum onera post erectionem
 canonicam posse augeri, quoties juri communi illa
 adversentur, ut tradunt *Gagliard. de benef. cap. 3.*
num. 4. Vivian. de jurep. lib. 2. cap. 3. num. 10., et
S. Congr. in Gerund. 14. Decembris 1771. §. 10.

Canonici autem Cathedralis Amerinæ in nova bono-
 rum assignatione quatuor tantum beneficiatorum
 præbendas servari, illudque onus super imponere
 exoptant beneficiatis, ut si quando beneficio jubi-
 lationis Beneficiatos donari contingat, non ideo exi-
 mantur ab onere celebrandi Missam Conventualem
 per dies ipsis assignatas. Hoc quidem aliquo modo
 praxi S. Congregationis adversatur, ut videri possunt
Dubia Jubilationum 24. Septembris 1718., et Aquipen-
den. Indulti 1. Aprilis 1719.

nimadvertendum tamen actuales beneficiatorum re-
 ditus vix ad scut. 14. pertingere, et modo ad scu-
 tata fere 30. augeri ex bonis propriis Capituli. Qua-
 re Canonici utpote bona sua in beneficiatos transfe-
 rentes jure nova illa onera exigere videntur, quum
 quisque rei suæ sit moderator, et arbiter *l. in re*

mandata 21. Cod. mandat., et S. Congr. in Senogallien. Oneris Missarum 6. Decembris 1794. Accedit, quod notabile illud redituum augmentum æquiparari posset novæ dotationi, et sicut in nova dotatione Fundator adjicere potest conditiones antea non appositas ita et in augmento dotis, de quo est sermo, idem sentiendum videtur.

Dubia proponuntur,

- I. *An, et quomodo sit probanda Concordia in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit concedenda suppressio Beneficiorum sub titulo S. Blasii, et S. Secundi in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit providendum in concessione Jubilationis favore Beneficiorum, qui de proximo expleturi sunt quadragenarium servitium, in casu etc.*

Sess. 7. cap. 6
et Sess. 26 cap.
15. de Ref.

NULLIUS S. MARTINI SUSPENSIONIS NOMINATIONIS, ET REDUCTIONIS ONERUM. Cætera inter piæ largitionis opera Præclaræ Gentis Pamphiliæ ultimum non sibi vindicat locum insignis Collegiata Ecclesia Nullius S. Martini prope Viterbium, cui satis amplam constituerat in fundatione Dotem ex fructibus Locorum Montium, qua et Sacrario, et Ministris prospiciebatur. Verum

turbulentissima illa ætate, quæ sub finem sæculi XVIII, privatas, publicasque res evertit omnes, grave illius Ecclesiæ redditus passisunt detrimentum. Quapropter Canonici die 8. Augusti 1801. reductionem Chori, atque Missarum, die autem 17. Septembris 1808. suspensionem nominationis, rogatu Patroni, unius, alteriusque Canonici ad decennium ab hoc Sacro Senatu impetrarunt.

Eo suspensionis tempore ad exitum perducto, ac redditibus aliquantulum auctis, ad ejusdem Capituli preces, in Comitibus diei 11. Septembris 1820. hæc Dubia dirimenda proposita fuere. I. *An, et ad quod tempus sit proroganda suspensio nominationis in casu etc.* II. *An, et quomodo sit prorogandum indultum quoad servitium Chori in casu etc.* III. *An, et quomodo, et ad quod tempus sit concedenda suspensio celebrationis Missarum in casu etc.* Quibus responsum datum est ad I. *Affirmative ad triennium a die expirati indulti, et interim Emo Protectori, qui transmissis statu activo, et passivo Capituli, dignetur referre de antiquo, et præsentis numero Canonicoꝝ, de redditibus, quos ex fundatione ipsi percipiebant, et modo percipiunt, de qualitate servitii præstiti post partialem LL. MM. restitutionem.* Ad II. *affirmative, ad annum, ampliato servitio juxta solitas clausulas, exceptis octavis privilegiatis, et comprehensis quatuor Anniversariis.* Ad III. *Negative.*

Emus Georgius Cardinalis ab Auria Pamphili modernus Protector statum activum, et passivum, ac relationem misit, quæ nihil, quod ad plenam causæ cognitionem desideretur, relinquit.

Porro ex statu activo, et passivo constat, quod primo omnes fructus LL. MM. annuam constituebant summam scut. 859., et obul. 95., quorum scut. 64. 69. $\frac{1}{2}$ singuli Canonici percipiebant, cætera vero Abbati, Archipresbytero, Sacrario, Sacristis, nonnullisque oneribus ferendis assignata erant. Decem insuper exstabant parvæ domus, quæ cuilibet Canonico quotan-

ois fructum afferunt scut. 5. Abbatia autem præbendam auxit Cardinalis Pamphilius annuis scut. 50. ex LL. MM., quæ seorsim exiguntur.

Hæc ad statum veterem. Nunc præter easdem mansiunculas, et peculiares redditus Abbatia, fructus omnes LL. MM. conficiunt scut. 403. 72., et quilibet Canonicus ex eis habet scut. 30. 20. Reliqua, impletis quibusdam oneribus, inter Abbatem, Archipresbyterum, Sacrarium, et Sacristas, eorum præbendis, servata proportione, imminutis partiuntur.

„ Capitulum, inquit, Emus Protector, initio conflabant personæ numero decem, videlicet, Abbas, „ Archipresbyter, atque octo Canonici. Nunc vero „ constitit ex Abbate, Archipresbytero, et sex Canonicis. „

De „ qualitate servitii præstiti post partialem LL. MM. „ restitutionem hæc habet. „ Quamquam Capitulum „ antea præmeretur onere chori quotidiani cum alternativa, nec non applicationis quotidianæ Missæ Conventualis, prætereaque applicationis quatuor Anniversariorum pro Familia Pamphilia, ac postremo sex Missarum lectarum quolibet Mense pro quovis individuo secundum literas Apostolicas S. M. Innocentii X., attamen post LL. MM. reductionem Capitulum non aliud onus sustinuit, quam officii omnibus diebus festis de præcepto, et duplicibus primæ classis, applicandique per turnum Missam Conventualem, quandoquidem alia onera in suspenso reliquit S. Congregatio. Hoc idem servitium præstitum exacte fuit ad totum annum 1820. „ Ineunte autem an. 1821. inceptum est servitium „ Chori cum augmento aliorum onerum sequentium „ juxta id, quod Capitulum petiit a S. Congregatione, nimirum, singulis festis diebus *di gid abolite*, in feria IV. Cinerum, postremis quatuor diebus majoris hebdomadæ, tribus Rogationum diebus, die S. Marci Evangelistæ, die S. Martini Protectoris, et quatuor facta sunt sacra Anniversaria

pro

„ pro memorata Gente Pamphilia „ - Tandem prosequitur Emus - „ quum maneat etiam nunc ratio eadem tenuitatis reddituum Canoniorum, quumque hi spem nullam de illorum augmento habeant, „ utpote qui ex LL. MM., atque ex mansiunculis „ prædictis unice hauriuntur, postulo, ut novam „ prorogationem a die expirati indulti prorogationis „ indulgeatis, duraturam, si videbitur, donec Capituli conditio melior evadat, „ - quæ postulata interponit etiam, ut EE. VV. servitium Chori similiter prorogent juxta indultum anni 1820.

Paucis ab hinc diebus alium obtulit Capitulum supplicem libellum, quo ob oculos ponit tenuitatem præbendarum ne medietatem quidem fructuum, quos antiquitus percipiebant, attingentium, proindeque onus sex Missarum quos singuli Canonici quolibet mense celebrare tenentur secundum Decretum ad III. Dubium anni 1820., grave eis videtur. Magna enim præsentium reddituum pars erogatur in earundem Missarum celebrationem, quibus inquirunt, si Conventuales addantur jam fere nihil pro servitio Chori superesset. Quare ut Missæ privatæ ad binas in mense pro singulis Canonice reducantur, ab EE. VV. efflagitant: eo vel magis quod nonnulli ex Capitularibus titulo Canonice sunt ad sacros ordines promoti, qui propterea Missis adventitiis necessariam sibi exhibitionem comparare coguntur.

Jam vero si oneribus non respondeant Beneficiorum redditus, aut hos augere, aut illa imminuere oportet, quod si alterutrum non satis id præstiterit, utrumque erit adhibendum. Nulla alia quidem augendi tenuissimas Canoniorum S. Martini præbendas subest ratio, nisi suspensio duorum Canonice, ut eorum fructus inter Capitulares dividantur, quemadmodum in similibus necessitatis casibus censuit S. Congregatio in Albanen. 18. Junii 1808., et in Urbevetana Suspen. 7. Maii 1808.

Quod

Quod apprime respondit menti SS. Synodi Trident. Sess. 24. cap. 15. In Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt prae bendae cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonorum gradui pro loci, et personarum qualitate non sufficiant, licet Episcopis aliquibus ex iis suppressis cum patronorum consensu, si de jure patronatus laicorum sint, quorum fructus, et proventus reliquarum prae bendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciores numerum reducere, ita tamen, ut tot supersint, quae divino cultui celebrando, et dignitati Ecclesiae commode valeant respondere.

Cum vero etiam suspensa nominatione duorum Canonatuum admodum exigui sint redditus, et Chori servitio alternatim per hebdomadam ex lege fundationis praestando omnino impares, digni videntur Canonici, qui reductionem Chori consequantur juxta indultum diei 16. Decembris 1820., quemadmodum ob eam ipsam causam indulta fuit Reductio in Romana 18. Aprilis 1722, et in Cathacen. 5. Septembris 1799.

Nec etiam respiciendae videntur preces quoad Missarum imminutionem. Quamvis enim augeantur prae bendae suspensione Canonatuum, et Chori-reductione, sufficienter tamen prospectum non foret Canonorum tuitioni, si quolibet mense sex Missae a singulis Capitularibus celebrandae relinquerentur integrae: quandoquidem Canonialis portio non ad sola Missarum onera constituitur, sed praecipuum in modum ad congruam sustentationem Canonis, qui Choro inserviunt, tribuendam. Quam ob rem Missarum numerum minuit S. Congregatio in A-sculana 20. Aprilis 1782.

Verum pro deneganda suspensione nominationis urget cultus divini jactura, quo enim plures sunt ad psal-

tendum in Choro, eo magis cultus Dei promoveatur, et fidelium excitatur devotio, *cap. 12. de Constitut.* ac etiam difficultate non vacat Chori, atque Missarum reductio. Etenim sollicita semper fuit S. Congregatio, ut in Choro hymnis, et canticis nomen Dei celebraretur, ac propterea ob redituum tenuitatem reductionem haud largita est *in Terracinen.*, et *Selina Servitii Chori, et Missae Coventualis 23. Novembris 1782.* Et si quando Canonicorum votis concesserit, eam adjecit conditionem, ut omnes Capitulares Choro interessent tempore Adventus, et quadragesimæ, omnibus festis, et in Octavis, quas privilegiatas vocant, uti in *Bituntina 27. Septembris 1770.*, et in *Tusculana 16. Martii 1771.*

Missarum quoque reductio non tribuitur, nisi ubi ea fructuum desit copia, quæ earum prohibeat satisfactionem. Et potius reducenda sunt reliqua pia opera, nisi fundator certum aliquem fundum, qui postea detrimentum subierit, designasset, aut, nisi ex verbis dispositionis colligatur, maluisse fundatorem, imminutis redditibus Missarum numerum, quam alia pia opera reducere, *Pasqualigus de Sacrif. novae legis quaest. 1191.*, et *Benedictus XIV. lib. 13. cap. ultim. num. 23. de Syn. Dioeces.*

S. Congregatio autem in *Viterbien. 18. Augusti 1794.*, quamvis fructus Beneficii, cui ex lege foundationis, præter qualibet hebdomada tres Missas, onus inhærebat vicissim Choro per hebdomadam interessendi, vix attingerent annua scut. 37., renuit Missarum reductionem impertire. Ita etiam in *Civitalis Castellanae 27. Junii 1807.*, congruum putavit emolumentum scut. 30., rejiciendo preces Canonicorum, qui singuli ad alternatim in Choro psallendum, atque ad octo supra octoginta Missas sive conventuales, sive ex legato celebrandas tenebantur.

Videant tamen EE. PP. sapientia sua, quid respondendum sit sequentibus dubiis.

Die 27. Julii 1822.

- I. An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in I. Dubio in casu etc.
- II. An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in II. Dubio in casu etc.
- III. An sit standum, vel recedendum a decisis in III. Dubio in casu etc.

Die 26.

[The following text is extremely faint and illegible, appearing to be bleed-through from the reverse side of the page. It contains several lines of text, possibly including a date and some descriptive or legal content.]

Die Sabathi 24. Augusti 1822. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.

**RIPANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS, ET
REDUCTIONIS MISSARUM,**

Sess. 25. cap. 4.
De Ref.

Dubia proponuntur.

I. *An, et quomodo sit locus Missarum reductioni
in casu etc.*

II. *An, et cujus favore sit fundus legatus in ple-
no dominio adjudicandus in casu etc.*

Ad I. Negative in omnibus, et Episcopus curet
fieri inscriptionem super bonis ad formam Tes-
tamenti Catharinæ Tordini,

Ad II. Negative.

AMERINA NOVAE DOTATIONIS

Sess. 24. c. 13.
de Ref.

Dubia proponuntur.

I. *An, et quomodo sit probanda Concordia, in ca-
su etc.*

- II. *An, et quomodo sit concedenda suppressio Beneficiorum sub titulo S. Blasii, et S. Secundi in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit providendum in concessione Jubilationis favore Beneficiorum, qui de proximo expleturi sunt quadragenarium servitium in casu etc.*

Ad I. Affirmative, docto coram Episcopo de sufficienti Massa Capitulari.

Ad II. Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo super utroque dubio, et notificetur ministris Datarie Apostolicæ.

Ad III. Serventur Resolutiones S. Congregationis super dubiis Jubilationum.

Sess. 7. cap. 6.,
et Sess. 26.
cap. 15. de Ref.

NULLIUS S. MARTINI SUSPENSIONIS NOMINATIONIS, ET REDUCTIONIS ONERUM.

Dubia

- I. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisio in I. Dubio in casu etc.*
- II. *An, et quomodo si standum, vel recedendum a decisio in II. Dubio in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisio in III. Dubio in casu etc.*

Ad I. Affirmative ad triennium.

Ad II. Affirmative ad triennium, et interim Eminentissimus Protector referat de divisione totius redditus scutat. quatuorcentum trium, et obul. septuaginta duorum, et cujus favore cedant redditus duorum Canonatuum suspensorum.

Ad III. In Decisio.

BALNEOREGIEN. BENEFICII. Plurimi ex Incolis Oppidi S. Michaelis Balneoregien. Diocesis, inter quos etiam Sacerdotali caractere insigniti preces Sanctissimo D. N. statim post ejus ad Urbem reditum dederunt contra Archipresbyterum Franciscum de Grandis, pluribus criminibus eum insimulantes, ac postulantes, ut ab animarum cura arceretur. Rei cognitione ad S. Congregationem ablegata, prodiit Rescriptum die 2. Julii 1814. - *Scribatur Episcopo, qui veris existentibus narratis procedat contra Archipresbyterum de Grandis ad formam SS. Canonum, et S. Concilii Tridentini, nec non novissimae Instructionis.*

Sess. 24. c. 9. et
Sess. 25. cap. 9.
de Ref.

Tentata primum est Ecclesiasticæ moderationis via sub spe removendi scandalum a populo, et Parochum cum suis ovibus reconciliandi. At cum hæc in irritum cessissent, biennio post, nimirum anno 1816. instante Promothore Fiscali ab Episcopali Curia processus contra Archipresbyterum est institutus; at tamen, eo absoluto, Episcopus potius quam sententiam ferret, maluit omnia acta ad S. Congregationem remittere, ut ita Sacerdotali characteri, eorumque parceretur famæ, qui in eodem processu nominabantur.

His de causis actum tunc est, auctorante Summo Pontifice, ut negotium, secus a formalis judicii strepitu, œconomice absolveretur, dimissa Paræcia cum pensione scut. 36., ac satisfacto Oeconomo, qui, durante processu, Animarum curam exercuerat. Quod erat in Votis Episcopi præstitit Sacerdos de Grandis, obsignata formali renunciatione, et postulans super eam Pontificium Indultum. Hinc sub die 25. Februarii 1816. - *Sanctissimus peractis per Oratorem Exercitiis spiritualibus in Domo Religiosa, et pro tempore arbitrio Episcopi præfinitis benigne annuit pro gratiâ juxta petita, reservato super omnibus Paræciæ fructibus certis, et incertis annua pensione scut. 36. ad vitam Oratoris, firmo remanente penes Oratorem onere persolvendi Oeconomo ejusdem Paræciæ stipendium debitum, pro tempore ejus administrationis, non retardata inte-*

rim provisione ejusdem Paroeciae, servatis servan-
dis - Noluit tamen Pontifex per hujusce gratiae con-
cessionem quidquam detrahi ordinariis Episcopi fa-
cultatibus, quibus Populi, et Oratoris spirituali
bono provideretur, quod ex Sanctissimi jussu ei-
dem Episcopo significavit.

Tunc Hermannus ex Ducibus de Monte Veteri ad quam-
dam Capellaniam Laicalem in d. Oppido S. Michaelis
erectam de Grandis presentavit, quem noluit instituere
Episcopus. Post quadrimestris lapsu Beneficium a
Dataria Apostolica impetravit Sacerdos Joseph Gre-
gori. Hinc orta est quaestio inter utrumque super
aperitione oris adversus impetrationis Bullas.

De hoc actum fuit in S. Congregatione diei 17. Fe-
bruarii praeteriti anni 1821. proposito Dubio - *An in-
tret arbitrium pro aperitione oris adversus Literas
Apostolicas provisionis Capellaniae laicalis expeditas
favore Sacerdotis Josephi Gregori, ita ut sit locus
institutioni ad eandem Capellaniam favore praesenta-
ti Francisci de Grandis, et restitutioni fructuum in
casu etc.* - cui responsum datum est - *Affirmative
ad primam partem, dilata ad secundam, et Episco-
pus referat de causis denegatae institutionis.*

Quoad hanc secundam dubii partem tantum hollie-
nis Comitibus proponitur causa; Namque Joseph Gre-
gori Capellaniam, de qua sermo est, abdicavit,
quam renunciationem sexto decimo Kal. Januarii
1821. Dataria Apostolica admisit. Tota igitur con-
troversia in eo versatur, an Episcopus justis de cau-
sis Presbytero de Grandis canonicam institutionem
denegaverit, post praesentationem a Patrono peractam.
Ita rem omnem exponit Episcopus in sua informa-
tione.

„ Res ab initio est repetenda, unde omnem a me remq-
„ yeam suspicionem, tam de inofficiosa erga Patronum
„ agendi ratione, quam de injuria erga supradictum
„ Sacerdotem de Grandis irrogata. Postquam exhibita
„ mihi fuit nominatio praeter ea, quae ore tenus Cano-
„ nico Celiani patefeci, etiam ad Excmum Ducem Her-
„ mannum de Monte Veteri Epistolam misi, qua ratio-
„ nes, quibus ad repellendum nominatum impellebar,
„ ingenue adduxi, quas rationes Patronus ipse non so-
lum

lum tunc probatas habuit, verum etiam tanti ponderis esse cognovit, ut nominationis a se factæ solemnem retractationem remiserit, prout tunc clarius apparet ex ejusdem responsione sub die 2. Julii 1818. Quod si post absolutam hujusmodi declarationem ejus Procurator S. Congregationi supplicem porrexit libellum, et rescriptum obtinuit, Tempus, et tempora non currere usque ad exitum litis, id me ignaro factum est, dum alterius nominati præsentationem expectaui, et tantum confuse recursum intervenisse cognovi ex alia Epistola supradicti Patroni signata die 14. Octobris ejusdem an. 1818. Tali habita noticia, ne in controversiam cum Patrone devenirem, infra himestre, in quo jus nominandi mihi fuit devolutum, a collatione Capellanix abstinui Apostolicæ Datarix quidquid juris in negotio esse poterat cognoscendam relinquens. Interim quoddam jactabatur Rescriptum, sed quale hoc esset minime patefiebat, numquam enim, neque in officio, neque mihi private exhibitum fuit. His in circumstantiis, aliquibus in silentio elapsis mensibus, Sacerdos Joseph Gregori videns Capellaniam suo destitutam Rectore preces pro impetratione Sanctissimo porrexit, super quibus ex parte Eminentissimi Pro-Datarii fel. record. Cardinalis Mattei requisitus fui pro informatione sub die 25. Januarii 1819. cui responsum dedi die 6. Februarii ejusdem anni. In hac responsione minime tacui nominationem Sacerdotis de Grandis, denegatam fuisse a me institutionem, utramque Epistolam Patroni summam patefeci, de obtento Rescripto, super quod illis diebus, commissa a me inspectione in Registro istius S. Congregat., notitiam mihi comparavi, non tacui, sed quia tenorem supplicis libelli ignorabam, ideo adjunxi Rescriptum hujusmodi falso supposito laborare, cum nulla extabat lis, neque cum Patrone, neque cum nominato de Grandis, quæ deinde exarsit, tunc solum id accidit post possessionem Capellanix a Sacerdote Gregori captam, neque divinari poteram, Rescriptum comprehendere litem quaecumque, quæ in posterum excitaretur. Verum quidem est, omissam fuisse Edictorum affixionem antequam litteræ Apostolicæ exquerentur, sed de stylo hujus Curix tunc solum
edi-

- „ edictales litteræ publicantur, quando ordinarius con-
 „ fert Beneficia, non vero quando ab Apostolica Data-
 „ ria provisio dimanat. Ast etiamsi hæc consuetudo
 „ non sit probanda, si in hoc vitium aliquid intervenit,
 „ errori potius, quam malitiæ est tribuendum
 „ His prælibatis, ut EE. VV. facti seriem non dolo-
 „ se, ut ex contraria allegatione, in qua rescriptum
 „ adducitur ad preces præsentatas ab ipso de Grandis,
 „ quod nunquam extitisse declaratum est, sed in-
 „ genue cognoscere possent, causas repeto, quas Pa-
 „ trono adduxi, quæque resultant tunc potissimum
 „ ex voluminoso processu, qui adhuc apud istam
 „ S. Congregationem existit, vi cujus post emis-
 „ sam a supradicto de Grandis renunciationem Paræ-
 „ cia S. Michaelis ex oraculo Sanctissimi ad Spiritua-
 „ lia Exercitia peragenda tempore Ordinario suo be-
 „ nevisio damnatus fuit. Silentio præteream quidquid
 „ in allato Processu continetur; et, ne in dedecus to-
 „ tius Ordinis Sacerdotalis redundaret, optarem, ut
 „ perpetuo silentio obtegeretur. Sed publica orta erat
 „ diffamatio, ex qua talis Nominatus testimonio fide
 „ digno laudabilium operum omnino carebat; obsta-
 „ bat insuper periculosa ejusdem in Terra S. Mi-
 „ chaelis mora, quæ eidem interdicta fuit sub pæna
 „ suspensionis a Divinis ipso facto incurrendæ, qua-
 „ tenus ibi absque mea licentia morari præsumpsisset.
 „ De hoc præcepto in Decreto executoriali inserto igno-
 „ rantiam alligare minime potuit, cum eidem fuerit
 „ intimatum, ideo siquidem obstabat, nam per Capella-
 „ niam plausibilis ei daretur prætextus præceptum
 „ transgrediendi ex eo, quia obligationem annexam ha-
 „ bet Missam in Ecclesia propria celebrandi singulis
 „ diebus Dominicis.
 „ Addendum, quod tempore præsentatæ nominationis,
 „ jam præceptum hoc transgressus fuerat per abu-
 „ sum reportatæ licentiæ ad tempus limitatum, unde
 „ tamquam suspensum Capellaniæ assequendæ inca-
 „ pacem esse existimavi, et quia nondum resipuit,
 „ cum adhuc S. Michaelis in Terra moretur, ideo post-
 „ quam illum per alios monere non omisi, ut suæ
 „ tandem consuleret conscientiæ, Rectoribus Ecclesia-
 „ rum

- „ rum prohiberi , ne eundem habitu etiam indecenti
 „ indutum ad sacrificium missæ celebrandum admit-
 „ terent. Utinam ad veram resipiscentiam reducatur ,
 „ et cum sicut mihi relatum est ad S. Pœnitentiariam
 „ recursum habuerit , absolutionem obtinere merea-
 „ tur , quam tamen difficiliter assequi posse videtur ,
 „ nisi prius mandatis proprii Episcopi se subiiciat .
 „ Forsan contrarius Patrocinator me de arbitraria poenæ
 „ extensione insimulabit , cum in Rescripto Sacræ
 „ Congregationis hæc Sacerdotis de Grandis e Terra
 „ S. Michaelis remotio non appareat , at non sine
 „ fundamento in Decreto executoriali hoc tempera-
 „ mentum apposui , ut Sacerdotem indolis hujusmo-
 „ di in Officio facilius continere possem . Hoc a me
 „ factum Em̃s Vestras considerare precor , non ar-
 „ bitrio , et animo facultatem supra Rescriptum
 „ mihi arrogandi , sed ipso Summo Pontifice per-
 „ mittente , prout certior factus fui a R. P. D. Se-
 „ cretario per Epistolam signatam die 4. Martii 1818 ,
 „ in qua hæc leguntur „ Devo inoltre prevenirla ,
 „ che nell' essersi degnata Sua Santità di porre una
 „ pietra a quanto si rileva nel Processo , e nell' avere
 „ ammessa la rinunzia (del de Grandis) all' Arci-
 „ pretura con pensione , mentre con ciò ha condo-
 „ nato il passato , non per questo ha inteso di limi-
 „ tare le ordinarie facoltà di V. S. per quelle ulterio-
 „ ri providenze , che crederà nella sua Pastorale
 „ prudenza di prendere al riguardo del de Grandis , e
 „ segnatamente quella , se la crede necessaria , d' al-
 „ lontanarlo da S. Michele . Dopo questa avverten-
 „ za commessami espressamente dal S. Padre nell' in-
 „ dicata Udienza 25. Febbraro 1818. , non mi resta etc.
 „ Nisi mea me fallit opinio , hæc omnia simul sumpta
 „ non sufficiens tantum , sed superabundans præ-
 „ bent fundamentum , quo jure a SS. Concil. Tri-
 „ dent. Episcopis reservato indignos non solum , sed
 „ etiam non idoneos ad Beneficia a Patronis præsen-
 „ tatos repellendi in casu nostro uteretur Sess. 25. de
 „ Ref. cap. 9.
 „ Ut tandem vela contraham hæc sapientissimo judi-
 „ cio Vestro, EE. PP. , obsequentissime submitto .
 „ Quoad Sacerdotem Franciscum de Grandis sibi im-

„putari debet, si in talibus circumstantiis versatur,
 „EE. VV. judicabunt, an merebatur Capellaniam
 „obtinere, præcipue an mihi fas erat illum institu-
 „re, ex his, quæ circa illum non contrarietate du-
 „cto, sed animo veritatis pandendæ a me exposi-
 „ta sunt „.

Necessario hæc præmittenda duxi antequam ad jus de-
 scenderem. Sacerdos De Grandis, ut suam sustineat
 nominationem, plura offert, quibus probare cona-
 tur, se neque incapacem esse, neque indignum
 hoc beneficio. Quoad primum illos tantum incapaces
 esse asserit, qui impares sint muneribus Ecclesia-
 sticis obeundis. At ille Beneficia etiam curata alias
 meruit obtinere, multo magis ideo concludit, capa-
 cem esse renunciandum hoc assequendi Beneficium,
 ubi non agitur de præferendo digniore, sed de servan-
 da Patroni nominatione, cui Ecclesiasticæ leges plu-
 rimum favent, ut Laici facilius alliciantur hujusmo-
 di fundationes peragere.

Indignitatem quoque negat. Indignus enim dicitur,
 quem Sacri Canones, Constitutiones Pontificiæ, Sta-
 tuta ordinis alicujus repellant, etsi capacem, vel
 qui habilis per probata crimina a dignitate sua cecide-
 rit. At in casu crimen solummodo potest adduci.
 Verum, ne hoc quidem opponi valet, quum inquisitio,
 adversus De Grandis ab Episcopali Curia confecta,
 fuerit mandato SSmi conscripta, ex quo nulla orta
 est diffamatio, prout probare conatur plurimum testi-
 monio, qui vel Balneoregiæ degunt, vel in oppido
 Civitellæ parum ab altero S. Michaelis dissito, ubi
 animarum curam ille exercuit, imo Sacerdotum
 ejusdem S. Michaelis testimonio. Quum igitur ne-
 que incapax, neque indignus sit Sacerdos De Gran-
 dis concludit, injuria ab Episcopo ei denegatam fuisse
 institutionem.

Ad tuendam vero Episcopi recusationem plura quo-
 que afferri possunt. In Sessione enim 25. Cap. 9.
 de Reform. præscriptum est a S. Concilio Tridenti-
 no „liceat Episcopo presentatos a patronis, si
 idonei non fuerint, repellere, quod non de Beneficiis
 curatis tantum intelligi debet, sed etiam de simplici-
 bus *Barbos. in Concilium Trident. sess. citata n. 74. et*
sequ.

sequ. aliique, Benedictus XIV. *de Synodo Diocesana* lib. XII. Cap. VII. n. 6. et Girald. *Exposit. juris Pontificii part. 1. lib. 3. tit. 38. Sect. 579. tom 6. idem docent*; imo ex variandi potestate, quam habent Patroni, colligitur quoque hæc Episcopi potestas repellendi ab institutione indignum, vel minus idoneum. Hac qualitate carere De Grandis videtur, quum contra eum inquisitio facta fuerit Mandato SSm̃i, a qua innocens renunciatus minime fuit. Nec ei prodesse potest Pontificia indulgentia, nempe renunciationis acceptatio. Hæc enim, ut innui superioribus, exequuta fuit, ut famæ, et nominibus eorum, qui in Processu nominantur, parceretur, nec non ut Sacerdotalis characteris honori consuleretur, quod certe non evenisset, nisi idem de Grandis hanc nominationem sustinendo rem patefacere voluisset. Injuria quoque asseritur, Episcopum arbitrarie, et absque auctoritate Francisco de Grandis ab Oppido S. Michaelis præcepisse discedere. Namque litteris 4. Martii 1818. datis certiorum Episcopum feci, SSm̃um renunciationem Paræciæ admittendo, numquam limitare voluisse Ordinarius Episcopi facultates, *e segnatamente quella, se lo crede necessario, di allontanarlo da S. Michele*. Ex hoc præcepto vim quoque accepit denegata ab Episcopo institutio. Poterat enim De Grandis hujusmodi beneficii occasione ad Oppidum S. Michaelis redire, vel ad implendam Missarum celebrationem, vel ad Beneficii redditus, bonaque administranda. Nec metus hic vanus erat; namque jam contra Episcopi præceptum redierat, ita ut in suspensionis poenam inciderit, imo et in irregularitatem, quum, quamvis suspensus, sacrificium obtulerit, ideoque a S. Poenitentiarum absolutionem petere fuit coactus. Animadvertere quoque præstat, præsentatum a Patrono fuisse, quando et suspensus, et irregularis erat. Videant hinc EE. VV. utrum expediret, Episcopum suspensum, et irregulari institutionem dare.

Nec multi facienda sunt testimonia, quæ a De Grandis afferuntur. Deponentes enim plerique illiterati, et rudes sunt, neque formiter repetiti. Præterea generalia afferunt, neque excludunt, quæ ex inquisitio-

ne probantur. Itaque Episcopus, quomodo potuit, Patroni jura servare curavit, quæ etiam a S. Congregatione servata sunt rescripto *tempus et tempore non currere*, de quo in præterito folio, ita ut ne minimum quidem scandalum ex hac controversia oriri potest, ut fidelium animi a beneficiis erigendis arceantur. Immo facilius alliciuntur, quum videant intacta eorum jura servata, etiamsi justis de causis Episcopus recuset præsentatum instituere, et quadrimestre sit elapsam.

Ob renunciationem a Sacerdote Gregori emissam inutilis redditur prima pars dubii in præterita actione propositi, ideoque Vestrum erit, PP. EE., respondere. dubio.

An sit locus institutioni ad Capellaniam Laicalem favore præsentati Francisci De Grandis in casu etc.

Negative.

Sess. 24. cap.
12. de Ref.

AUXIMANA MISSAE CONVENTUALIS. Actum jam fuit de hac causa in folio diei 16. Dec. 1820., et tria proposita fuerunt Dubia I. *An, et ad quos spectet onus celebrandi Missam quotidianam Conventualem in casu etc.* II. *An, a quibus, et in qua summa sit solvenda elemosyna Missarum pro Benefactoribus in casu etc.* III. *An sit locus exactioni taxæ scilicet 15. 20. a Beneficiatis, qui non sunt de Clero Cathedralis in casu etc.* quibus fuit responsum ad I. Affirmative, et spectare ad Capitulares tantum ad formam Benedictine Constitutionis, ad II. Affirmative ex massa distributionum ad rationem obol. 20. ad III. negative. Canonici putantes suis juribus ad-

ver-

versa esse hæc S. Congregationis responsa, ut Crusa iterum proponeretur. postularunt. Super hisce precibus datæ sunt literæ Eno Episcopo, ut terminum tum Canonicis, tum reliquis de Capitulo præfigeret ad deducendum jura sua in S. Congregatione. Hinc distribuitur allegatio, qua pro Canonicis rationum momenta afferuntur. Mansionarii vero, sive Canonici supranumerarii editæ resolutioni freti nonnulla tantum folia mihi exhibuerunt. Causæ hujus speciem, nec non plura rationum momenta habent EE. PP. in folio 16. Decembris 1820., quod reassumere precor,

Solos Canonicos ad celebrationem Missæ Conventualis obligari non posse ajunt Canonici, sed omnes teneri, qui Choro intersunt ad formam Benedictinæ Constitutionis, „ *Etenim*, sunt verba citatæ Constitutionis, „ *hujusmodi debitam non quidem respicit singulares aliquos Benefactores, sed Benefactores in genere cujuslibet Ecclesiae, cujus servitio addicti sunt; quicumque in eadem sive Dignitatis, sive Canoniciatus, sive Mansionariatus, sive Beneficia Choralia obtinent; et Missam Conventualem suis respective vicibus celebrant*, „ Quod semper servatum fuit in hujus S. Congregationis Decretis. Ad factum gradum facientes afferunt Canonici Tabellam a pluribus Episcopis tum in Sacris Visitationibus, tum extra approbatam, atque inter Capitulares Constitutiones relatum, in qua dies præfiniuntur; quibus Dignitates; et Canonici solemnem Missam canere debeant.

Præterea alteram quoque Tabellam exhibent, ubi adnotantur Beneficiati, seu Mansionarii, ad quos singulis diebus ferialibus canere pertinet. Ad has confirmandas Tabellas in medium quoque afferunt decretum, quo cl. me. Cardinalis Spada Episcopus anno 1716., quando nempe festum B. M. V. de Rosario ad altiorem ritum fuit evectum, mandavit, ut „ *dies ipsa in Cathedrali hac Auximiana ab aliis distincta in solita Tabella pro Canonicali adnotetur, et Canonicus Missam solemnem celebret*, „ Addunt tandem Decretum hujus S. Congregationis diei 5. Septembris 1591., in quo habetur „ *Canonicos non esse co-*

gendos ad alias solemnes Missas canendas , quam quibus ex legitima consuetudine , veteribus istius Ecclesiae Institutis adstringuntur ne indebito Canonici sibi premantur onere,,

Ex his concludunt Canonici , ad Mansionarios , seu Canonicos supranumerarios pertinere Missas canere diebus omnibus , quibus hoc onus implere Canonici non tenentur . Nam certi exploratique juris est , quotidie Chorales obligari Missam in Choro canere , at , quum Canonici certis tantum festis Missam solemnem celebrare teneantur , restat , ut ab aliis , qui Choro intersunt reliquis diebus sit canenda , seu quod idem est , ut ad Mansionarios , sive supranumerarios canonicos pertineat Missam canere omnibus diebus , quæ non sunt in canonicali Tabella descriptæ .

At in foliis mihi exhibitis ad sui defensionem Mansionarii opponunt anno 1734. hanc S. Congregationem declarasse , onus Missarum Conventualium esse penes Capitulum , juxta decretum latum ab Episcopo Lanfredinio , qui aegre ferebat consuetudinem Missas celebrandi a quolibet Presbytero habente Beneficium non chorale in Auximana Cathedrali, quique pro sui beneficii oneribus eas applicabat .

Sibi etiam prodesse autumant erectionem suorum Beneficiorum , in qua nulla fit expressa hujusce oneris mentio . Erecta enim fuere hæc beneficia , ut Beneficiati Diaconi , et Subdiaconi munere fungerentur pro Parochis , qui Cura animarum nimis distracti raro et Choro interesse , et Missis inservire solebant ,, *Instituimus* ,, on. verba erectionis primæ Mansionariæ , quæ centum fere annis ante Benedictinam Constitutionem ,, *Cum semper oblatas* ,, contigit, *unum beneficium perpetuum Ecclesiasticum pro uno Presbytero cujus munus , et officium volumus esse debere, et teneatur adsistere Sacerdoti in officio Diaconi, et Subdiaconi simul cum aliis Canonicis supranumerariis divinum officium recitare , et facere , atque exercere omnia alia munera , quæ servitium Chori, aut*

aut Ecclesiae respiciunt. Unde concludunt Mansionarii, se Missam solemnem canere minime posse, quia eorum beneficia non sunt Presbyteralia, imo ne ad Sacerdotium quidem ascendere tenentur, quum e contrario Canonici omnes Presbyteri esse debeant.

Nec sibi obesse dicunt consuetudinem, quia si aliquando Missam Conventualem Mansionarii celebrarunt, id egerunt, ut gratam rem facerent Canonicis soluta a Capitulo elemosyna obolorum viginti.

In secundo Dubio inspiciendum est, an, et de qua distributionum Massa persolvenda sit Missae Conventualis elemosyna, et in qua summa sit constituenda. Canonici putant hoc onus ad Mansionarios pertinere, quando hi canere debeant. Ex generali regula hoc probant, illi enim est onus Missae elemosynam solvendi, cui onus incumbit celebrandi. Addunt quoque hujus S. Congregationis resolutionem in *Lucana Missae Convent.* 14. Martii 1750., qua onerati fuerunt Beneficiarii, seu Mansionarii solvendi elemosynam ex propria Massa, quam Canonici habere Mansionarios probant, praeterea reduci elemosynam ad obol. 10. tantum vellet, quum ad hanc rationem alias definiit S. haec Congregatio persolvendam esse.

Mansionarii vero ex facto, et consuetudine probant semper pro elemosyna solutos fuisse obol. 20; ideoque ajunt servandam esse hanc consuetudinem legitime inductam. Negant vero ad se pertinere hanc solutionem, quia propriam non habent massam, sed particularibus gaudent praebendis. Videant vero E.E. V.V. utrum permittendum sit, quod Chorales non habeant communem distributionum Massam contra praescriptum S. Concilii Tridentini Sess. 21. cap. 3. Omnimode autem negant ad hanc solutionem cogendos esse, quum citata Constitutio, *Cum semper oblatas* - ad sublevandam Mansionariorum egestatem statuat elemosynae solutionem ex Massa Capitulari. At nullum levamen obtinerent Mansionarii, si ex propria Massa esset solvenda haec Missae elemosyna. Utrum vero pauperes ita sint hi Mansionarii, qui, ceu asserit Capitulum, pluribus gaudent redditibus, et

probatur in Summario a Capitulo ci reumferendo, ut Canonici hoc onere gravari debeant, vestrum erit PP. EE. decernere.

Quo vero ad taxam eleemosynæ animadvertendum est, resolutionem a Canonicis allatam non agere de Missa Conventuali, sed de quotidiana celebratione peragenda in Ecclesia S. Francisci ad Ripas Urbis. Videant EE. PP., utrum approbanda sit eleemosyna obol. 20., quæ persoluta fuit a Capitulo Sacerdotibus a Capituli Clero extraneis, qui ad celebrationem vocabantur, quando Capitulum scut. 15. 20. taxam exigebat a Beneficiatis non choralibus, seu potius ad manualem sit reducenda.

Panca dicam de tertio Dubio. Suum enim jus Canonici probare volunt ex antiquissima consuetudine, imo ex consuetudine, quæ omnem meliorem titulum præsupponit. Fatentur autem nihil de ea se sollicitos esse, si celebratione hac et eleemosinæ solutione onerentur Beneficiati. Hi vero de hac taxa nihil opponunt, quia sperant exonerari a Missæ Conventualis celebratione, ideoque nihil adducunt ad eam sustinendam, vel improbandam.

In præterito folio inutilem doxi quæstionem excitare de officio Diaconi, et Subdiaconi, quum Mansionarii paratos esse se assererent hæc officia præstare Canonice celebrantibus, at quum post resolutionem ab EE. VV. latam declaraverint, sese ab Officio Diaconi pro exemptis haberi, et tantum paratos esse tanquam Subdiaconos Missæ solemniter inservire, si Diaconi munus a Parochis exerceatur, necesse est, ut de hoc quoque iudicium feratis. Canonici sua jura timentur Bullis erectionis Mansionariorum, quibus instituti videntur, ut pro Parochis legitime impeditis Diaconi, et Subdiaconi munere fungerentur una cum aliis Canonicis supranumerariis - *quotiescumque ex ritu, et consuetudine ipsius Ecclesie Missa celebratur cum presentia, et assistentia eorundem Ministrorum.* Officium ergo Diaconi clare expressum ibi videtur, ita ut absque injuria hoc officium recusare nequeant, imo hæc officia præstare tenentur non tantum Canonicis celebrantibus, sed quotiescumque Missa cum Ministrorum assistentia canenda sit.

Mansionarii vero ex eo, quod pro Parochis in Choro assistere debeant, ad ea munia tantum exercenda, quæ ad illos pertinebant, sese teneri contendunt. Cumque illi Ministrorum officia dumtaxat præstare deberent in Missis solemnibus, quas Canonici canebant, ad hæc solum teneri dicunt.

Postremo indecorum esse arbitrantur hoc officium præstare illis, qui non sunt de Clero Cathedralis. At hæc obiectio evanescet, si ad formam *Benedictinae* ad Chorales tantum spectare onus Missam Conventualem canendi decernatis.

Dubia igitur erunt.

- I. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisio in I. Dubio in casu etc.*
- II. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a decisio in II. Dubio in casu etc.*
- III. *An, et quomodo sit standum, vel recedendum a Decisio in III. Dubio in casu etc.*
- IV. *An, et quando Mansionarii munus Diaconi, et Subdiaconi in Missis Conventualibus præstare debeant in casu etc.*

Ad I. indecisio, nempe teneri omnes Capitulares Canonicos, et Mansionarios ad formam Tabellæ.

Ad II., et III. Dilata ad primam post proximam, et interim servetur consuetudo.

Ad IV. Affirmative ad formam erectionis, etiam Parochis legitime impeditis.

A NAGNINA DIVISIONIS PAROECIAE. Ecclesiam Sess. 21. Cap. 4.
Parochialem, quæ sola extabat Moroli in Dioecesi de Ref.

Anagnina, an. 1764. Clemens XIII. ad Collegiatæ honorem evexit, postquam eidem Ecclesiæ univit plura simplicia beneficia, in quorum duo populus Moroli, in pleraque jurepatronatus potlebatur prænobilis familia Columna. Numerus Capitularium in Collegiata ita constitutus est, ut unus esset Archipresbyter Capituli præses, et duodecim Canonici, nimirum octo statim erigendi; alii vero quatuor postquam vacavissent cætera Beneficia superius unita. Idem onus curæ animarum, quo antea gravabatur, in Archipresbytero confirmavit SSmus Pontifex, duobus ex octo designatis Canoniceis, qui Archipresbyterum in parochiali sollicitudine adjuvarent; omnibus vero præter onera cujusque beneficii imposuit *Ecclesiae servitium, et applicationem Missae Conventualis pro Benefactoribus nedum omnibus festis diebus per annum, sed per totam quoque quadragesimam, et octavam festivitatis SSmi Corporis Christi cum primis etiam Vesperis ante Solemnitates Domini, et B. M. Virginis, ac eorum Sanctorum, quorum festivitates jejunium de præcepto præcedit.*

Ex mille septingentum sexaginta tribus parochianis, qui Moroli parociam efformabant tempore erectionis, ad bismille, et centum percrevere an. 1785., ita ut quamplures extra oppidi moenia lares posuerint, et domicilium. Viderunt illius temporis Episcopus, et Archipresbyter, fieri non posse, ut numerum tam auctum parochianorum pasceret unius Parochi sollicitudo: unde Episcopus Antonini regionem S. Petri ab eadem Parocia dismembravit utpote quæ - *ha le strade scabrose, scoscese, ed impraticabili, ed in tempo d' Inverno molti, e molti attese le loro nudità, tralasciano d' udire la S. Messa per essere lontani dalla Chiesa Matrice,* ut refert Vicarius Foraneus, et præstito a Patrono Columna consensu hanc perpetuo univit Canoniceatui tunc vacanti per mortem Hyacinti Cecilia.

Tres immediate Cecilia successores sarctam tectam servarunt ab Episcopo sancitam divisionem. Dominicus Ridolfi ad eundem quarto vacantem Canoniceatum anno 1813. præsentatus vix primo assentitus est, sibi illud onus parochiale imponi - *non autem in perpetuum, ut ajunt Bullæ, sed donec, et quousque*

vacaverit alter canonicatus (is nempe, qui olim Abbatia S. Petri fuerat) modo a Sacerdote Dominico Boccetti possessus - Capta dein Canonicatus possessione, munus sibi impositum cum adimplere reluctaret, emissa etiam solempni protestatione, Episcopus Anagninae Ecclesiae Administrator in S. Visitatione decretum tulit Ridolfium adstringens ad impositi muneris satisfactionem. Re postea ad S. S. delata, et ad S. Congregationem remissa, e vivis ereptus est Canonicus Dominicus Boccetti, ad cuius vitam parochiali sollicitudine Ridolfium oneravit Episcopus Amici, praedecessor Anagninus Administrator.

Tunc novas exhibuit preces Promothor Fiscalis, ut pars illa Paroeciae S. Petri jamdiu ab Episcopo Antonini divisa perpetuo uniretur canonicatui jam vacanti sub titulo S. Petri. Preces de more ablegavi Episcopo Administratori, ut audito Capitulo referret de actuali annuo reddito canonicatus, comprehensis distributionibus, et utrum novo oneri curae animarum reditus sufficerent.

Multis respondet Episcopus Administrator, praesertim refutans Canonicorum momenta contra preces allata, de quibus infra. Quoad congruam haec habet - *Restat de congrua, quam nonnulli Parocho S. Petri defuturam suspicantur. Haerere forsitan, si nunc primum de ea praefinienda ageretur: sed annos jam fere 40. numeramus, ex quo Canonicus ex praebenda, quam Diaconus Ridolfi nunc possidet, vitae in Canonicali simul, atque in Parochialis officii muneribus agenda alimenta percepit, quin unquam offerret praebendae tam exiguos esse reditus, ut officii utriusque ponderis sustinendo impares forent, eamque ob causam alterutrum minus recusari ab se, deponere jure posse existimaret. . . . Quae cum ita sint, praestat nihilominus rem ipsam introspicere, et videre utrum ex praebendae simul et curae administratione tantum redeat, quantum oneri ferendo satis fore intelligatur. Bona praebendae S. Petri locari consuevere, constituta in singulos annos modiorum, Italice rubbia, frumenti undecim pensione, ut liquet ex brevi redituum, onerumque re-
censione, quam damus.*

rit certum hunc redditum, quo vel cathedralium quarundam Canonicos contentos fore pro certo habeo? Nam si vel modico septem aureorum, ac obolorum quinquaginta pretio, quemque ex iis modis aestimes, summa certe constabit in singulos annos aureorum trium supra octoginta. Adde, si vera sunt, quae mihi retulere, in praesenti eandem pensionem ad eisdem modi modios duodecim crevisse nova locatione. Ad quae adjungas incerta praebendae, et curae emolumenta, ut haec demus ad solos decem aureos pertinere. Adde praeterea decimas, in quibus exigendis molesteste fero, minus diligentes fuisse Parochos. At ferenda sunt onera; concedo equidem, sed quae tandem? In publicum vectigal aureos octo numerat Canonicus recensio- nis ejusdem scriptor. Scio tamen praeter singulares cu- jusque Canonici praebendas quamdam esse commu- nem omnium bonorum partem, ex cujus redditibus publica vectigalia solvi consueverint. Ad tuendam por- ro S. Petri Ecclesiam novo opere nuper restitutam, eamque nec valde amplam, et uno dumtaxat altari praeditam, haud magna impensa, magnove instru- mento opus Rectori futurum est, quum praesertim ter- tiam sumptuum partem conferri ab altero Canonico oporteat ejus praebendae possessore, quae antea Cle- ricatus S. Petri nominabatur; ac praeterea non desit in Ecclesia pia Virorum sodalitas, quam facile est, ubi res petat, aliquid pecuniae suppeditaturam.

Populus Moroli, uti Patronus suum praebuit assensum novo Paroeciae ordini, quem ex postulat Episcopus Ad- ministrator. Huic vero adversatur Capitulum, quod suum negat praesertim assensum, ut Canonicatui S. Petri paroeciae onus adjiciatur. Inquit quippe, no- vum hoc onus pugnare cum Bullis erectionis a S. M. Clemente XIII. latis, quae unam Archipresbyterum, et duos tantum Coadjutores in Ecclesia Collegiata constituunt, qui populi curam animarum habeant. Occasionem praebet haec innovatio scandalis, jur- giis, disputationibusque inter Capitulares super praecedentia, aliisque negotiis. Deliceret denique chorale servitium saltem diebus festivis. Nam, si ex 13. cho- ralibus, quibus constat Collegiata, demas Archi- presbyterum, et duos Coadjutores, alium jubilatum, alium-

aliumque impotentem, alterum, qui diebus festivis in Ecclesia rurali Missam celebret, nonnullos studiorum causa absentes, ac tres denique Canonicos, qui Missam solemnem celebrent, aliorum Canonicorum in choro assistentia prorsus evanescet.

His in contrarium adductis per Capitulum respondet Episcopus Administrator. Et ad literas Apostolicas quod attinet, intellectum fuit, inquit, *Moroli Oppidum in alium pervenisse statum, quam quo tum fuisset, quum literas Apostolicas ad Collegiatam constituendam prodire, crevisse scilicet incolarum numerum ad plura centena capita, nec vero recentiores incolas intra veteris Oppidi moenia stetisse, verum in finitimis Oppido praediis domicilia sibi collocasse, ex quibus difficilis ad Parochiam esset accessus . . .* Ad quae illud etiam accedebat, quod aucto Ecclesiae in Collegiatam erectae splendore, non pauci in humilioribus Oppidi partibus habitantes, qui prae inopia sordidis, lacerisque vestibus indui cogentur Ecclesiam illam ad frequentanda sacramenta, divinumque audiendum verbum adire erubescerent. Haec porro eandem, quae tunc Episcopum Antoninium impulere, et novam Parochiam in aede S. Petro Sacra institueret, manent etiamnum, valentque ad ea, quae tum Episcopus disposuit confirmanda. Concludendum ergo, sive quo Anagninae Ecclesiae Antoninus Episcopus praererat, sive quo nos eandem Summi Pontificis jussu administramus, tempore satis perspicue constare, ut alia omittam, de aucto animarum, quae uni primum Parochiae subjectae fuerant numero, de focorum augmento, ac extra Oppidi muros propagatione, de itineris ad Parochialem Ecclesiam faciendi asperitate, ac difficultate; hoc est de justa, legitimaque causa Parochiae unius in duas dispartienda.

Choralis servitii diminutioni, quam obvencuram opponunt insuper Canonici, respondet idem Episcopus Administrator, in concursu diminutionis Choralis servitii, et exercitii munerum parochialium, quemque percipere facile posse, qui de sempiterna animarum salute parumper sollicitus est, illud huic esse posponendum.

Dein

Dein prosequitur „ quid subito haec tanta religio , ut nunc primum post annos fere 40. chori solitudinem Canonici Morolenses conquerantur, ex eaque probabile argumentum sibi quaerant ad Parochum tollendum , quem ipsi tandem abesse a choro passi fuerint? Ac etiamsi concederem parochialibus muneribus cogi omnes , ut a choro absint : quid tum inde? Moroli Capitulum ex tribus supra decem Canonicis constat ; quatuor si demas , novem supererunt , quot nempe vix in toto habent alia vel insigniora Capitula , quin tamen si unus , vel alter , aut etiam plures interdum desint , taciturnitas in choro , et silentium consequatur „

Aldam ex jure pervetustam Ecclesiae disciplinam in Paroeciarum divisione rationabilem , legitimamque causam semper exegisse , et pro legitima causa Paroecias dividendi semper habita locorum distantia , sive difficultas , paroeciae amplitudo , aliaque populi utilitas est , atque necessitas . Siquidem canon 7. Concilii Tolosani anni 843. Episcoporum potestatem confirmat tum ad novas Parochias ordinandas , tum ad antiquas dividendas , dummodo scilicet id „ *mature Canonico consilio tractent , sine intentione lucri : si necessitas populi exegerit . Si nempe longitudo itineris , aut periculum aquae etc. Et si mulierum , vel infantium , aut debiliū imbecillitas ad Ecclesiam principalem non possit occurrere.* „ Accedit etiam cap: ad audientiam de Eccles aedif. , et Trid. Syn: Sess. 21. cap. 4. de Ref. In iis vero , in quibus ob locorum distantiam , sive difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta , et Divina Officia audienda accedere non possunt , novas Parochias etiam invitis Rectoribus , juxta formam Constitutionis Alex. III. , quae incipit ad audientiam , constituere possint , Episcopi . Et definivit pluries Sac. Congreg. , ut in *Derthonen. Dismembrationis 18. Januarii 1736. , et in Derthonen. Dismembrat. 2. Junii 1764.*

Quas supra recensuimus , causae pro divisione Paroeciae normam etiam inducere queunt ad novum officium Canonici S. Petri imponendum . Eae enim reducuntur ad populi bonum spirituale , ex quo oritur
illa

Die 24. Augusti 1822.

191

illa Ecclesiæ necessitas, evidensque utilitas, cujus ratione beneficiorum onera augentur, commutantur, reducuntur, et quandoque supprimuntur *Amostaz de causis piis lib. 7. cap. 14. num. 11.*, et *S. Congreg. in Abintimilien. 25. Januarii an. 1772.*, et *in Casalen, Commutationis Onerum, ac Voluntatis 30. Martii currentis anni.*

Pro divisione itaque Parœciæ, et hujus unione canonicatui S. Petri facere videtur amplitudo Parœciæ, cujus animarum capita post Bullæ erectionem etiam citra Oppidi muros extensarum, ut refert Episcopus Administrator, ad plura milliaria ascendunt. Favent insuper congrua pro utroque officio sufficiens, item locorum difficultas, viarumque asperitas, ac incommoditas.

Dignentur itaque EE. PP. respondere Dubiis.

I. *An, et quomodo regio S. Petri dividenda sit in Paroecia Collegiatae in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An, et quomodo illius Regionis Cura unienda sit canonicatui S. Petri in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votam Episcopi Administratoris.

Ad II. Affirmative, ita tamen, ut quatenus Canonicus sub titulo S. Petri Parochus ab exercitio curæ impeditus non fuerit, Choro interesse teneatur.

COMA-

Sess. 24. cap.
2. de Ref.

COMACLEN. PROFESSIONIS FIDEI. Dubium Promothor Fiscalis Comaclensis Sac. huic Congregationi in supplici libello dirimendum proposuit, an scilicet Examinatores, et Judices Prosynodales, Convisitatores, et Secretarius, quos adhibet Episcopus in Pastoralis Lustratione, teneantur emittere Fidei Professionem, et an hanc debeant toties emittere, quoties in eodem munere confirmantur.

Quoniam hujusce quæstionis definitio tum ex jure communi, tum ex constitutionibus, vel consuetudinibus Comaclensis Ecclesiæ pendere poterat, antequam dubium Vobis cognoscendum subjicerem, Eminentissimi Patres, Episcopum audiendum esse putavi, ut, auditis in scriptis Capitulo, et Promothore Fiscali, referret de consuetudine quoad præteritum, transmissis particulis Constitutionum Synodaliū ad rem facientibus. Hæc retulit Episcopus. - *Audito in scriptis Capitulo, ut ex ejus epistola sub die 8. Decembris 1821. proxime elapsi, nec non Promothore Fiscali, Examinatores Pro - Synodales, Judices item Prosynodales, Convisitatores, eorumque Secretarius in S. Visitatione nunquam Fidei professionem, sed tantum fidelitatis juramento, quoad primos, emittere de more consueverunt.*

Porro quoad caeteros Curiae Episcopalis Ministros, uti legitur in Concilio Romano sub Benedicto XIII. habito, intelligendos esse arbitror Laicos, vel Clericos, qui mercede conducti præsta sunt omnibus ipsius Curiae indigentis, videlicet eidem proxime inserviunt, minime vero satellites, vel inspectores novissime factos ab Episcopis in defectu sui principalis Bancarii, nec non Cursoris, vulgo ita dicti,,

Capitulum addit Examinatores Prosynodales semel emissam Fidei professionem cum primum electi fuere, nunquam consuevisse renovare, ubi confirmari contigerit, quod quidem an indicet consuetudinem, qua Examinatores Prosynodales ad Fidei Professionem emittendam, cum eliguntur, compelli possint, videant EE. PP.

Quæstio est de obligatione, quæ aut ab expressa Juris di-

dispositione, vel a legitima consuetudine petenda esset. Primum de jure agam, Sacrosancta Tridentina Synodus obligationem emittendi Fidei Professionem, cujus studiosissima fuit, dum imponit Episcopis, et Prælatibus *Sess. 24. cap. 1., et Sess. 25. cap. 2. de Ref.*, provisus de Canonicatibus in Cathedrali, et Beneficiis Curatis *Sess. 24. cap. 12. de ref.*, Magistris in Universitatibus *Sess. 25. cap. 2. de ref.*, nihil de Examinatoribus Synodalibus, Convisitatoribus, eorumque Secretario constituit.

Immo eadem S. Synodus accurate disserens de Judicum Synodalium qualitatibus *Sess. 25. cap. 10. de ref.*, ut ii in Synodis eligerentur idonei ad causas in gradu appellationis sibi delegandas a S. Sede judicandas, eis onus emittendæ professionis fidei non imponit.

Idipsum videtur de Examinatoribus Synodalibus observandum, S. quippe Synodus cupiens pro idoneis constituendis Parochis Viros præstantissimos deligi, qui Examinatorum munere fungerentur, nihil aliud eis imponit, quam ut *jurent omnes ad Sancta Dei Evangelia, se quacumque humana affectione postposita, fideliter munus exequuturos*. Bulla vero Pii IV. *San. Mem. incip. Injunctum* nullam de iis facit mentionem, licet ille Summus Pontifex exactum conficiat Cathalogum eorum, quos ad Fidei professionem emittendam per litteras suas adigebat.

Addi etiam potest quod Sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. encyclicam dedit epistolam, quæ 28. est in tom. 1. *Bullarii*, qua Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis methodum indicavit eligendi Judices Synodales tum in Synodo, tum extra, et tamen Pontifex Ecclesiasticæ disciplinæ propugnator acerrimus, nihil in iis literis de Fidei professione per eos emittenda constituit.

Nihil igitur in jure constitutum reperitur, unde hoc onus expresse impositum examinatoribus, et iudicibus synodalibus, convisitatoribus, eorumque Secretario fuisse comperiat.

Doctores etiam consulendos, censui, et præsertim (ut cæteros silentio præteream) *Reiffenstuel lib. 1. decretali*

talium de summa trinitat. et fide cathol. §, 8. de obligatione emittendæ Professionis fidei, qui iis exacte numeratis, qui ad eam tenentur, nihil de iis dicit quos in suis precibus commemorat Promothor fiscalis. Hos pariter silentio prætereunt *Barbosa in Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. Garcias par. 3. cap. 3. de profes. fidei, et part. 9. cap. 2.*, ubi fuse disputat de Examinatoribus synodalibus, et *Fagnanus in cap. cum. sit* Cum vero magna apud sacrarum scientiarum peritos auctoritas sit *Benedicti XIV. ejus opus de Diocesana synodo attentius pervolvi, et licet erudite, et fuse disserat lib. 4. cap. 5., et 7. de Examinat., et Judicibus synodal.* nullo tamen pacto quis de hoc onere loquitur.

Cum itaque neque ex Jure, neque ex Doctorum auctoritate ratio petatur, cur adstringi debeant Examinatores, Judicesque synodales (quod enim de synodalibus dicimus, Pro synodalibus apprime congruit), convisitatores, eorumque secretarius ad fidei professionem emittendam posse videtur, eos ab hoc onere solutos esse renunciandos.

Quo vero ad consuetudinem tum Episcopus, tum Capitulum, tum Promothor fiscalis, referunt, *Examinatores, et Judices Pro synodales, convisitatores, et secretarium numquam fidei professionem, sed tantum fidelitatis juramentum quoad primas emittere de more consuevisse.* Nec dissimilis observantia, quæ huc usque servata dicitur in comaclensi Ecclesia, invenitur in aliis Cathedralibus. Plurimis siquidem pervolutis peculiaribus synodis eorum Antistitum cura collectis, quorum summa est laus in Ecclesia Dei, nec vola, nec vestigium occurrit, unde colligi possit superius enumeratos ad fidei professionem esse evocandos.

Verum Dubii resolutioni obstare fortasse videri potest decretum S. Romani Concilii habiti anno 1725., in quo sub titulo 1. de summa Trinitate, et fide Cathol. cap. 1. „ ita decernitur „ *Fidei itaque professionem*
emit-

Die 24. Augusti 1822.

195.

emittant Episcopi, aliique de clero novus
Vicarius Generalis, Vicarii Foranei, Procuratores
et Promothores Fisci Episcopalis Cancellarii, caeteri-
que Ministri ejusdem Curiae.

Examinatores enim synodales, qui iudicium instituunt
de idoneitate promovendorum ad Beneficia Curata,
et qui Episcopo praesto sunt in hac Episcopalis sol-
licitudinis parte procuranda, profecto curiae Episco-
pali Ministri esse videntur, saltem si nomen istud
latiori sensu accipiatur. Eodem plane sensu Ministris
curiae accenseri posse videntur convisitatores, et qui
eis ministrat secretarius. Illi enim jurisdictionem
Episcopi externo foro administrant, cum S. Visitatio-
nem peragunt.

Difficilius tamen Ministris Curiae accenseri possunt
Judices synodales. Cum enim istis causarum cog-
nitionem deleget S. Sedes Apostolica, et ad id consti-
tuti sint, ut sententias ab ordinariis prolatas non jure
sibi indito, sed sibi toties delegato, quoties sibi causa
ab Apostolica sede committuntur, vel confirmant, vel
irritent profecto ipsius Episcopi, ejusque Curiae Mi-
nistri esse non poterunt, tum praesertim, quia in
causa iudicant jurisdictione delegata, majores Epi-
scopo ipso sunt utpote Judices superiores. Hisce
praenotatis, quatenus EE. PP. affirmative respondeant
primo, quod subijciam Dubio, videant quomodo di-
rimendum sit alterum quod proponam.

**Profecto Examinatorum, et Judicum Pro-Synodali-
um tamdiu durat munus, quamdiu ab Apostolica sede
indultum fuerit, non enim jure suo Episcopus eos
eligit, sed ex jure sibi tributo per S. sedis benigni-
tatem, (nam illi qui eliguntur in synodo durant,
donec sex ex electis superstites fuerint ad trad. per
Bened. XIV. loco superius laudato) nec Episcopus
anno elapso, quo isti officio suo functi sunt, facul-
tatem petit eosdem confirmandi, sed creandi Exa-
minatores, et Judices Pro-Synodales.**

**Si igitur Episcopus eos iterum eligat, quorum jam
expiravit officium; isti videntur de novo munus as-**

196. *Die 24. Augusti 1822.*

sequuti, ita ut debeant iterum fidei professionem emittere, et ex pari ratione id ipsum præstare tenentur Judices Pro-Synodales quatenus denno eligantur quod æque dicendum videtur de Convisitoribus, et Secretario, si ædem personæ in nova Diœcesis lustratione ab Episcopo deputentur.

At vero animadvertendum est tum Tridentinos Patres tum Pium IV. in sua Constitutione ideo fidei Professionem præscripsisse, ut quantum humana fragilitas sinit, certo constaret de orthodoxia fidei illius, qui ad aliquod ecclesiasticum munus eligitur, ne sese intromitterent in gregem Domini lupi rapaces, non parcentes gregi. Porro ad id dignoscendum sufficiens esse videtur semel emissa. fidei professio juramento firmata, prout ex formula tradita ab eodem laudato Pontifice.

Dubia igitur proponuntur:

I. An Examinatores, et Judices Pro-Synodales, Convisitatores, eorumque Secretarius teneantur ad Fidei Professionem emittendam in casu etc.

Et quatenus affirmative.

II. An teneantur eandem fidei Professionem renovare quoties confirmantur in munere in casu etc.

Ad I., et II. Negative, nisi adsit contraria consuetudo, vel lex Synodali.

ROMANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS - Po. Sess. 22. Cap. 6. De Reform.
 strems tabulis anno 1683. obsignatis Angelus Angeletti legatum quadraginta unius Locorum Montium reliquit Ven: Sodalitio S. Mariae in Urbe *Ab Hortu* nuncupatae, ut ex eorum fructibus sex dotes annuatim distribuerentur puellis miserabilibus sive in sacculo, sive in domino nupturis. Summam pro qualibet dote juxta LL. MM. fructus in scutatis viginti quinque constituit; earundem vero nominationem pertinere voluit ad suos haeredes, et successores in infinitum, unius tantum ex iisdem dotibus nominatione reservata ipsimet Sodalitio, sive ejus Curatoribus. Dotibus autem persolutis voluit pius testator, ut „ *quel sopra più, che avanza del fruttato di detti Luoghi di Monte resti a beneficio di detta Compagnia per l' incomodo, che si prenderà nell'esigere li frutti di detti Luoghi di Monte, e pagare le dette Doti.*

Casum praevit, quo annui LL. MM. redditus immi-
 nuerentur. Tunc enim reductionem praecepit quin-
 que dotium, *che dovranno dare e nominare li detti miei Eredi, e loro successori a quel frutto, che di quel tempo saranno dd LL. di Monti, e con condizione che sempre resti in suo robore la dote di detta Compagnia di scudi venticinque con la Veste, e il sopra più che va a beneficio di detta Compagnia, e per l' incomodo dell'esigenza de pagamenti di dette doti.*

Tractu temporis imminuti revera sunt LL. MM. redi-
 tus, ideoque imminutae quoque dotes ab haeredibus conferendae, redactaeque ad scutata 16, et obol. 50, firma tamen dote a Sodalitio praestanda in scut. 25, firmisque scutatis tribus pro veste et emolumento pro exactione scut. 8, et obol. 18. Turbatis dem publi-
 cis Italiae rebus, Loca Montium haud amplius per-
 soluta sunt, ideoque cessavit quoque eo tunc tempo-
 re quaevis dotium praestatio. Restituto tamen S. Sedi Sacratissimo Principe peracta fuit LL. MM. liquida-
 tio, legatique pii fructus cohibiti sunt ad annua tan-
 tum scutata 57, et obol. 40. Quare pius testatoris hae-
 redes dotium reductionem sodalitiu moderatoribus ita
 proposuerunt, ut duo tantummodo in posterum con-
 fer-

ferrentur dotes in scut. 25. pro earum qualibet, altera a Sodalitio, atque altera ab haeredibus nominanda, tria scutata eidem Sodalitio pro veste persolverentur, et reliqua scut. 4., et obol. 40. idemmet sodalitium pro exactationis emolumenta perciperet. Hanc tamen reductionem minime prohibuit Sodalitium, cum salva quovis in casu superesse sibi velit scutata 8. et obol. 18. in sui laboris pro exactatione emolumentum. Hinc haereditales preces huic S. Congregationi dederunt pro hujus rei compositione.

Pro Eminentissimo Urbis Vicario absente, quem de more ea de re jam exquisieram, haec habet in sui informatione R. P. D. Vicesgerens postquam eorum, quae in facti specie exposui, veritatem confirmavit, „*Qua in re, meum aperiendo sensum, nil justius invenio, quam ad modum actualium reddituum dotes ad duas dumtaxat reducantur, salvo vestis valore in scut. 3. pro dote a Sodalitio conferenda, ut haereditas pii fundatoris proponunt, quod est consentaneum ad ejus in fundatione panditam voluntatem. Si pro augendo numero dotes in minori summa scut. 25. decurtarentur, inefficaces illae essent pro puellae subsidia, sive ipsa in saecula, sive in domino nubat: Nec magni negotii est Sodalitii contradictio in diminuenda mercede exactationis a scut. 8. 18., quantum tunc loca Montium in eorum manebant integritate percipiebat, ad scut. 4. 40. quae reliqua nunc sunt, detracta importantia dotium, et vestis Jure suo venit; ut imminutis redditibus, et exactationis incommodo quae nunc de trimestre in trimestre perficitur decrescere quoque debeat exactationis praemium. Caeterum sodalitium jam habet exactorem annuo stipendio pro universis suis redditibus redigendis constitutum, nec grave onus ei erit, si quater in anno se conferat ad Aerarium; satis compensatum videtur incommodum, si pro unaquaque vice scut. exigat unum, et obolos decem. Qua de re omnibus in unum collectis compositionem ab haeredibus legati pii fundatoris sodalitio porrectum ab E. E. V. P. approbandam non immerito putarem.*

Sacrosancta Tridentina Synodus cit. Sess. 22. Cap. 6. de Reform. ultimas testatorum voluntates non nisi ex

justa ; ac necessaria causa commutandas esse constituit . Atque haec S. Congregatio Concilii decretis maxime inhaerendo piarum defunctorum dispositionum non nisi ex perspecta necessitate , vel evidenti Ecclesiae utilitate commutationem indulsit . Hasce ergo regulas prosequentes videre est , num in exposita facti specie hujusmodi concurrat necessitatis , vel utilitatis causa , ut testatoris voluntatis commutationi locus esse possit . Voluit autem testator , ut ex annuis LL. MM. fructibus *se ne diano ogni anno in perpetuo sei doti di scudi venticinque l' una* . Si vero li frutti di essi si riducessero a minor somma tunc praecepit ut *riduchino le cinque doti , che dovranno dare , e nominare li detti miei Eredi a quel frutto che di quel tempo saranno detti LL. di Monti* , firma tamen dote a Sodalitio conferenda in scut. 25. cum veste . Locorum ergo Montium fructus imminuti cum sint dotium quoque reductioni locum esse dicendum juxta S. Congregationis praxim , ac prae aliis in *Romana supplementi et Reductionis 23. Jan. 1802. et in Civitat. Castell. 19. Jul. 1806* . Quod quidem magis obtinere debet in casu , quia testator ipse reductionem dotium aperte praecepit , si fructus aliquando imminuti fuissent .

At duplex in casu haberi posset reductio : vel dotium numerus reducendus esset , ut congrua cuilibet doti remaneat assignatio , vel assignationes ipsae essent reducendae , ut dotium numerus a testatore constitutus integer perseveret . Pii fundatoris haeredes dotium numerum reduci postulant , ut ex iis dotate puellae aliquid percipiant , quod eorum necessitatibus aliquo modo provideat . At si ex scut. 57. et obol. 40. , quae nunc tantum remanent pro omnibus dotibus veste ac exactoris emolumento , essent adhuc sex dotes assignandae , quid minimum singulis ex puellis pro dote tribueretur , quod vix aut ne vix quidem dos appellari posset ; cum nullatenus par dicendum foret oneribus , quibus ferendis dos ipsa constituitur . Quare opportunius ipsi putant , ac R. P. D. Vicesgerens id plenissime probat , ut dotium potius numerus reducatur , ac duo tantum singulis annis dotentur puellae cum viginti quinque scutatis a testa-

tores constitutis. Facile patiuntur, ut Sodalitium suam unius dotis nominationem retineat, ipsis autem non quinque, ut prius erat, sed unius tantum dotis nominatio remaneat. Atque ita in dotium præstationibus scutatis quinquaginta erogatis, ex tribus aliis scutatis vestis de more persolveretur, aliaque, quæ supersunt, scutata quatuor, ac oboli quadraginta Ven. Sodalitio pro exactionis emolumento remanerent. Quod quidem satis superque hæredibus videtur pro incommodo, quod in exactione habere potest Sodalitium, nec aliter sentit R. P. D. Vicesgerens, prout patet ex ipsius informatione, quam superius exscripsi.

Pii vero confratres parum, aut nihil solliciti videntur de reductionis qualitate. Quod autem maxime quærunt illud est, ut salva sibi nominatione unius ex dotibus scutatorum 25., quæ ex testatoris voluntate nulli reductioni quovis in casu subesse debet, emolumentum pro exactione, quod in scut. 8., et obol. 18. percipere solent, minime imminuatur. Et sane quidem nonnihil roboris Sodalitii petitioni accedere videtur ex eadem pii testatoris dispositione. Voluit siquidem ipse, ut, si LL. MM. fructus aliquando imminuerentur, dotes quoque reducendæ forent, quarum nominationem hæredibus relinquebat, at statuit omnino, *che resti in sub robore sopra più, che vâ in beneficio di detta Compagnia, e per l'incomodo dell'esigenza de' pagamenti di dette doti*. Ex ea enim dispositione videtur, testatorem saluum semper voluisse emolumentum Sodalitio debitum non pro exactionis stipendio tantum, sed etiam, ut utilitatem aliquam ex ipsa sua dispositione perciperet Sodalitium. Et quamvis illud emolumentum re ipsa non taxaverit, aperte tamen significavit suam ea in re voluntatem, ut scilicet sodalitium perciperet *quel sopra più, che avanderà del fruttato di detti LL. di Monte*; idque ex tractu temporis taxatum extitit in scut. 8., et obol. 18., quæ ex LL. MM. fructibus supererant piis legatis satisfactis. Eamque pecuniæ vim percipit Sodalitium, licet postea LL. MM. fructus essent imminuti.

Die 24. Augusti 1822.

201

Hujusmodi ergo quæstio est, quæ vobis PP. EE. dirimenda proponitur in hac dubii formula.

An, et quomodo locus sit reductioni in casu ee.

Non proposita cum sequenti,

SENOGALLIEN. MISSAE CONVENTUALIS. Joseph Sacerdos Cagnis anno 1819. legitime vigore Bullæ Pontificiæ Canonicatum obtinuit Collegiæ S. Justinæ sitæ in oppido Mondulfi, Senogalliensis Diocesis. Titulum sine re tamen est assecutus Orator, quia redditus omnes obtenti Canonicatus vi legum transacti Regiminis ærario primum, dein *all' appannaggio* devoluti sunt. Cum vero elapso anno contigerit vacatio alterius Canonicatus ejusdem Collegiæ jurispatronatus Capituli, indulgentia Sanctissimi Principis Domini N. Papæ Pii VII. ejus collatio mansit in suspenso, eo plane consilio, ut fructus omnes in Canonicos, et Beneficiarios titulum sinere eadem de causa habentes dividerentur, juxta dignitatem, et pro rata fructuum asecutorum Missarum onera adimplerentur.

Sess. 24. cap.
15. de Ref.

Onere gravatur Orator celebrandi Missas pro Benefactoribus inhærentes Canonicatui, cujus redditus sunt distracti, et ab alio percipiuntur, hinc ab EE. VV. enixe postulat exemptionem a celebratione harum Missarum, firmo remanente implemento Missarum, et onerum adnexorum alteri Canonicatui, cujus fructuum pars cedit Oratori.

De more S. Congregationis literas dedi Eminentissimo Episcopo, cujus transcribo responsum, „ Si qua unquam extitit ratio indulgentiæ exonerationis a celebrandis Missis alicui Beneficio adnexis, ea profecto favore Oratoris Canonici Cagnis plene militat,

C c

quip-

„ quippe is nomine tenus Canonici titulo decoratur ,
 „ quin fructus aliquos ex canonicatu , quem legi-
 „ time obtinuit , uti demonstrat adjunctum Bullæ
 „ exemplar , percipiat . Quandoquidem bona om-
 „ nia ad illum Canonicatum spectantia , sicuti cu-
 „ juscumque harum Provinciarum Collegiatae in vim
 „ notarum legum antea Regiminis ad publicum
 „ ærarium , ac dein *all'appannaggio* , ut ajunt , devo-
 „ luta fuere . . . Rata fructuum illius Canonicatus
 „ Oratori assignata valde exigua est , ac vix attingit
 „ annua viginti scuta , quapropter a ratione minime
 „ obsonum est , si ex supremi hujus Ordinis indul-
 „ gentia , onus , de quo in adnexis precibus , ei remit-
 „ tatur , firma tamen manente obligatione celebra-
 „ di Sacra pro Benefactoribus , et alia canonicatui
 „ adnexa pro rata fructuum eidem Oratori assigna-
 „ torum . „

Et re quidem vera nullum prorsus commodum ex hoc
 Canonicatu in Oratorem redundat præter titulum ,
 et nulla ne exigua quidem pars ejusdem canonicatus
 reddituum illi obvenit , cum omnes lucretur
 Princeps Eugenius , quo in casu vulgatæ sunt apud
 omnes juris regulæ , uti *reg. 10. ff. secundum naturam
 est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur
 incommoda, et 55. in 6., qui sentit onus, sentire debet
 commodum, et e contra.*

Confirmat Orator suam instantiam ex praxi hujus S.
 Congregationis , quæ solet benigne annuere Capi-
 tulum postulationibus , eaque exemit a quotidiana
 celebratione Missarum Conventualium pro Benefa-
 ctoribus , attendita reddituum tenuitate , reduxitque ad
 solos dies festos de præcepto , ut in *Placentina Mis-
 sæ Conventualis 30. Julii 1796. , in Ariminen. 18. Se-
 ptembris 1751 , in Castanen. Missæ Conventualis ,
 et pro populo 20. Septembris 1794. , in Firmiana Ser-
 vitii Chori, et Reductionis Missæ Conventualis die 20.
 Septembris 1817. , in Terracinen. , seu Privernen.
 Missæ Conventualis 19. Septembris ann. 1772. , ast si
 pro*

pro tenuitate reddituum Missæ Conventualis numerus diminutus est ad solos dies festos de præcepto, si nulli sunt redditus, et perierunt omnes, æquissimum est oneribus Canoniatui impositis eximere Oratorem.

Verum nonnulla sunt, quæ postulationi Oratoris obicem ponere videntur. In omnibus Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, et Collegiatis quotidie præter divinum Officium Missam Conventualem celebrandam esse pro Benefactoribus clare inferri potest *ex cap. Cum creatura de Celebratione Missarum*, et non solum celebrandam esse, verum etiam applicandam constans fuit S. Congregationis sententia, ut in *Squilacen. 17. Martii 1714, in Comerinen. 9. Junii ejusdem anni, in Terracinen. 18. Martii 1719*, expresseque deinceps demandavit S. M. Bened. XIV. in *Constit. Cum semper oblatas ad diem 19. Augus. 1744*. Jam vero, si in casti Oratoris preces erunt in pretio habendæ, in Collegiata Mondulphi toties deficient Missa Conventualis, quoties celebrandi, applicandique onus gravabit Oratorem, cum cæteri Canonici hujusmodi gravamine sint omnino exempti. His addi potest, quod quando Orator Canoniatum petit, ejusque possessionem virtute Litterarum Apostolicarum est assecutus, redditus jam mancipati erant favore *dell'appannaggio*, quod non poterat ignorare Orator. Si igitur hisce non obstantibus Canoniatum petit, facto probavit, se velle ejus onera sustinere. Præterea non omnino obtinet assertio, habere Oratorem titulum sine re, percipit modo scut. annua 20. ex suppressione alterius Canoniatu, quæ illi unice intu ita inopiæ reddituum Canoniatu assignata sunt.

Præ oculis tamen habeant EE. PP., Capitulum Collegiatae Mondulphi favore Oratoris consensum præbere pro rena applicationis Missarum Conventualium, quas pro Turno celebrare deberet, dummodo tamen majori onere non gravetur Capitulum in hac exemptione applicationis, et Orator non liberetur a celebratione Missarum,

quas, ut hebdomadarius in certis diebus debet celebrare .

Dubium igitur dirimendum erit .

**An Orator sit eximendus ab onere applicationis
Missarum Conventualium in casu ec.**

Die 21.

Die Sabathi 21. Septembris 1822. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilii, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Sess. 22. cap.
1. de Ref.

ROMANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS.

Dub. An, et quomodo sit locus reductioni in casu etc.

Affirmative juxta votum D. Vicesgerentis.

Sess. 24. cap. 15
de Ref.

SENOGALLIEN. MISSAE CONVENTUALIS.

Dubium.

An Orator sit eximendus ab onere applicationis Missarum Conventualium in casu etc.

Negative.

Sess. 24 cap. 1. 5
et 5. de Ref. Ma-
tri.

BRACHAREN. MATRIMONII. Franciscus Lauren-
tius de Gruz, et Dominica Joanna conjuges e Paræcia
S. Petri de Seixas Archidiæcesis Bracharen. in Lusita-
nia, et Joseph de Arantes ejusdem Paræciæ Rector
nuptias conciliarunt inter Mariam DasDores Franci-
sci, et Dominicæ filiam, et Joachimum Josephum Re-
ctoris fratrem ann. 56. Cum vero illa nondum tertium-
decimum ætatis explevisset annum, neque ad plenam
pubertatem pervenisset, conventum est inter Paren-
tes Sponsæ, et Rectorem, ne intra biennium Matri-
monium consummaretur. Ex processu vero non li-
quido constat, utrum sponso ante Matrimonium
conditio isthæc fuerit manifestata.

Quatuor tantum elapsis diebus a conciliatis nuptiis Ma-
trimonium, dispensatis denunciationibus, celebratum
fuit in faciem Ecclesiæ; Rectoris domum petierunt
Sponsi, tum religiosam peregrinationem ad sanctua-
rium *del Buon Gesù* inierunt. Verum cum ante bi-
ennium Vir Matrimonium consummare vellet, mu-
lier aufugit, et apud Ionocentiam Rosam Solteira se
contulit, dein paternos lares petiit, neque amplius
cum Viro habitavit.

Postea Matrimonii nullitatis iudicium coram Ordinario
Mulier instituit, dein, mutato consilio, preces SSmo
D. N. obtulit affirmans Matrimonium per vim, et me-
tum fuisse contractum, nunquam consummatum,
adeoque Apostolicam dispensationem exorabat. Hu-
jusmodi preces huic amplissimo Ordini ablegatæ de
more Archiepiscopo remissæ fuerunt, ut processum
conficeret super non consummatione Matrimonii, et
Canonicis causis tam assertæ nullitatis, quam dispen-
sationis; servatis admissim omnibus, quæ præscri-
pta sunt in *const. De Miseratione*.

Munere suo functus est Archiepiscopus, et Processum
remisit sententiam suam hisce verbis apertens „Ma-
trimonium, invita Oratrice, celebratum esse, et
huc usque carnali copula non consummatum. Et quo-
niam nulla ex salutaribus iis, qui in Matrimonio de-
siderantur effectibus, ex hujusmodi Matrimonio con-
sequi, nulla que adsit in futurum spes. Oratricem
idcirco imploratæ Dispensationis Apostolicæ benefi-
cio

gio dignum arbitror ,, Causa igitur hodierna die Vobis, EE. PP., proponitur distributis allegationibus a Maria Das Dores, et Animadversionibus Defensoris Matrimonii, silente Viro.

Antequam de nullitate, seu dispensatione a gam operæ pretium est præmonere, quod Matrimonii Defensor animadvertit, Processum tribus ex capitibus nullitate laborare. *Primum* est, quod contra *Benedictinam Constitutionem* Defensor non fuerit deputatus initio processus, ita ut nonnulli Testes examen sustinuerint absque Defensoris præsentia. Verum quum nihil contra eos hic opposuerit, quamvis rogatus, videant, EE. PP., utrum sanata dicenda sit hæc nullitas, præsertim quum alii testes pro muliere deposuerint, adstante Matrimonii Defensore. Altera nullitas deducitur ab interrogatoriis, quæ non exhibuit Sacramenti assertor. Ad Vos, EE. PP., vero interpretari pertinet laudatæ Constitutionis genuina verba quæ hic refero ,, *Ad officium autem defensoris spectabit in iudicium venire, quotiescumque contigerit Matrimoniales causas super validitate, vel nullitate coram legitimo iudice disceptari, eumque oportebit in quolibet actu judiciali citari, adesse examini testium voce, et scriptis; Matrimonii validitatem tueri, eaque omnia deducere, quæ ad Matrimonium sustinendum necessaria censebit.*

Accurate hæc omnia impleta sunt, quum ne unus quidem actus, inaudito Matrimonii Defensore, post ejus electionem peractus fuerit, imo, eo adstante, et testes examinis periculum subjierunt, et Mulieris corporis a Peritis facta est recognitio, nec non in scriptis coram Archiepiscopo Matrimonii validitatem vindicavit. *Tertium* demum Processus nullitatis caput juxta animadversiones defensoris in eo stat, ut deficiat septimæ manus juramentum, et quod inspectio corporis a matronis facta fuerit, minime citato Viro, et Defensore Matrimonii, neque adhibito balneo. In processu vero est depositio parentum Mulieris, et plurimorum testium, qui septimæ manus deficientiam supplere videntur. Ad corrigendum, vel ad firmandum primum inspectionis experimentum Pe-

riti quoque Mulieris corpus recognoverunt, cui experimento nedum citatus sed adstans fuit Matrimonii Defensor, quod novum, et non laudabile est. Hæc præmonenda erant quoad extrinsecum, ad intrinseca nunc causæ momenta descendam.

Sub duplici *Dubii* formula causa proponitur. In primo enim agitur de nullitate Matrimonii ex vi, et metu, *Alterum* dispensationem Matrimonii rati, et non consummati respicit.

Mariæ Defensor primo loco probat irritum, et nullum esse Matrimonium per vim, et metum contractum, quum in hoc Sacramento requiratur consensus, et libertas *Cap. Cum locum 14. Cap. Venien. 15. Cap. Consultationi 27. de Sponsal. Cosc. de Separat. Thori lib. 1. cap. 8. num. 1.* Ad hunc metum probandum plura affert adminicula, ætatem Mulieris, quæ non excedebat tertium decimum annum, ætatem vero Viri fere quadragenariam, Matrimonii præcipitantiam ostiis Ecclesiæ fere clausis celebrati, Mulieris aversionem tam ante, quam post Matrimonii celebrationem, conditionem demum de non conjugendis corporibus per biennium, quæ omnia simul juncta semiplenam probationem inducunt. Ad testium depositionem dein se convertit, et eorum unisona depositione probare nititur Matrimonii nullitatem. Octo enim sunt Testes, partim de publica voce, et fama partim de auditu, qui metum fuisse incussum Mulieri asserunt. His addit utriusque Parentis depositionem juramento firmatam, qui contra seipsos affirmare non dubitarunt, se metus Auctores fuisse una cum Mulieris Amicis, quæ depositiones plenam efformant probationem. *Barbos. Vat. Decis. lib. II. vot. 16. Rot. in Recent. p. 1. decis. 643. nu. 18., et par. 18. tom. 1. decis. 373. nu. 13. et seq. Sac. Congreg. in Theatina Matrim. 16. Martii 1771.*

Præterea Mariæ Defensor Testes a Viro inductos excludit tum quia de communi fama tantum asserant, tum quia pauciores illorum, qui, instante Muliere, fuerunt examinati, tum quia plus creditur duobus Testibus de vi, et violentia deponentibus, quam plurimis de spontanea voluntate, *Innocent. in cap.*

Super hoc De Renunciat. Sanchez. de Matr. lib. 4. dis. 27. nu. 1. Barbos. vot. decis. lib. 2. vol. 16

Ad metus qualitatem quod attinet, in pretio quam maxime habendum asserit, et sexum, et ætatem, et personæ conditionem, ut iudices metiri possint, utrum metus incussus sit vere cadens in Virum constantem. Maria non excedebat tertium decimum ætatis annum, natura debilis, quæ ad plenam pubertatem non pervenerat, ei omnium accessus interdictos, quoniam *la tennero con gran riguardo, affinché non parlasse con persona alcuna*; Quæ omnia plurimi ad metus qualitatem æstimandam valent.

Contra vero Matrimonii Defensor pro validitate plurimam affert. Ait enim duo extrema esse probanda, ut Matrimonium nullum declaretur ex causa vis, et metus. Primum de metu illato, secundum quod metus iste sit cadens in constantem Virum, qui consensum excludat ab actu. Utrumque negat in casu. Metus definitur ab Ulpiano in *leg. 1. ff. De eo quod metus Causa*, „ *Instantis periculi, vel futuri causa mentis trepidatio*, et cum sit res, quæ animum afficit, concludentibus, et gravibus conjecturis probari debet. Probationes vero ait non esse tanti ponderis, ut omnem excludant dubitationem. Testes enim, qui afferuntur a Muliere, vagi plerique sunt, neque deponunt de facto proprio, quibus opponuntur plures Testes a Viro allati. In hoc vero Testium conflictu magis credendum est, iis, qui pro validitate deponunt, cum neutri de facto proprio testantur *Schmalzgrueber Jus Eccles. tom. 1. par. 5. tit. 40. §. 3. num. 13.*

Et si etiam metus probatio consisteret, non ille tantum esset, ut consensum ab actu removeret, quippe qui verbales tantum minas exhibebat. At metus non *injectionibus tantum, vel contestationibus, sed atrocitate facti* probari convenit ex *text. in leg. Metum Cod. De his quæ vi, metusve causa*. Igitur metus debet esse gravis in se, et quod certo imminet *Reintferst. Jus canon. lib. 1. tit. 40. §. 2.* Imo continere debet mortis, vel cruciatus metum ex *text. in Capit. Cui dilectus 6. De his, quæ vi, et metu*. At metus a Parentibus incussus erat „ *che la perderebbe se o in*

campagna, e la farebbe lavorare con i Campagnoli, e la Zia, e Commare non le darebbe niente, Levis igitur, concludit Matrimonii assertor, est hic metus non cadens in constantem Virum, neque sufficiens ad irritum reddendum Matrimonium.

Quod si deficeret consensus in actu celebrationis Matrimonii, ea quæ sequuta sunt, ratihabitionem Mulieris probant. Hæc enim post Matrimonium cum viro cohabitavit, cum illo peregrinationem instituit ad Sanctuarium *del Buon Gesù*. Post Matrimonium Nuptiale Instrumentum dotis stipulatum fuit, in quo Maria non solum se obligavit, imo se subscripsit. Nec desunt plures Testes, qui de concordia inter Coniuges deponunt, quæ omnia satis per se videntur ad ratihabendum Matrimonium, quamvis in actu celebrationis consensus defuisset.

Quoad alterum *Dubium* super dispensatione Mariæ Defensor duo probare conatur, non consummationem scilicet, et justam dispensandi causam. Primum demonstrat, ex jurata depositione tresdecim Testium, nec non ex jurata assertionem Mulieris, ejusdemque Patris. Affert quoque tres Testes, qui deponunt a Viromet audivisse, numquam consummatum fuisse Matrimonium. His omnibus addit duas corporis inspectiones, alteram a matronis, seu Obstetricibus, alteram a viris peritis factam, qui omnes uno ore juramento affirmant Mariam virginitatis florem numquam amisisse. Quibus probationibus etiamsi Vir jurejurando contrarium asserat, fides potius est adhibenda *ex cap. Proposui-sti de probat.*

Causa vero dispensandi ponitur ab Defensore Mulieris in violentia adhibita ad contrahendum Matrimonium, in aversione contra Virum irruentis animi, cum quo numquam affectu maritali jungi posset, unde proximum esset peccati periculum.

Matrimonii Defensor e contrario utrumque negat. Asserit primo non constare de non consummatione quam Vir jurejurando affirmet perfectam copulam inter eos fuisse, et quum in casu non agatur de viri impotentia præferendum est hujus testimonium, quam Mulieris *Can. 3. Si quis acceperit caus. 33.*

quaest.

quaest. 1. Cap. Accepisti 1. De frigid. . Excludit praeterea censuram *cap. Proposuisti* . Namque contendit ibi agi de Muliere , quae asserat non esse a Viro cognitam , nec potuisse cognosci . Nullum , irritumque dicit utrumque experimentum de Virginitate ; Namque primum peractum fuit non citato Viro , ac Defensore Matrimonii , neque constat utrum adhibitum fuerit balaeum . Alterum quoque nullum esse declarandum tum quia desideratur Viri citatio , tum quia Periti laconice nimis sese expediunt , quin expriment veram virginitatis signa .

Ad Testes opponit , nihil eorum depositionem valere contra praesumptionem consummationis , praesertim cum loquantur de unico casu , quo vir non potuit Matrimonium consummare , quin referant de aliis diebus , quibus illud poterat perficere . Causam demum dispensandi nullam adesse animadvertit . Nani coactionem in facto non existere probavit , neque in jure aliquid valet , ut Matrimonium dispensetur . Haec enim vis , si in facto non probetur , resolvitur in dissensu interno , qui a Canonibus in foro externo non praesumitur , ideoque concludit , dispensationis gratiam non esse indulgendam . Plura vero habent EE PP. in utraque allegatione ; dirimenda igitur erunt .

Dubia .

- I. *An constet de nullitate Matrimonii in casu ec.*
- II. *An constet de Matrimonio rato , et non consummato , nec non de canonicis causis consulendi Sanctissimo pro dispensatione in casu etc.*

Dilata ad utramque , et reproponatur post aquas cum iisdem .

Sess. 24. cap.
17. de Reform.

AESINA BENEFICII. Ut Ecclesie Collegiate sue Patrie decori, ac cultui, suorumque Concivium bono prospiceret Sacerdos Franciscus Giandolini ex Oppido Massatii Aesinae Diocesis supremis Tabulis anni 1709. ex universa sua hereditate Beneficium erigendum reliquit. Hæc sunt Testamenti verba, *„ Istituisco, „ e voglio, che si faccia con detta mia Eredità un Beneficio nella Chiesa di S. Leonardo di questo luogo „ sotto il titolo di S. Antonio di Padua con obligo al medesimo Signor Beneficiato di recitare l'ufficio Divino in Coro alternativamente con gli altri Signori Beneficiati, come si pratica al presente, com' „ anche di suonare l'organo, e con quello rispondere, e cantare al Coro, se non si può di canto figurato, almeno di canto fermo, secondo le occasioni, e che si potrà; e perciò voglio, che tal nomina di detto Beneficiato, o Maestro di Cappella sempre, ed in perpetuo spetti, e sia del Signor Arciprete, e Signori Beneficiati di detta Chiesa, quali avranno la bontà di fare detta elezione per voti segreti, ed in persona di qualche Paesano, quando vi sia, altrimenti in qualche Forastiere, che sia attento a suonare, e cantare, ed anco ad insegnare ad altri, che vorranno attendere a detta virtù, con quell' emolumento poi che potrà esiggere da chi anderà ad imparare, e ciò intendo di fare a maggior gloria di Sua Divina Maestà, per il buon servizio della Chiesa di Dio, ed onorevolezza della Patria. „*

Primam Beneficii vacationem, quam quinque alie subsequæ sunt, exhibent acta capitularia Collegiate de anno 1723. in qua Dominicus Angelini, ex oppido Massacci, con l'attestazione del Signor Santi Maestro di Cappella di Jesi, fuit electus. Altera contigit de anno 1736. in eaque, nullo Indigena concurrente, nominationem obtinuit Cassianus Ceccaroni Imolensis. Tertia successit anno 1741. et electus fuit Petrus Joannes Sebastianelli ex Oppido Massaccii. Sequenti anno 1742. quarta locum habuit, in qua cum Franciscus Olivieri Indigena inhabilis a Magistro Musices fuisset repertus, electionis suffragium

gium obtinuit Camillus Tarulli Mathelicensis, qui, mutato statim consilio, renuit Beneficii possessionem adipisci, unde pro quinta vice nominationem est assecutus Philippus Ajuti Forosompronensis. Sexta demum electione fuit collatum Beneficium Nicolao Bonanni de anno 1766. ex eodem Oppido Massacci, qui illud retinuit usque ad annum 1821. quo ad plures concessit.

Quinquennio ante vacationem, quam grayis Bonanni ætas vicinam præsignabat, Archipresbyter, et Canonici SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO preces dederunt exponentes, „ hanno essi il dritto di nominare un Individuo del Paese, quando vi sia, **ALTRIMENTI UN FORASTIERE**, „ Eamque exorarunt di autorizzarli a procedere alla sudetta nomina nella persona più esperta. . . . sciogliendo il miglior soggetto, che possa trovarsi, **SIA FRA' LIPAESANI, SIA FRA' LI FORASTIERI.**

Summus Pontifex ita supplicationem excepit, ut quo fieri posset, sarta tectaque pii Fundatoris dispositio servaretur. En Rescripti verba diei 7. Novembris 1816.
 „ Sanctissimus, perpensis expositis, acceptisque re-
 „ latione, et voto R. Domini Vicarii Capitularis Aesii,
 „ quoties novae Musicorum Praefecti locus fiet ele-
 „ ctioni, expertusque vir inter Cives Terrae Massa-
 „ tii ad hoc substinendum munus non adsit, ut majori
 „ Ecclesiae Cultui provideatur, ac Juventus Divino ad-
 „ dicta servitio excoli valeat juxta Sacerdotis Joannis
 „ Francisci Giandolini vota, utque in hujusmodi
 „ Electione ineunda quaevis in posterum jurgia tal-
 „ lantur, benigne facultatem Oratoribus indulset,
 „ alios quoque inter extraneos ad concursum admit-
 „ tendi, eumque seligendi, qui ad tramites Piae In-
 „ stitutionis necessariis polleat requisitis, et conditioni-
 „ bus, ac majora obtinuerit suffragia, contrariisque
 „ quibuscumque non obstantibus.

Sed quia forsitan Pontificium Rescriptum satis non arripit Capitulo, novas illud dedit preces petens, „ doversi sempre, ed inogni caso occorrente procedere alla nomina del Canonico Giandolini per via di concorso tanto degli originarii, quanto de' Stranieri, „ infelici tamen exitu, cum post exquisitum Eminen-

riissimi Episcopi votum fuerint preces dimissæ rescripto diei 12. Martii 1818. RELATUM.

Spem nihilominus non abiecit Capitulum, indicendi concursum una simul Indigenarum, et Exterorum; hinc tertio iteravit preces, vix sequuto Bonanni obitu, in quibus postulavit, „ *Una dichiarazione ampliativa del succennato Rescritto, la quale stabilisca in termini indubitabili, che i concorrenti Patrii, debbano essere preferiti nel solo caso di parità di merito ogli aspiranti Forastieri,* „ . His precibus non aliud datum est responsum sub die 26. Julii 1821. quam „ **NON INDIGERE, AC SATIS PROVISUM** „

Felicius tamen Canonicis cessit, cum quarto demum renovarunt preces, iterum postulantes, „ *Si debba procedere all' elezzione del nuovo Rettore, mediante il concorso, che al medesimo concorso si debbano ammettere Forastieri, e Paesani insieme, e che il Paesano a merito uguale debba essere preferito al Forastiere,* „ . Novum enim prodiit Rescriptum sub die 19. Augusti ejusdem anni „ *Sanctissimus, perpensis expositis, praevia confirmatione Rescripti diei 7. Novembris 1816., illudque declarando benigne mandavit, ut Rectoris, de quo in precibus, electionem semper concursus praecedat, ut concursui simul indigenae, alienigenaeque admittantur, et ut in casu meritorum aequalium semper praeferantur indigenae. Contrariis quibuscumque minime obstantibus* „ .

Dum hæc agebantur jam in exitu anni 1817. Clericus Gaspar Cerioni ex Oppido Massaccii, putans se omnibus qualitatibus a Fundatore p rescriptis polle- re, judicialiter denunciaverat Capitulo, ne nihil in- novaret contra legem Foundationis; ac statim post obitum Bonanni supplici libello nominationem a Ca- pitulo exoravit, et postea instetit coram Episcopali Curia pro obtinenda canonica Institutione, renova- ta contra Capitulum judiciali protestatione. Hæc omnia acta sunt antequam novissimum Rescriptum SSm̄ diei 19. Augusti præteriti anni prodiret. His fretus Clericus Cerioni statim postulavit reportatio- nem superius laudati Rescripti coram R. P. D. Audito-

re SS^mi, qui in Partium contradictorio ita decrevit „ *Remisit causam, et causas, de quibus agitur quoad omnes, et omnia ad S. Congregationem Concilii cum omnibus facultatibus necessariis. et opportunis, et cum Clausula de Aperitione Oris adversus tam unum, quam alterum Rescriptum Mensis Novembris 1816., et Mensis Augusti 1821., nec non capiendi quamcumque provisionem etiam in exordio litis parte praesente.*

Hæc in facto præmonenda duxi ad faciliorem causæ definitionem, nunc cursim attingam rationum momenta, quæ super duobus concordatis *Dubiis* fusius afferuntur in distributis ab utraque parte allegationibus.

Clerici Cerioni Defensor sibi favere putat primum SS^mi Rescriptum diei 7ⁱ Novembris 1816., in quo conditio posita est „ *quoties expertus Vir inter Cives Terræ Massaccii ad hoc sustinendum munus non adfuit* „ Cum enim in suo Cliente Indigena requisita a Fundatore præscripta concurrere tueatur, hinc laudatum Rescriptum minime ipsi obesse, sed imo plurimum favere defendit.

At totis viribus oppugnat novissimum Rescriptum diei 19. Augusti 1821., utpote apprime contrarium legi Fundatoris, dum alienigenis a Pio Testatore vocatis in casu tantum deficientiæ Incolarum, una simul concurrendi jus tribuit. Ideo vero Capitulum hujusmodi gratiam, qua Testatoris voluntas, ac tertii jura lædebantur, obtinuit, quia in supplici libello plura tacuit, quæ exponenda erant, alia narravit, quin vera reperiantur. Hoc in casu Gratia, quæ obreptionis, ac subreptionis vitio laborat extraordinario *Aperitionis Oris* remedio est revocanda ad tradita in *Cap. Super literis De Rescriptis Rota in Verulana Gymnasii Franchi super Aperit. Oris 5. Decembris 1817. §. 4. cor. Bussio.*

Tacuit siquidem quod in simillimis precibus sub die 12. Martii 1818. post accuratam E^mi Episcopi relationem Rescriptum prodiit „ *Relatum* „ Tacuit litis pendentiam a Clerico Cerioni, contradicente Capitulo contestatam. Tacuit demum jus jam quæsitum ab ipso Cerioni, qui unicus erat qualificatus juxta

mentem Fundatoris , unicus aderat oppositor , qui jam ab Episcopali Curia decretum pro institutione obtinuerat .

Falso autem Summo Pontifici narratum est , Cerionum „ *hà il solo requisito di essere Paesano , essendo inespertissimo in tutt' altro* „ cum de ejus moribus , deque illius scientia Philarmonicæ Artis constat ex pluribus documentis , ejusque qualitates latere non poterant Capitulo , apud quod per plures annos in locum decrepiti Bonanni suam impendebat operam .

Capituli Defensor postquam a quovis vitio obreptionis , et subreptionis vindicavit primum rescriptum diei 7. Novembris 1816. hanc ipsam accusationem repellit a novissimo Rescripto anni 1821. , quia in eo Summus Pontifex nihil de novo concessit , sed tantum præcedentem gratiam confirmavit , et clarius declaravit . Quo quidem in casu simplicis declarationis , quæ ex jure promanat , Pontificem errasse nefas esset asserere ad *Text. in Leg. fin Cod. de Legit. , docuitque Rota coram Olivatio decis. 320. num. 23. , et in Gnesnen. Archipresbyteratus 16. Februarii 1759. §. 4. coram Figueroa .*

Negat vero aliquid reticatum in precibus fuisse , quia in iis non nuda factorum exposita fuit series , sed etiam documenta exhibita , unde Summus Pontifex certam habuit scientiam , ex qua obreptionis , et subreptionis vitium excluditur . Idque præsertim locum habet quoad pendentiam litis , cum judicialis instantiæ Cerioni copia fuerit exhibita .

Quin obesse possit , quod in precibus non fuerit expressum bis Canonicos a petita declaratione Rescripti anni 1816. fuisse rejectos per Rescriptum - *Relatum - alterumque - Non indigere , et satis provisum -* . Si enim præcise hæc narrata minime fuerunt , satis tamen indicata his verbis supplicis libelli - *antecedentemente giudicò la Santità Vostra non essere necessaria una dichiarazione -* quæ quidem verba si comprehendere nequeant expressam rejectionem in Rescripto - *Relatum -* saltem supplere poterant silentium quoad Rescriptum - *Non indigere -* .

Negat demum Capituli Defensor necessarium fuisse ,
men-

mentionem facere de jure quæsito favore Clerici Cerioni. Etsi enim verum esset illam unicam esse juxta Testatoris voluntatem qualificatum, attamen non jus jam quæsitum, sed tantum quærendum haberet, utpote dependens a voluntate Capituli, cui Testator jus nominationis concesserat.

Quæritur in II. Dubio an Clerico Cerioni sit danda institutio, seu potius, et quomodo sit procedendum ad concursum. Dandam esse institutionem Clerico Cerioni dicit ejus Defensor, quia Civis est Oppidi Massacii, et omnibus pollet qualitatibus a Fundatore requisitis, quemadmodum præter alia documenta amplissimum reddit testimonium Emi Episcopi Informatio.

Nec ei recensendum est, quod nondum fuerit a Capitulo præsentatus. Cum enim sit unicus, qui requisitis gaudeat ad passivam vocationem juxta foundationem, jure suo vindicat institutionem, quin materialis Patronorum præsentatio necessaria sit, præsertim cum sequuto ultimi Beneficiati obitu supplici libello nominationem a Capitulo postulaverit *Piton. de contr. Patr. Alleg. 85. num. 2. Rota in Consana Benef. 4. Julii 1759. §. 5. cor. Elephant.*, et in *Ferrarien. Capellan. 11. ejusdem mensis §. 2. cor. Ratta.*

Addit etiam Cerioni Defensor, quod suus Clientis est insuper unicus oppositor contra Capitulum, cui proinde ex hac oppositione quæsitum est jus ad Beneficium, secus etiam a Patroni præsentatione, qui ob litis contestationem a facienda præsentatione arceatur. *Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. num. 18. Lottar. de Re Benef. lib. 2. quaest. 2. num. 15. Rota cor. Bich. Decis. 284. nu. 9.*

Quod si Cerionus unicus est qualificatus, si ei danda est institutio etiam sine Patronorum nominatione, jam evanescit inquisitio, de qua in secunda hujus Dubii parte agitur, nimirum an sit indicendus concursus. Quin negotium facessit attestatio Cancellarii de aliis concurrentibus, quorum *allenigende* repelluntur extante Clerico qualificato ex oppido Massacii. Tres vero Incolæ nequeunt cum suo Cliente manus conserere, quia *primus* Sacerdos Campanæ interea defunctus est, *alter* Hortensius Tegni laicus est, qui

proinde nequit ad beneficium nominari ; et Tertius Sacerdos Corradi Philarmonicam artem minime callet ,

At Capituli Defensor repellendum contendit Clericum Cerioni tamquam destitutum nominatione Patronorum , quibus Fundator jus tribuit electionis . Idque eo magis obtinere debet , quia , etsi in 1. Dubio electio coarceretur ad solos cives Massaccii , præsto sunt tres alii concives , qui sortem in concursu unanimum Cerionio tentare contendunt . Suspensa hinc institutione Cerioni , locus fit ex altera Dubii parte indicatione concursus .

Hanc vero concursum sustinet esse indicendum , vocatis tum Incolis , tum alienigenis , sive ex ipsa lege prælationis favore Indigenarum , sive ex ampliatione facta in Rescripto S^{mo} , sive demum ex observantia , quæ ab anno 1723. , ad annum 1765. sex complectitur electiones , et præsentationes a Capitulo factas ; de qua observantia , jam satis egi in *facti expositione* .

Ex iis igitur , quæ lato calamo ex utraque parte deducuntur , videant EE. PP. , quomodo respondendum sit .

Dubiis

I. *An sit locus aperitioni oris adversus Rescripta dierum 7. Novembris 1816. , et 19. Augusti 1821. in casu etc.*

et quatenus affirmative

II. *An sit danda institutio Clerico Gaspari Cerioni ad Beneficium Giandolini , seu potius an , et quomodo sit procedendum ad concursum in casu etc.*

Ad I. Affirmative quoad Rescriptum die 19. Augusti 1821. tantum , et amplius .

Ad II. Affirmative ad primam partem , Negative in omnibus ad secundam , et amplius .

Sess.7. Cap.4;
et Sess.24.cap.
17. de Ref.

ALATRINA BENEFICII . In exitu præteriti anni, 1820. per obitum Sacerdotis Francisci Maria Beneficium vacavit, quod sub invocatione S. Joannis Baptistæ in Collegiata Ecclesia S. Mariæ Alatri erectum est a Pia fœmina Juliana Fattinazzi ea sub lege -
 „ Quod primus Presbyter; et magis conjunctus per
 „ lineam masculinam de sua consanguinitate, et af-
 „ finitate debeat eligi Capellanus in eadem per di-
 „ ctos suos consanguineos attinentes, et magis pro-
 „ pinquos per lineam masculinam „ .

Plures tunc temporis Sacerdotes extabant ex contem-
 platis Lineis, inter quos Canonicus Carolus Bernardi-
 dini, et Presbyter Paulus Frioni. Horum primus, qui prærogativa antianitatis cæteros vincebat, et cu-
 jus favore plurium Patronorum coaluerat nomina-
 tio, SSmum rogavit, ut quamvis aliis auctus Bene-
 ficium, et Canonicatu donatus in eadem Collegiata Ec-
 clesia, eidem novum hoc Beneficium conferret cum
 Apostolica dispensatione, tum a pluralitate Beneficio-
 rum, tum duorum sub eodem tecto. Res tamen in
 irritum cessit, quia sub die 6. Februarii 1821. ab
 Emo Pro-Datario rescriptum fuit, *Ex audientia SSmi*
RELATUM .

Interea alter Sacerdos Paulus Frioni preces et ipse de-
 derat SSmo, in quibus exposuerat, cæteris Sacerdoti-
 bus de familia necessariam esse dispensationem a
 duplici Beneficio sub eodem tecto, quia omnes Ca-
 nonicatu potiebantur in eadem Ecclesia S. Mariæ,
 ipsum vero omni Ecclesiastico beneficio carere, et
 maxima laborare inopia, exorabatque, ut sibi Ca-
 pellaniam conferretur cum derogatione medietatis vo-
 cum, quarum nonnullas sui favore numerabat. Hæ
 preces post petitam ab Episcopo Informationem ead-
 dem die 6. Februarii 1821. obsignatæ fuerunt a lau-
 dato Emo Pro-Datario rescripto, *Ex Audientia SSmi,*
SSmus annuit cum commissione Episcopomet.

Quod tamen Canonicus Bernardini per Datariam Apo-
 stolicam obtinere nequiverat, obtinuit a Secretaria
 Brevium prorsus ignara de iis, quæ apud illam acta,
 gesta que fuerant. Signatæ igitur ejus favore fuerunt
 sub die 13. Februarii ejusdem anni Literæ in forma

Brevis, quibus petita indulta est dispensatio, ut Capellaniam consequi posset. Statimque coram Episcopo instetit pro illarum executione, sed appposito *nihil transeat* a Sacerdote Frioni, institutum est iudicium coram Episcopali curia, urgente Bernardinio Apostolici Brevis, Sacerdote Frioni Bullarum executione. Exitus iudicii is fuit, ut Vicarius Generalis definitive decreverit, „*Literas Apostolicas esse exequendas, et instituendum fore, et esse Presbyterum Paulum Frioni*, „ et interpositam a Bernardinio appellationem rejecerit, atque ita Frionius Capellaniam possessionem nactus est.

Hinc recruduit Bernardini contradictio, qui ad Signaturæ Tribunal convolans postulavit sententiæ circumscriptionem, purgationem attentatæ possessionis, ac deputationem Administratoris. Sed Frionius, cum ferre nequiret expensas litis, obtinuit a SSmo, ut *causa, et causæ cognoscerentur, et absolventur ab hac S. Congregatione prout de jure cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis*, rescripto diei 8. Julii præteriti anni.

TRIA inde concordata fuerunt **DUBIA**, hodiernâ die ab EE. PP. dirimenda, distributis ab utraque parte allegationibus.

Totus est Sacerdotis Frioni Defensor, ut sui Clientis favore Resolutionem urgeat *Primi Dubii*, a quo pendent *Secundum*, et *Tertium*. ut id assequatur, probare conatur *Breve* a Bernardini obtentum irritum, et invalidum esse, e contrario literas Apostolicas Clientis sui esse omnino validas, atque legitimas, ita ut juxta illas decernenda sit Canonica Institutio. Falso siquidem ait, Bernardinium Summo Pontifici narasse ex canonicatu, et quatuor aliis Beneficiis annuatim percipere summam *scutator. 24*. Ex literis enim Testimonialibus Episcopi colligitur, ex iis quinque Beneficiis *proventus scutata fere centum quinquaginta attingentes* Bernardinium percipere. Verum, quæ falsa narrantur, obreptionis vitium Pontificiis gratis inurunt, ex quo hæ irritæ redduntur *ad Text. in Cap. super Literis de Rescript.*

Accedit insuper silentio prætermissum, fuisse id, quod necessario exprimi debuerat, nimirum petitam dispensationem a pluralitate Beneficiorum, et unionis
unius

unius cum altero sub eodem tecto, rejectam a SSmo fuisse ad relationem Emi Pro Datarii. Hæc porro necessitas duplici ex fonte manabat, nimirum quia si id notum Pontifici fuisset, eum retraxisset a concedenda gratia, quam jam rejecerat, et quia ex notissimo decreto jussu S. M. Innocentii XII. lato, quod confirmavit Clemens XIII. S. M. die 15. Aprilis 1765. sub nullitatis poena prohibetur ab una jam præventa ad aliam configere Congregationem, ita ut etiam Literæ Apostolicæ desuper expeditæ pro subreptitiæ extortis, nulliusque penitus roboris haberi debeant.

Nihil vero peccatum dicit in literis Apostolicis a suo Cliente obtentis. Nam Frionius, ut gratiam assequeretur, ingenue narravit Beneficii titulum, Canonicum Bernardinum cæteris præferri tum ex lege Fundationis, tum ex vocum pluralitate. Si ergo nec veritas ommissa, nec falsum fuit narratum, nequit retardari Pontificiæ concessionis exequutio ad tradita per *Rotam in decis. 476. num. 1. cor. Crispo et in Mediolanen. Benef. 14. Junii 1756. §. 4. cor. Borull.*

Quin inquirendum sit, quæ, et quantæ sint vires Patrimonii Frioni, ut inde dici possit falso expositam fuisse Pontifici illius egestatem. Præter quam quod exhibetur probatio familiaris angustiarum, animadvertendum est, paupertatem Sacerdotis Frioni non fuisse principalem, ac finalem causam, ob quam SSmus ei Capellania voluit gratificare, ita ut, etsi deficeret probatio paupertatis, non idcirco Pontificia corrueret gratia.

Demum quamvis literæ in forma Brevis a Bernardino obtentæ sub die 3. Februarii 1821. a quovis subreptionis et obreptionis labe vindicarentur, tanti tamen non essent, ut Pontificia gratia jam sub præcedenti die 6. ejusdem mensis, et anni, ob signata favore Frioni, illiusque jus legitime quæsitum in irritum caderent.

Posita validitate tum literarum Apostolicarum, tum Possessionis a Frionio captæ, inutilem ejus Defensor putat disputationem de *attentatis*, de *circumscriptione*, et de *fructuum restitutione*, de quibus agitur in II. et III. *Dubio*.

Canonici Bernardini Defensor obreptionis, et subreptionis accusat literas Apostolicas a Frionio obtentas.

Primo quia , sine Episcopalis Curiae literis Testimonialibus , sed tantum ex privatis depositionibus vitae , et morum honestatis , et meritorum probationem exhibuit , quibus decepit Summum Pontificem , qui gratiam minime obsignasset , si probe novisset mores Frioni , quos tamquam illaudabiles reprehendit . At hic in facto notandum est preces SSmo oblatas a Frionio remissas fuisse Episcopo , et post illius Informationem gratiam pro collatione Beneficii fuisse relaxatam sub die 6 Februarii 1821. , unde videant EE. PP. , quatenus opus fuisset Testimonialium Litterarum Episcopi pro soliditate gratiae , an satis defectui supplerit illius Informatio .

Alteram falsitatem petit ex ipsis literis Apostolicis , in quibus insinulatum contendit , Patronos distulisse ultra tempus quadrimestris nominationem emittere , cum e contra certum in facto sit , fere omnes Patronos , qui Bernardinium praesentarunt , id egisse post die obitus ultimi Possessoris Sacerdotis Marra , qui ad plures migravit sub die 29. Decembris 1820. Hæc autem exceptio , quæ potius videtur de jure Patronorum , conditionatam reddidit Pontificiam concessionem ita ut , non verificata conditione , ipsa gratia tamquam non concessa censi debeat . Quin imo cum ob nominationem legitimo tempore factam a Patronis jus quæsitum jam erat Canonico Bernardini , hoc illi auferri non poterat , nec voluit Summus Pontifex , qui in ipsis literis aliam apposuit conditionem „ *dummodo tempore praesentium non sit alicui jus quæsitum* .

Tertium demum vitium desumere conatur Bernardinii Defensor , quia Frionius exposuit se a nonnullis Beneficii Patronis nominationem obtinuisse , quam cohibet a mediocritate descendendum a Pompeo Grappelli quamque suspectam antidatæ dicit , quia ad publica acta delata fuit nominatio post mensem ab obtenta gratia .

Post hæc a quovis vitio purgare contendit literas in forma Brevis a suo Cliente obtentas , quin pretio habendum sit , quod in iis mentio facta non fuerit , Summum Pontificem prius gratiam negavisse Rescripto „ *Relatam* „ tum quia primæ preces in Dataria

Apostolica in scio ipso Bernardino exhibitæ fuerunt, unde ne cogitavit quidem de iis in nova supplicatione apud Secretariam Brevium; tum quia tanti æstimanda non erat hæc narratio, ut Pontificem a gratia concedenda retraxisset, quia poterat, quod alias negaverat, postmodum concedere. Quod si tamen aliqua superesset umbra in Apostolico Breve, tamen decernendam esse, ait, illius executionem contra literas Fironii, quæ tot majoribus scatent erroribus, ac vitiis.

Vestrum nunc erit, Emi Patres, libratis rationum momentis ab utraque Parte in allegationibus deductis, respondere Dubiis.

- I. *An, et cujus favore sint exequendæ literæ Apostolicæ, et sit danda Institutio in casu etc.*
- II. *An sit locus purgationi attentatorum, ita ut sit locus circumscriptioni possessionis in casu etc.*
- III. *An sit locus restitutioni fructuum in casu etc.*

Ad I. Affirmative in omnibus favore Pauli Fironi, et amplius.

Ad II., et III. Negative, et amplius.

REATINA ODEI. Anno 1739. Nobilis Civis Reatinus Alexander Amati, cum pictam haberet in muro scalarum sui Palatii Imaginem B. M. Virginis miraculis illustrem, votis Episcopi, et Populi Reatini cessit pro translatione ejusdem Imaginis in proximam Ecclesiam S. Vincentio Ferrerio Sacram, et filialem Parochialis Ecclesiæ S. Juvenalis. Angustia Ecclesiæ S. Vincentii pium in populo desiderium accen-

Sess. 25. cap. 20. De Ref.

cendit, novam amplioris, venustiorisque formæ ædificandi Ecclesiam, et ad eam transferendi Paræciam quod, plaudente tunc temporis Episcopo, hæc S. Congregatio fieri concessit. At veteri eversa S. Vincentii Ecclesia dum nova excitabatur, piæ fidelium largitiones impares evaserunt ad operis perfectionem.

Tunc Alexander Amatus, ut rem gratam Concivibus suis faceret, præter Palatii commodum, cui nova erecta Ecclesia duobus adhærebat lateribus, scutata 600. monetæ Romanæ danda promisit, dummodo ei fieret facultas aperiendi e suo Palatio odeum in Ecclesia, a quo etiam satisfaceret præcepto Ecclesiæ diebus festis Sacrum audiendi.

Supplex hinc adiit S. M. Benedictum XIV. postulans, ut sibi liceret aperire in dicta Ecclesia *una finestra con le solite cautele di ferrate, dalla quale esso Oratore, e sua famiglia in perpetuo possa godere il beneficio di potere sentire la Messa, e soddisfare al precetto Ecclesiastico*, Cum Oratoris precibus faverent Reatinus Præsul, et Parochus die 14. Martii ann. 1741. per literas Apostolicas in forma Brevis SSmus commisit Reatino Antistiti, ut eidem *Alexandro facultatem aperiendi in muro præfatae Ecclesiae fenestram ad præmissum effectum juxta petita, appositis tamen in ea cratibus ferrea, et lignea, auctoritate nostra Apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia gratis impertiatur*,

Amati familia, unica dempta sene muliere Vidua, jam exarescit. Verum anno 1816. Amati Palatium venditum est familiæ Blasetti privilegiis Reatinæ Civitatis donatæ, quæque ex Episcopi testimonio optimis moribus, Christiana pietate prædita est, vitæ integritate ornata, pingui Patrimonio locuples, vitamque ducit more Nobilium. In prædicti Palatii vero venditione, Vidua Amati sibi usum reservavit illius partis, cui prædicta fenestra adhæret, quam postea extraneo locavit.

Putans Blasettus ex Palatii emptione cum omnibus iuribus, et rationibus, quibus fruebatur Amati haud dubie sibi jus etiam competere apertam in Ecclesia habere fenestram, sollicitus tantum fuit **SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM** exorandi, ut

ut sibi , et familiæ fas esset , ex eadem fenestra Sacrum audire , et Ecclesiæ præcepto diebus festis satisfacere . Oratoris preces remissæ fuerunt ab Eminentissimo Secretario Brevium , ad Episcopum pro informatione , et voto , et auditis interesse habentibus , ad quem etiam remissæ fuerunt Parochi preces , qui Blasetti petitioni contradicens postulabat , Ecclesiam suam a Fenestræ servitute liberari .

Actum est coram Reatino Præsule de ineunda concordia , sed infelici exitu , ut ipse refert his verbis „
 „ *Per conciliare adunque le cose tentossi di riassumere*
 „ *una trattativa rimontante al 1819 , e far si , che fra*
 „ *le parti collitiganti seguisse la transazione progettata in allora . Il Curato era pronto a recedere dalla sua pretenzione , purchè il Blasetti avesse pagato trecento scudi da rinvestirsi a favore della Sacrestia non ostante che il Signor Alessandro Amati per avere il privilegio al presente controverso , ne avesse pagato Seicento . Ma il Signor Blasetti non volle estendersi , che sino a cento cinquanta scudi , e la questione ritornò nel suo essere antico „ Deinde vero concludit „ nell' esaminare il peso di queste ragioni rispettive , e che sono in sostanza le principali , si è conosciuto , che quella del Parroco è basata sul breve della S. M. di Benedetto XIV. , da cui strettamente , e con tutta chiarezza risulta , che la grazia fù accordata ad Alessandro Amati , ed alla di lui famiglia , che però li rilievi di semplici congruenze del Signor Blasetti , non sono bastevoli a superare la forza di tale espressione tassativa .*

Tunc Eminentissimum a Secretis Brevium ex audientia Sanctissimi negotii cognitionem remisit ad hanc Sac. Congregationem , et Vobis EE. PP. hodie sequentibus perpensis rationibus proponitur dirimenda quæstio . Contendit Blasetti in concessione Brevis San. Mem. Bened. XIV. facta favore Amati , duo collata eidem familiæ privilegia accurate distinguenda esse ; primum respicere aperitionem fenestræ , alterum vero satisfactionem Sacri diebus festis de

præcepto . Unum enim sine altero potest consistere , nec unum altero adversatur , cum quis possit apertam habere fenestram in Ecclesia , et ab ea devotionis gratia Sacrum audire , non tamen diebus festis satisfacere præcepto . Hoc enim privilegium non nisi a Summo Pontifice indulgetur , illud vero etiam ab Episcopo concedi potest in actu fundationis fundatori , vel insigni Ecclesiæ Benefactori , ut tradunt *Ferraris in verbo Eccles. art. 5. num. 6. , et Monacell. part. 1. tit. 6. form. 10. num. 18.*

Id reapse actum esse in hac concessione fenestræ aperitionis , superius præmissa facti narratio non obscure demonstrat . Summus enim Pontifex postulationi aperitionis fenestræ non cessit , nisi *veris existentibus narratis* , idest solutione 600. scut. pro perfectione Ecclesiæ . Privilegium vero ab eadem audiendi Sacrum , cum satisfactione mandati Ecclesiæ diebus festis de præcepto , gratis elargitus est . Amatus igitur solutione prædictæ summæ , cum hæc sit data in fundatione ipsius Ecclesiæ , et pro ejus perfectione , et data sit sub conditione aperiendi perpetuo fenestram in Ecclesia , suo acquisivit Palatio prospectus servitutem eoque magis , quia ipsum Palatium oneris ferendi servitutem Ecclesiæ duobus ex lateribus sine ulla compensatione , sed gratis omnino præstandam suscepit .

Nihil magis in omni jure tritum quam qui sentit commodum , et incommodo subjiciatur . Si prædictum palatium duram Ecclesiæ oneris servitutem , gratis omnino præstandam perpetuo suscepit , pari ratione Ecclesia sustinere debet servitutem prospectus unius fenestræ . Ea enim correspectivarum lex est , ut unum sine altero nequeat consistere . Cum vero prospectus servitutem sibi comparaverit Amati , et hæc realis sit , ideoque ipsi Palatio adhærens , transit hæc ad possessores omnes ejusdem palatii . Realis enim servitus , vel jus , cum res adhereat , cui res acquiritur , una cum re transit ut habetur *ex leg. 1. ff. de Servit. , et firmat Rota in recen. part. 1. decis. 199. num. 20.* Præterea Servitutum

tum, realium perpetuam esse causam indubii juris est ad Textum *Leg. 27. ff. de Servit. Urb. praed. Omnes aulem servitutes Urbanorum praediorum perpetuam causam habent*, et tradit *Donel. de jur. civili Lib. 11. cap. 1. num. 3. tom. 3.*

Orat ulterius *Blasetti EE PP.* ut praë oculis habeant causam finalem concessionis, qua motus Summus Pontifex *Amati* annuit postulationi, nempe solutio summæ scut. 600. Causa enim finalis dicitur illa, sine qua disponens, non disposuisset, *Rota in recent. decis. 511. num. 11. part. 18.* Jam vero si concessionis causa finalis fuit summa solvenda 600. scut. ab *Amati*, et hæc perpetuo data est, etiam servitus prospectus per eam solutionem acquisita debet esse perpetua, juxta axiomata, quod *causae, et causati idem est judicium.* *Amati* igitur solutione dictæ summæ realem prospectus servitatem suo Palatio comparavit, transitoriam in omnes ejusdem palatii possessores juxta regulam juris 16. in 6.º

Addit præterea, quod saltem æquitas, si non juris rigor exigit, ut semel palatio jura acquisitum cum tanto onere sartum, tectumque illi perpetuo vindicetur, ne pii imposterum fideles retrahantur ab hujusmodi largitionibus, videntes Ecclesiam postquam tot beneficia recepit summo rigore jura sua tueri. Præterea animadvertit *Blasetti*, si jus patronatus Gentilitium (idest reservatum illis, qui sunt de familia, seu agnatione fundatoris) extincta familia, et agnatione transit ad hæredes extraneos, ut tradunt *Pitonus de controver. Patronor. Allegat. 91. num. 79. Tom. 2. Fagnan. cap. 1. de jur. patron. numer. 25. Ancharan. consil. 81. Pirringh. eodem tit. numer. 53.* Videtur a pari idem asserendum in hac servitute, et concessione fenestræ factæ *Amati*, cujus hodie palatium, si ad extraneos est venditione translatum, et in extraneum idem jus sartum, tectumque custodiendum esse rationis similitudo suadet.

Denique etiam ab exemplis præsidium petit Orator ex tot fenestris, quæ patent in Ecclesiis Urbis, ubi li-

cet in dies novi succedant Domini palatii, cui hujusmodi inhærent fenestræ, non ideo emptores ab hoc jure deturbantur). Ita contigit in Palatio olim Nobilis Familiæ Nicolini cum fenestra in Ecclesia S. Bartholomæi Bergomen. ; ita in Palatio olim Collegii Alberoni cum fenestra in Ecclesia Sanctorum Angelorum Custodam, quamvis unum, alterumque per venditionis contractum in extraneos transierint.

Parochus ex adverso libertatem suæ Ecclesiæ vindicans, prædictam fenestram obstruendam esse contendit. In primis enim exorat EE. PP. verba perpendere Brevis, factæ concessionis familiæ Amati a Summo Pontifice. Postulavit enim Amati a Summo Pontifice licentiam aperiendi in muro Ecclesiæ fenestram „ *dalla quale esso Oratore, e sua famiglia in perpetuo possa godere il beneficio di potere sentire la Messa, e sodisfare al precetto ecclesiastico* „ Pontifex vero annuit gratiæ juxta petita. Jam vero Amati postulatio coarctabatur ad personas ipsius Oratoris, ejusque familiæ in perpetuum. Si igitur ipsa perit, cum ipsa quoque cessavit Pontificia concessio fenestræ. Non enim Amati petiit a Summo Pontifice hoc privilegium domui, sed sibi, et familiæ.

Preterea cum ex regula juris 28. in 6. „ *Quæ a jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda*, Pontificia concessio fenestræ aperiitionis cessat omnino in extinctione familiæ Amati, cujus intuitu concessa est, cum adversetur juri communi, ut patet ex *Clem. 1. de Sententia Excommunicationis*. Quæ enim a jure communi exorbitant juxta Doctorum omnium sententiam odiosa censentur, sed ex regula juris 15. in 6. *odia restringi, et favores convenit ampliari*. Ergo concessio aperiitionis fenestræ, nec potest, nec debet produci ad extraneos Palatii possessores, quorum intuitu non fuit concessa, nec ipsis Ecclesiam hanc debet servitatem, cum eos non habeat insignes Benefactores, neque huic oneri se subiecerit.

S. Congregatio Episcoporum, et Regularium sæpe sa-
pius vel novas denegavit aperiri fenestras, vel apertas
claudi mandavit, ut in *Veronen.* 15. Junii 1655., in
Casertana 1646., in *Faventina* 15. Februarii 1619.,
et die 5. Martii 1619., respondit, *Non si concede ne an-*
che ai Duchi, e Marchesi di aprire finestre, che
rispondano in Chiesa per ascoltare da quella la Mes-
sa, e i divini ufficj -, et in *Avellina Indulti* 5. Ju-
lii 1719.

Neque quæ de exemplarum fenestrarum in urbe ad-
ducit Blasetti, in pretio habenda esse, respondit Pa-
rochus. Nam ea, vel respiciunt servitutes reales,
palatiis inhærentes, et tunc nulla difficultas quod has
apertas habeant omnes Palatii possessores, quod non
obtinet in casu, vel id contingit ex silentio, et negli-
gentia eorum qui Ecclesiæ jura sarta, et tecta servare
deberent, et tunc sibi culpæ verti non debet, quod ju-
ra Ecclesiæ suæ vindicet.

Hæc respiciunt Parochum pro Ecclesiæ libertate pu-
gnantem, et Blasettum servitutem realem vindican-
tem. Animadvertendum tamen est, adhuc ex familia
Amati, ut præmisi, in humanis esse Mulierem Vi-
duam, cui certo competit jus retinendi apertam fene-
stram in Ecclesia, quod non impugnet Parochus, dum-
modo redeat ad Reatinam Civitatem.

Videant ergo Eñi Patres quid respondendum sit Dubiis,
quæ proponuntur.

I. *An Aloysio Blasetti, uti emptore Palatii olim
Amati competat jus retinendi apertam fenestram
in Ecclesias S. Juvenalis in casu etc.*

Et quatenus negative,

II. *An fenestra retineri debeat aperta usque dum vi-
xerit Clementina Amati in casu etc.*

Ad I. Iterum proponatur.

Ad II. Affirmative.

Sess. 22. cap. 6.,
 et sess. 24. cap.
 4. de Ref.

CATHACEN. LEGATI PII, EJUSQUE APPLICA-
 TIONIS. In supremis, quas Tavernæ Cathacen. Dia-
 ceseos sibi scripsit, tabulis Rinaldus Verardi ita di-
 sposuit „ Nomino, ed istituisco erede universale, e
 „ particolare sopra tutti li miei beni, mobili, ed im-
 „ mobili, raccoglienze, nomi de Debitori, Crediti,
 „ oro, ed argento monetato; e non monetato; ragio-
 „ ni, ed azioni di ogni sorte la Persona di D. Fran-
 „ cesco Gaetano Verardi mio pronipote . . . nell'
 „ infrascritto modo, e con l' infrascritti pesi, dichia-
 „ razioni, e legati. *Dono, e lascio a mia Moglie D.*
 „ *Giovanna Schipani vita sua durante, e guardando*
 „ *il letto vedovile l' usufrutto di tutti li miei beni com-*
 „ *presi nella mia eredità con esigersi detta mia moglie*
 „ *tutte le rendite, gaggi, ed emolumenti, che saran-*
 „ *no per raccogliersi da tutti li miei beni così stabili*
 „ *che semoventi, con avere anche l' uso de' miei mo-*
 „ *bili, mobiglia, ori, argenti, e l' abitazione nella*
 „ *propria mia casa. Resta però obbligata di disporre*
 „ *con donazione irrevocabile trà vivi a favore di esso*
 „ *mio Erede istituito della parte disponibile del suo*
 „ *proprio asse . . . con essere inoltre tenuta di*
 „ *detto usufrutto de' miei beni ereditarij pagarne i pesi*
 „ *intrinseci . . . e quindi tutto il di più delle*
 „ *espressate rendite impiegarlo a suo proprio, e de-*
 „ *coroso mantenimento, è laddove gli sopravvanzerà*
 „ *qualche somma, debba somministrarla a Poveri in*
 „ *suffraggio della mia, e sua anima con osservare in*
 „ *tale distribuzione l' ordine di carità, rimettendomi*
 „ *per questa parte alla sua religiosità. E voglia che la*
 „ *stessa mia moglie seguita lamia morte dovesse pro-*
 „ *cedere ad un fedele, ed esatto Inventario di tutti i*
 „ *miei beni mobili, ed immobili, nomi di Debitori,*
 „ *crediti, generi, ori argenti monetati, e non mone-*
 „ *tati. Passerà all' esazione di tutti i miei crediti, ed*
 „ *alla vendita di tutti li generi, ed il prezzo de' med., e*
 „ *di quelle somme che sarà per riportarne unitamente al*
 „ *contante se ne troverà esistente nella mia Eredi-*
 „ *tà . . . dovrà tutto impiegare in com-*
 „ *pra di corpi stabili, o capitali, e delli stessi goder-*
 „ *ne l' usufrutto anche vita sua durante, e quindi die-*

„tro la sua morte questi beni acquistati con tali som-
 „me restino tutti in beneficio del detto mio Erede isti-
 „tuito, a favor di cui si dovrà incorporare l' usufrut-
 „to di tutti gli altri miei beni, delli quali ne ho ordi-
 „nato come sopra il godimento a favore di essa mia
 „Moglie sua vita durante.

Rinaldo e vivis erepto, deprehensum fuit bonorum immobilium redditum annum constituere summam ducatorum 695., pecuniam vero ex nominum exactione, et frugum venditione coalescentem summam ducatorum 8080., quæ deductis oneribus annum fructum afferunt duc. 282. Quamobrem redditus totius assis hæreditarii ab omnibus oneribus immunis constituunt annum quantitatem Ducator. 978.

Hinc Viduæ Schipani pro ejus spectata conditione, longæva ætate, ac infirma valetudine, præter domum ei ad habitandum a viro relictam, de Theologorum consilio assignata fuere annua duc. 800., quibus onestam posset, atque decoram agere vitam; residuos vero fructus quolibet anno pauperibus ex testatoris præscripto distribueret.

Sed huic annuæ præstationi non acquiescit mulier; contenditque in largitione pauperibus facienda solius usufructus bonorum immobilium habendam esse rationem, quoniam eam largitionem defunctus tantummodo præscripsit, dum suam declaravit mentem, quomodo impendendi forent bonorum immobilium redditus, silentio autem illam præterivit, ubi de aliis bonis legem edixit. Ex quibus infert, nihil quod pauperibus tribuere oporteat, superesse, cum usufructus immobilium ne ad ejus quidem alimoniam sufficiat.

Addit præterea duc. 800. minimè sibi satis esse; Nam ut hæredem proprietatis Franciscum Cajetanum Verrardi, qui et Viduæ est a negotiorum gestione, sequeretur, relicto Oppido Taverna Cahacium principem illius Provinciæ Civitatem profecta est, adeoque majori indiget pensione, quam duc. 800., præcipue ad domum, ut ejus decet statum conducendam.

Tandem cum Viduæ ex fratre Neptis sit inops, parentibusque orbata, si quid; inquit, reliquum esset, to-

tum conferre oporteret in dotem duc. 400. , supellectilemque adolescentulæ comparandam , ut ipsa , quæ nunc Cathacii intra claustra sumptibus amittæ vitam ducit, sacrum induat habitum , idque ex testatoris mentè , qui voluit , ut in largitionibus ordo servaretur charitatis .

Episcopus cupiens rem amice componere interea decrevit , ut anno 1820. ducata 60. , et anno 1821. duc. 100. in pauperum levamen erogarentur . Sed ut certo statuatur quid futuris temporibus ad Viduam , quid ad pauperes pertineat , DUBIA in hujus folii calce descripta , annuente ipsa usufructuaria, EE.VV. dirimenda proponit .

Ususfructum dumtaxat bonorum immobilium obitu testatoris existentium pio in pauperes legato gravatum esse, dici posset ex sequentibus rationibus . Etenim Testator duo pecularia, atque distincta legata uxori suæ videtur constituisse, nimirum usufructum bonorum immobilium, et usufructum bonorum, quæ ex nominibus, frugibus , et pecunia numerata acquirenda erant . Si enim non duo , ac pecularia legata , sed unum dumtaxat , et istud universale relinquere voluisset , uxori legato usufructu omnium bonorum, quarundam rerum usufructum inutiliter deinceps reliquisset , postquam perceperat , ut ex nominibus , frugibus , et numerata pecunia bona emerentur stabilia ,

Item horum bonorum peculiare , atque a primo distinctum esse legatum eruere nititur ex iis , quæ testator subdit , inquit „ *Questi beni aquistati con tali somme , restino tutti in beneficio del mio Erede istituito , a favor di cui si dovrà incorporare l'usufrutto di tutti gli altri miei beni , delli quali ne ho ordinato come sopra il godimento a favore di essa mia Moglie sua vita durante* „ . Quo in loco cum testator affirmet , se aliorum bonorum usufructum Uxori suæ supra reliquisse , manifeste innuit bonorum ex pecunia numerata , frugibus , et creditis adeptorum , novum ei usufructum legasse , ac proinde aliud peculiare instituisse legatum , ita ut legataria pro lubitu posset unum agnoscere , alterum repudiare .

Et

Et quamvis in prima testamenti parte usumfructum reapse tum bonorum stabilium, tum cæterorum Uxori Vir legasset, tamen id impedimento non erat, quominus postea eidem usufructui generali derogaret peculiari legato. Exploratum enim in jure est, quod si uni testator omnium bonorum usumfructum legaverit: alteri autem rem singularem, fructus rei singularis legata exemptus intelligitur ab usufructu omnium bonorum. *L. In toto jure ff. de R. J., L. Quoties 10. Cod. de Famil. Ercis.*

Et licet obiici posset, cui usufructus omnium bonorum legatus est, frustra ei legatum usufructus rei singularis relinqui, nam quod proprium alienius est, amplius ejus fieri non potest, *ad Text. in §. Sed si rem Instit. de leg. sicuti etiam hæredi ex asse inutiliter legatum scribi responsum est, L. et quid. 18., L. Plane §. 11. de Leg. 1.,* tamen hoc locum habet, cum legatum usufructus cujuscumque rei inutile est legatario; secus vero quando usufructuarius universalis utilitatem est percepturus ex legato usufructus rei singularis, quemadmodum legatum hæredi ex asse relictum viribus pollet, si ei sit profuturum, *De Luca de leg. discurs. 64. nu. 3.*

Jam vero si pro certo habeatur duo pecuniaria, atque distincta legata fuisse instituta, non levis favore Mulieris intercederet utilitas. Nam onus piæ largitionis cohibuit defunctus ad primum legatum, secundum vero ab omni onere immune esse voluit, cum Uxori usumfructum relinquere simpliciter dixerit. Huc enim spectat regula illa si Testator, ubi voluit, dixit, ergo ubi non dixit, noluit *argum. L. unic. §. Sin autem Cod. de Caduc. toll., de Luca discurs. 34. nu. 4. de leg.* Ex quibus sequeretur, quod si ex decenti Mulieris exhibitione non superessent reliquæ ex usufructu bonorum stabilium, quæ in hæreditate reperta fuere, nullo modo pauperibus piæ legatum deberetur.

At propositæ a Vidua interpretationi adversatur testatoris voluntas. Nam quisquis, vel raptim Supremas ejus percurret tabulas, deprehendet, non duo pecuniaria fuisse constituta legata, sed unum tantum

tum, quo ususfructus omnium, et singulorum bonorum Uxori fuit legatus. Enim vero defunctus ei reliquit „ *l'usufrutto di tutti li miei beni compresi nella mia Eredità* „ Latet quippe neminem sub omnium bonorum usufructu mobilia, immobilia, et incorporalium universitatem comprehendi, nullamque præterea rem excipi, in qua non sit ususfructus, *Donell. lib. 10. cap. 7. nu. 10., Poet. ad Pand. lib. 7. tit. 1. nu. 15.* Et si qua umquam oriretur dubietas, eam penitus tollit testator, qui non simpliciter ait, se relinquere Uxori usufructum omnium bonorum, sed insuper addidit *compresi nella mia eredità*, ut significaret nullam sibi esse rem, quam usufructui non subiceret, adeoque onus piæ largitionis ad omnium rerum usufructum protenditur.

Nec ex eo, quod Vir postea jusserit, ut usufructus bonorum, quæ ex nominibus, frugibus, ac pecunia numerata erant acquirenda, Uxor gauderet, idcirco singulare constituit legatum usufructui generali derogando. Hoc enim pacto loquutus est testator, ut quamlibet removeret dubietatem, eorumdem quoque bonorum usufructum ad Uxorem pertinere; nisi ob eam ipsam causam Pronepitem, quem jam universalem hæredem scripserat, in iis bonis acquirendis succedere jussit „ *e quindi dietro la sua morte (Uxoris) questi beni acquistati con tali somme, restino tutti in beneficio del mio Erede istituito.*

Quo imo ex illo præcepto acquirendi bona stabilia eruitur, usufructum omnium bonorum pio subesse legato. Et sane certum est pecuniæ in hæreditate inventæ, vel ex nominibus debitorum, frumentorumve pretio obvenientis non proprie esse, atque dici usufructum, sed quasi usufructum §. *Constituitur Inst. de usuf., tot. tit. ff., et Cod. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.* Qui vero hoc fruitur solum æstimationem cogitur restituere hæredi proprietatis *L. 1., et L. Si vini. ff. de usuf.* Quocirca quasi usufructuarius jure suo potest pecuniam in æde sacra servare, alteri donare, suosque in usus vel prodige insumere, quin teneatur fructiferos fundos ex ea comparare. Idcirco Testator legem dixit, ut

Vidua pecuniam numeratam, et nomina, quæ conspicuam conflant summam in præliorum acquisitione conferret; sicque auctis annuis redditibus tutius ex honesta Uxoris sustentatione extarent reliquæ fructuum pauperibus largiendæ.

Et si quid dubii superesset animadvertendum est, iudicium esse ferendum pro causa pia, quandoquidem semper eligenda est pars, quæ plenius favet animæ Testatoris ad tradita in *Romana pecuniaria dec. 248. §. 10. cor. Ratta*.

Agitur in *II. Dubio* de annua constituenda pensione.

Profecto fatendum est; testatorem singulari prosequutum fuisse dilectione Uxorem suam, eique nihil, quod ejus deceret statum, deficere voluisse, et ubi solum aliquid foret residui ex usufructu post ejus decoram exhibitionem inter pauperes esse dividendum. Alimentorum autem nomine veniunt non modo cibus, potus, medicamenta, verum etiam famulatus, et habitatio secundum personæ statum, et qualitatem, *Leg. Si cui ff. de ann. leg. penult. ff. de alim., et cib. leg.*, tametsi reditus omnes impendere oporteret pro necessitatibus ejus, cui alimenta debentur, *de Luca discurs. 67. de leg. L. numer. 2.* Porro annua pensio duc. 800. a Theologis Viduæ constituta, quamvis sufficiens, dum vitam Tavernæ degebat, nunc cum venerit Cathacium satis ejus necessitati non est, quoniam in ea Civitate, quæ prima est in Provincia, majoribus indiget expensis, ne ejus status vilescat.

Nec putat Vidua, sibi obesse quod sponte, ac libera sedem mutaverit. Nam onus morandi Tavernæ ei non imposuit defunctus, ac proinde potest ubique alimoniam petere, et quidem semper statui, et conditioni parem, quia alimentorum quantitas pro rerum, status, atque expensarum varietate augeri debet *Leg. jus alimen. 3. ff. Ubi pupil. edic. Leg. Quod plerumque Cod. de Alim. præst.*; etiam *Romana alimen. 28. Februarii 1761.*

Verum etsi Mulier, ubi ei magis arrideat, sedem constituere non prohibeatur, inde tamen jure nequit augmentum pensionis petere, si eo profecta sit, ubi graviores necessarii sunt sumptus ad vitam tra-

ducendam. In ultimis enim voluntatibus semper quid voluerit Testator, inspicitur. Hinc si quis alimenta alicui relinquat, quin declaret pecuniæ vim in ea impendendam, censetur legasse alimenta gradui, et conditioni ejus, cui præstanda sunt, convenientia, sed secundum consuetudinem regionis, in qua domicilium habebat defunctus *Surdus de alim. tit. 4. quaest. 19. num. 12.*, quia in ambigua Testatoris voluntate interpretanda spectandus est mos regionis, in qua ipse versabatur, uti habetur in *Leg. Si servus plurim. §. ult. ff. de Leg. 1., Mantic. de conjec. ult. vol. lib. 16. tit. 6. num. 13.*

Testator autem cum non præliniverit, quænam alimenta mulieri exhibenda, sed solum decora dixerit, recte ea creditur reliquisse, quæ ad vitam convenienter *Tavernæ* agenda sufficiunt; eo vel magis quod ipse putaverit uxorem ad obitum usque in eodem loco mansuram; si quidem non habitationem propriæ domus illi reliquit, tunc enim etiamsi abesset, domo uti frui poterat, locando, alteri concedendo *L. Cum antiquit. Cod. de Usuf. §. 5. Istit. de usuf., et habit.*, sed habitationem in propria domo, ita ut nisi vidua eam incolet, nullum ex ea commodum capere valeat *De Luc. de servit. discus. 63. n. 7., et 8.*

Tandem quod attinet ad supellectilem, et dotis constitutionem pro Viduæ Nepte, ut religiosam Cathacii emittat professionem, votis concedendum videtur. Namque pauperi Adolescentulæ præsto esset pia dispositio, licet Testator generatim præscripsit fructus residuos erogandi in pauperes. Quia inter æqualiter egenos extraneis præferendi sunt conjuncti, atque consanguinei Testatoris *Cap. Non satis 14. dist. 26., Amostaz de Caus. piis lib. 4. cap. 4. numer. 10.* Sed ei insuper expressa favet voluntas defuncti, qui voluit, ut charitatis servaretur ordo, qui præ cæteris respicit consanguineos *arg. l. Praeses. Cod. de ser., et aqua, Reiff. lib. 3. tit. 26. numer. 814.*

Accedit quod foeminae pauperes praem masculis juvanda sunt, quia istis periculosior est paupertas, quam masculis *Menoch. lib. 4. praesump. 125. Baldus in Leg. multis ff. de stat. homin.* Huic autem periculo apprime consultum foret, si juveni medium, quo se Deo perpetuo vivere queat, non denegetur; non denegeturus pius Testator, si neptem optimae spei adolescentem meliorem sibi partem eligentem praevidisset. Nec conqueri possunt pauperes extranei, qui utpote incerti nullum jus habent, quoties extant cum testatore conjuncti eo indigentes subsidio, ut in *Ferrarien Subsidiarum dotalium 15. Jan. 1780.*

Præterea hæc ipsa S. Congregatio in *Romana, seu Januen. applicat. 27. Aprilis 1720.* consanguineis Testatoris, ut ea, qua premebantur, inopia levarentur, annuam concessit pensionem ex legatis in pauperes, ac nubentes puellas partiendis.

Sed voluntas defunctorum religiose est servanda, et durum videtur, ut uni soli impertiantur, quæ pauperibus relicta sunt, quia in plurali testatorem loquentem merito præsumitur voluisse in plures distribui *Barbosa de offic., et pot. Episc. part. 3. alleg. 83. §. 9., Felinus in cap. omnes 1. dist. 1.,* ideoque detrimentum revera inferretur pauperibus loci, ubi domicilium posuerat Testator, quibus dividendum esset pium legatum *ex leg. Si quis 47. §. ubi autem Cod. de Epis., et Cler., Pilon. Discep. Eccles. 147. n. 86., Tiraquel. Descript. caus. piæ privileg. 56.*

Dubia itaque proponuntur.

- I. *An ususfructus omnium bonorum, vel tantum ususfructus bonorum immobilium obitu testatoris existentium gravatus sit pio in pauperes legato in casu etc*
- II. *An, et quomodo sit augenda annua pensio pro decora Viduae alimonia in casu etc.*

III. *An*

III. An, et in qua summa legatum pauperibus relictum sit applicandum nepti Viduae in casu etc.

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad II. Utatur jure suo ad formam testamenti, et pro sua conscientia.

Ad III. Usufructuaria consulat Confessario pro servando ordine charitatis juxta mentem Testatoris.

Sess 24. cap. 12.
de Ref.

CASALEN. Expulsis ex Italia gallicis copiis, preces Sanctissimo dedit Capitulum Casalense, ut quæ in præterita rerum omnium perturbatione innovata fuerant in Cathedrali Ecclesia ad veteres revocarentur formas, et Constitutiones, excepto tantum choralis servitio. Rem elucubratisimo voto explanavit Eminentissimus Albani impresso in folio diei 29. Novembris 1817., quo quindecim dirimenda debita proposita fuere. Ad horum quatuor VII. scilicet, VIII., IX. et X. rescriptum prodiit, „ dilata, et scribatur Episcopo juxta mentem.

Hæc mens fuit literis Episcopo demandata „ Mens „ est ut Episcopus, audito Capitulo, et perquisitis Libris, Tabellis, et SS. Visitationum Decretis referat de singulis oneribus Missarum, Anniversariorum, aliorumque Piorum onerum, tam ex fundatione, quam ex consuetudine adimplendis, et peculiaribus fundis, redditibusque ad respectiva onera spectantibus, juxta antiquum, et præsentem statum, nec non distinctim referat de qualitate antiqui servitii Chori, et ejus inducta reformatione in specie; de annuo redditu Præbendarum, comprehensis distributionibus, ad monetam Romanam tam ante, quam post innovationes, captis a singulis Canonicis, et Dignitatibus, et unum cum statu activo, et passivo tam antiquo, quam actuali reddituum, et onerum Capituli modulam transmittat, quoad singula Missarum onera, cuique

„ que Testatori tribuenda , eorumque respectivos
 „ redditus , quoad redintegrandam observantiam Sta-
 „ tutorum in iis omnibus , quæ reformari non oportet ,
 „ aut expediat adductis singillatim Causis , ex
 „ quibus in aliqua parte exequi nequeant; quoad au-
 „ gendum , aut retinendum actualem numerum Ca-
 „ nonicorum, officiatorum Choralem juxta Constitu-
 „ tiones redintegrandam , vel reformandam, et quoad
 „ Curam animarum exercendam per perpetuum vel
 „ amovibilem Vicariam , firma interim remanente
 „ quoad eandem Curam deputatione Canonici
 „ Aloysii Novarese , et perceptione reddituum , ser-
 „ vitio Chori , et implemento onerum , juxta Decre-
 „ ta Episcopi Villaret , usque ad novam S. Congre-
 „ gationis provisionem „ .

Novas dedit preces Capitulum Casalense a mense usque præteriti Januarii , quibus postulavit , ut facultas , qua jam pollet tribus anni mensibus , recitandi post Completorium diei antecedentis Matutinum cum Laudibus , ad reliquum anni tempus protraheretur . Sed hæc preces dimissæ fuerunt rescripto „ *expectetur relatio Episcopi ad formam rescripti S. Congregationis ad 7. , 8. , 9. , et 10. Dubium , et unia-* „ *tur* „ Tunc statim hæc retulit Episcopus „ *Vestra jussa facturum , nonnulla animadvertenda in antecessum sunt , ex quibus ad singula dubia facilis , ac prona responsio fluat .*

Dico itaque 1. Franciscum Mariam Salinam Canonicum Thesaurarium , nec non Aloysium Novarese Archipresbyterum a laudato Joanne Chrysostomo Villaret Casalensi Episcopo de novo creatos ex hac vita migrasse ; atque hinc præcipuarum , quæ inter illos , et caeteros Canonicos exarserant controversiarum origine sublata , omnia fere negotia brevi composita sunt , et frequentiori calculo definita .

Secundo hisce quoque dirimendis mirabiliter contulisse literas Apostolicas SS. D. N. Papæ Pii VII. pro erectione , et circumscriptione sedium Archiepiscopalium , et Episcopalium in dictione Augustissimi Regis Victorii Emmanuelis , datas die 17. Julii ann. 1817. , quarum ope , salvis , et integris manentibus , vel in suo robore respective restitutis juribus omnibus ,

aut praerogativis, quibus capitula ante annum 1803. legitime potiebantur, facultas tributa est Archiepiscopis, et Episcopis, vel Dignitates, vel Canonatus collatis cum lege consiliis de novo erigendis, inspecto statu bonorum, ac reddituum.

Tertio pro executione literarum ejusmodi creatum a laudato pietissimo Rege peculiare magistratum fuisse nomine: Commissione Ecclesiastica, cui praees meritissimus Taurinensis Archiepiscopus opportunis uti decet, iisque amplissimis facultatibus ab Apostolica Sede donatus pro augendis, dotandis, et quocumque meliori modo redintegrandis, vel componendis Capitulis, Monasteriis, Collegiis, caeterisque ad res Ecclesiasticas pertinentibus.

Hisce praemissis gradum facio ad proposita dubia aptas eisdem animadversiones accomodaturus. „

VII Sic habet, „An, et quomodo redintegrari debeat observantia veterum Statutorum Capituli Casalensis in casu etc.

Nihil erat optabilius, ut praeteritarum perturbationum memoria penitus deleteretur; idque jam prorsus unanimi consensu accidisse mihi valde gratulandum est.

VIII. An restituendus sit vetus numerus viginti duo Canoniorum in casu etc. - et quatenus affirmative - IX An differre expediat redintegrationem vigintiduum Canoniorum, usque dum eorum congruae sustentationi erit provisum in casu etc. - Totum negotium circa redintegrationem numeri, Dignitatum, et Canoniorum sive in Casalensi, sive in alia quacunque Cathedrali, vel Collegiali Ecclesia hujus ditionis, supramemorato Magistratui Ecclesiastico demandatum est. Hic porro Canonicos Casalenses sexdecim tantum prout ab Episcopo Villaret reducti fuerant, duasque dumtaxat Dignitates esse voluit, idque gravissimis de causis, quas inter non postremum tenet locum maxima Sacerdotum penuria, unde fit, ut vix inveniantur, qui vacantibus identidem Praeaeiis praefici queant.

Cum tria praefata Dubia ultimum sortita sint exitum remanet agendum de X. dubio, sub quo Capitulum nunc posulat facultatem integro anno recitandi Matutinum, et Laudes post Completorium - Hoc est

prosequitur Episcopus, quod Casalenses Canonici vehementer efflagitant, quodque ego in votis sum, ut illis benigniter concedatur. Recurrit hic nuper memorata eorum reductio; nonnullorum aetas ingravescens, et adversa valetudo, Theologi, et Poenitentiarum officium, pluribus ad fidelium confessiones excipiendas munus concreditum in notissima Ministrorum penuria apprime utile, ac necessarium. Tempus autem ad id magis accommodatum illud est sane, quo matutinum cum laudibus recitari deberet; nec sine magno fidelium detrimento eveniret, ut Canonici, ab hoc Sacramento ministrandi pro Choralis residentia distrahendi essent. Quibus animadversionibus ubi postrema datur nonnulla scilicet Capitula hujus ditionis petito privilegio gaudere, idemque huic Casalensi jam legitime competere pro mensibus Maii, Junii, et Julii, confidunt Canonici Oratores eo Vos erga illos animo futuros EE. et RR. PP., ut ab antelucana Matutini cum Laudibus recitatione immunes, pensum hujusmodi post Vesperas, et Completorium pro die sequenti persolvere eisdem liceat.

hora recitandi Matutinum mane diei non debet immutari in Cathedralibus et Collegiatis ex Clem. 1. de celeb. Mis. Ubi tamen justa, et rationabilis causa concurrat, opportunior ex auctoritate S. Congregationis fieri potest variatio Brasc. in prompt. Synod. cap. 86. num. 18. Benedict. XIV. Instit. 107. §. 4. num. 22. S. Congregatio in Abulen. Servitii Chori 25. Januarii 1790.

Adnumerantur inter causas, quæ pro variatione horæ matutinæ cum laudibus in Cathedrali Casalensi afferuntur, ætas nonnullorum Canoniorum ingravescens, et adversa valetudo, Theologi, ac Poenitentiarum officium, pluribus ad fidelium Confessiones excipiendas munus concreditum, quæ causæ utrum æquæ sint, modo quærendum venit. Valde quidem Deo accepta, valdeque animabus proficua est Sacramenti Pœnitentiæ administratio, ac ipsis quandoque præferri meretur missis Bened. XIV. de Syno. Diocesana lib. 13. cap. ult. §. 25., et S. Congregatio in Aquen. reduct. 19. Decemb. 1772. Et tanta est in Cathedrali pœnitentium copia illa hora, qua recitatur Matuti-

num cum laudibus , ut magnum eveniret fidelibus detrimentum, quoties distraherentur Canonici ab hoc Sacramento administrando. Accedunt Canonorum ingravescens ætas , et adversa valetudo , locorum finitimorum usus , et Episcopi votum . Ex quibus causis solet quandoque concedi *variatio horæ Matutini cum laudibus* *Brasch. in prompt. Synod. cap. 86. n. 18. et seqq. Bened. XIV. instit. Eccles. 107. §. 4. num. 22. , et S. Congregatio in Abulen. Servitii Chori 23. Januarii 1790. §. agitur .*

Animadvertant autem EE. PP. pluribus hominum milibus licet constet Civitas Casalensis , quotidiana tamen non indigere plurimorum Confessoriorum copia , et illius populi utilitati posse consuli , si opus sit , nonnullorum Canonorum Ministerio . Hoc in casu non desunt S. Congregationis resolutiones permittentes lucrare quotidianas distributiones eos , qui tempore divini officii confessiones excipiunt de mandato Episcopi , ut in *Lucana 3. Martii 1635. lib. Decret. 15. pag. 175. , et in Maceraten. 23. Aprilis 1768. unde videtur spirituali populi necessitati occurri posse , quin novo , ampliorique Indulto psallendi in choro vetus consuetudo immutetur. Proponitur .*

Dubium .

An , et quomodo sit concedendum Indultum in casu etc.

Non proposita cum sequenti .

Sess. 25. Cap.
11. de Ref.

NEAPOLITANA BENEPLACITI APOSTOLICI. Parochus , et Administratores Ecclesiæ Parochialis S. Petri loci dicti *Patierno* Neapolitanæ Archidieceſis veniam postulant ab hac S. Congregatione pro distrahendis nonnullis activis canonibus , ut solvatur

æ alienum, quo gravatur Ecclesia. Siquidem laica Potestate huic Ecclesie ablata fuere duo prædia anno 1790., ac vendita Regio jussa fuere cuidam Joanni Romano.

Distractionem hanc bonorum pro viribus impugnare conati sunt, qui Paræciæ jura administrabant, et ut coram Tribunalibus Ecclesie jura experirentur contra emptorem Romano, venia Regis obtenta, sed Apostolico Beneplacito non postulato anno 1800. a quodam Vincentio del Giudice mutuam recepere *la somma di Ducati 800., e gr. 56., e si obbligarno di restituirli fra anni 4., e fra tanto corrispondere l'interesse alla ragione dell'otto per cento decörrendi dal giorno di detto istrumento* (a die scilicet 17. Januarii 1802.,) *restando ipotecati a favore del Creditore tutti i Beni di detta Chiesa cioè i riferiti due Territorj, se si riacquistassero, o altro compenso, che venisse accordato dal Governo alla detta Chiesa, restando anche obbligati i Governatori della Parrocchia nomine proprio,, Tom et alia ducata 250. ab hospitali pacis Civitatis Beneventi mutuata sunt Paræciæ,, con le stesse condizioni riferite di sopra, coll'interesse però al 10. per cento, ut refert Emus Archiepiscopus.*

Verum Ecclesia minus secundam retulit a Tribunalibus sententiam, et a Serenissimo Rege nonnullos decimarum fructus compensationis loco accepit, quos etiam amisit vicissitudinum causa, unde accidit, ut nec æs alienum solvere, nec annua interusura tum mutuanti *del Giudice*, tum *hospitali pacis* rependere potnerit.

Hac de causa Franciscus del Giudice defuncti Vincentii hæres pro sortis, et fructuum restitutione instat, et a Laicis Judicibus Ecclesie hujus Administratores ad solutionem per literas exequutoriales compellantur. Ducto calculo, Paræcia debet Francisco del Giudice Ducata 1512., scilicet duc. 800., et g. 50. pro capite mutuatae pecunie, et 771., et g. 44. pro fructibus decursis.

Ut res aliquo modo componeretur, refert Emus Archiepiscopus ita inter Partes conventum esse, ut Creditor decimam fructuum partem Ecclesia condonet,

unde creditum cohibeatur ad ducata 1430., et g. 80.
 pro sorte, et fructibus. Ex parte vero Ecclesiae, La
 „ Parrocchia possiede alcuni censi quasi perduti
 „ per causa dell'inesigenza, pensa perciò di cederli
 „ in proprietà, e senza facoltà di ricomprare al cre-
 „ ditore del Giudice. Questi censi esibiscono l'annua
 „ rendita netta di pesi in ducati 43, e grani 25; che a ra-
 „ gione del cinque per cento danno il capitale di ducati
 „ 865, a quali aggiunti cinque annate legalmente esigi-
 „ bili, cioè duc. 216. 15. che la Parrocchia parimenti cede
 „ al Creditore fanno la totale somma di Ducati 1087.
 „ e g. 25 Resterebbe il del Giudice ancor creditore del-
 „ la residual somma di circa ducati 400. ma di que-
 „ sti si contenta esserne soddisfatto nel solo caso, che
 „ la Parrocchia recuperasse la sua possidenza, o al-
 „ tro equivalente „

Ceterum Ecclesia, etsi nihil aliud possideat, tamen,
 prosequitur Eius Archiepiscopus, dal 1799. fin oggi
 la Parrocchia si è mantenuta con le larghe oblazioni
 de Filiani, i quali sono affezionatissimi alla Chiesa
 loro madre, e così si spera mantenerla in ap-
 presso „

Hujusce conventionis petitur approbatio, de qua ita
 concludit laudatus Eius, „ Posto tutto ciò a me sem-
 „ bra, che nel riferito contratto concorra la necessi-
 „ tà, ed utilità della Chiesa, si perchè non vi è per
 „ ora altro mezzo da sgravarsi da debiti, come per-
 „ chè le rendite delle quali la Chiesa si spoglia, sono
 „ quasi inesigibili, e con questa cessione da una
 „ parte si libera la Parrocchia dell' annuo interesse
 „ dovuto a del Giudice, e pel residuo del capitale
 „ non potrà essere molestata, e da un' altra si spera
 „ col prodotto delle annualità arretrate, e non cedute
 „ di pagare i ducati 250. all' Ospedale di Benevento,
 „ che non è iscritto „

Res Ecclesiae utpote Deo dicatas alienari non posse,
 utrumque jus passim constituit, ad rem commemo-
 rasse sit satis tum Cap. Nulli 5. De Reb. Eccles. non
 alien, tum Extr. Ambitiosae, tum Trident. Syno-
 dus Sess. 25. cap. 11. de Refor.

Iustae tamen causae si concurrant, nil impedit, quo-
 minus alienatio, probante Summo Pontifice, rite
 fiat

fiat, quod tum ex superius citatis canonibus, tum ex *Cap. Sine-exceptione. 12. q. 2. et ex Cap. Hoc. jus 10. q. 2.* abunde colligitur. Canonicis hisce sanctionibus insistens S. hæc Congregatio Beneplacitum pro alienatione concedi debere iudicavit, ubi justæ causæ adessent, ut præsertim in *Florentina Emphi., et in Theatina Alienationis ad II. Dubium 5 Mart. 1735., in Lauretana, et Firmana Concess. Benepla. 30. Martii 1743. et in Bononien. Benepla. 28. Mart. 1744.* æque ac illud denegandum fore respondit, ubi desent justæ alienationis causæ, ut in *Colonien. Benep. 29. Augu. 1744. in Firmana Vendition. Horti 2. Augu. 1749. et in Regien. Permutat. 24. Julii 1784.*

Justa causa ex necessitate promanans habetur, cum Ecclesia ære alieno gravata ex fructibus suorum bonorum illud solvere nequit, et cogitur ad illius solutionem bona sua alienare *Cap. Hoc jus 10. q. 2. Cap. Null. 5. de Rebus Eccles. non alienandis.*

In specie autem, de qua agimus, Ecclesia tanta necessitate urgetur, ut jam (quemadmodum superius exposui) literæ exequutoriales pro debiti solutione adversus Ecclesiæ Administratores expeditæ fuerint, ac propterea locus esse videtur approbationi alienationis.

At ne quid videar omississe, quod pro muneri mei ratione adnotare debueram, viderint EE. PP. an valide, liciteque Administratores hujus Ecclesiæ sine Apostolico Beneplacito æs alienum contraxerint, et an ipsis potius, qui foenori pecuniam accepere, eam solvere pro Ecclesia teneantur, quandoquidem se suo etiam nomine obligarunt.

Sane quod *Nulli liceat alienare rem immobilem Ecclesiae suae, sive agrum, sive rusticum mancipium, neque specialis hypothecæ titulo obligare sancitum est.* Profecto verbum alienationis in hoc loco latissime accipitur, quemadmodum ad hoc caput adnotat Glossa, ac propterea verbo alienationis continetur omnis alienatio, quæ transfert dominium. . . , et omnis ille per quam res obligatur, ut explicat Gloss. ad prædict. cap. 5. *De Rebus Eccles. non alien.* Hinc nullitatis vitio laborare videtur obligatio contracta ab Administratoribus nomine Ecclesiæ in favorem prædicti

eti del Giudice , utpoteque versatur circa res Ecclesiasticas extra commercium positas , et contracta fuit a personis , quæ cum justo titulo carerent et defectu Apostolici Beneplaciti , non poterant res Ecclesiæ obligare , et hypothecæ vinculo subjicere , atque hinc videretur non esse locum concessioni Beneplaciti Apostolici , quod petitur .

Hisce tum in facto , tum in jure præmissis , dignentur EE. VV. definire .

Dub. An, et quomodo sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu etc.

Die

217

*Die Sabathi 14. Decembris 1822. in Pala-
tio Apostolico Quirinali erit Sacra Con-
gregatio Concilii, in qua præter alia
proponentur infrascripta Dubia, juxta
morem ejusdem Sacræ Congregationis de
jure resolvenda.*

*Sess. 24. cap.
12. de Refor.*

CASALEN.

Dubium

*An, et quomodo sit concedendum Indultum in
casu etc.*

*Affirmative arbitrio, et conscientiæ Episcopi ad de-
cennium, facto verbo cum SSmo.*

NEAPOLITANA BENEPLACITI APOSTOLICI.

Dubium.

*Sess. 25. cap.
11. de Ref.*

*An, et quomodo sit concedendum Beneplacitum
Apostolicum in casu etc.*

*Quatenus pecunia erogata fuerit in utilitatem Eccle-
siæ, prævia absolute a censuris, et sanatione
contractuum affirmative juxta votum Eius Archie-
piscopi, facto verbo cum SSmo.*

NEA-

Sess. 24. cap. 3.
et 5. de Ref.
Matrim.

NEAPOLITANA DISPENSATIONIS : Cum in Comitibus diei 27. Julii labentis anni quæsitum fuerit de Matrimonio inito inter D. Margaritam Muscettola ex Principibus Leporani, et D. Nicolaum Vecchioni, ac propositum fuerit Dubium, „*An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio rato, et non consummato in casu etc.* Responsum prodiit, affirmative, et Nicolao Vecchioni non relaxetur fides status liberi, inconsulta S. Congregatione, „ Novæ audientiæ beneficium juxta Benedictinam Constitutionem petiit Matrimonii assertor, factaque SSmo iterum disceptandi facultate hodie reproponitur causa. Quum nihil novi in *facto* deduxerint vel Sacramenti, vel Mulieris defensores, ne inutili repetitione Vobis EE. PP. molestus sim, quoad factum me ad præteritum Folium refero, quod reassumere precor.

Qui Mulieris partibus student, postquam affirmant se in probatis esse, quoad Matrimonii non consummationem, ut unum ex duobus necessariis extremis ad dispensationem obtinendam, totis viribus probare pertentant, plures adesse dispensandi causas. Ajunt primo totam hanc rem pendere a Summi Pontificis auctoritate, qui ea aliquando usus est privata tantum postulantis utilitate. Deducunt hujusmodi causas ex Conjugum consensu, quem ad obtinendam Matrimonii rati dispensationem sufficientem dicunt, *Cos. de separati. Thori lib. 1. cap. 16. num. 297.* Huic addunt relativam impotentiam, quæ etsi certis non probetur argumentis, saltem probabilis, et verosimilis est. Adhibitis enim modis omnibus ad consummationem directis, adhibito balneo, aliisque medicamentis Margarita Virginitatis florem non emisit, quamvis septem, aut octo mensium spatio hæc cum Nicolao condormiverit, ex quibus inducunt plenam impotentiae probationem. *Mascar. de Probat. Vol. 2. col. 888. num. 11.*

igitur impotentia satis probata sit, inutiliter tum inspectio corporis Viri tum triennale experimentum proponitur, præsertim cum agatur de gratio-

eo dispensationis iudicio, ubi minus rigorosæ exiguntur probationes. Prima enim neque a Sacris Canonibus, neque a Benedictina Constit. *Dei Miseratione* requiritur, imo ab exemplis quoque hujus S. Congregationis probare conantur, non necessariam esse hanc inspectionem. Secundum vero inutile dicunt, quia ex octo mensium cohabitatione Matrimonium non fuit consummatum, quod satis esse videtur ad probandam viri impotentiam, qua demonstrata, a SS. Canonibus non requiritur hoc triennale experimentum. Præterea excluditur quoque ex incontinentiæ periculis, quibus hoc experimentum causam præbet, si Mulier optatam consummationem obtinere nequeat. Addunt insuper inimicitias, et odia inter has familias exorta, quæ alias veluti iusta dispensationis causa sunt habita.

Pro coronide verum ponunt adulterium a Nicolao perpetratum, quod, ne obstet impotentiae relativæ, dicunt, committere potuisse cum corruptis, et meretricibus. Hoc crimen justam affirmant dare causam dispensationis *Cosc. de separat. Thori lib. 1. cap. 16. num. 169.*, et in pretio habitam fuisse in *Forolivien, Nullitat. Matrim. 30. Martii labentis anni.*

At Matrimonii Assertor, quamvis nihil novi quoad consummationem afferat, tamen hanc non deserit provinciam, sed ad præteritam allegationem se refert. Ad dispensationem quod attinet dicit, primo necessariam esse justam causam, ut a Matrimonio rato dispensetur, atque contendit non levem, sed esse debere gravem, urgentem, gravissimam, prout docent *Fagnan. in cap. nimis de Filiis Presbyt. lib. 1. Decret. num. 8. Sgmalz grucher in jus Eccles. part. 4. tit. 19. numer. 53.*, aliique, quod semper sequuta est S. Congregatio in hisce causis dispensationis.

Negat præterea, adesse causam adeo gravem, ut a Matrimonio dispensetur. Non ex impotentia hæc potest deduci; quamvis enim in hoc gratioso iudicio aliquid rigoris remittatur, tamen moralem certitudinem habere debet Pontifex, virum ea laborare impotentia, ex qua nulla spes esse possit, ut copulam perficiat. Quum vero desideretur usque adhuc hæc moralis certitudo Matrimonii Defensor instat, ut inspectio cor-

poris viri decernatur, quam necessariam putat, quia hanc ratio legalis suadet, et Sacrorum Canonum intelligentia requirit. Neque obstare asserit, quod canonici textus aperte de ea non loquantur. Nam ex identitate rationis viro applicanda est Capitis *Proposuiti* dispositio; imo ex sæculari consuetudine veluti lex habenda est hæc praxis inspectionis corporis viri, prout affirmant Doctores, præsertim *Cardinalis Argenvillieres in voto apud Const. tom. 4. numer. 19.* Syllabus vero resolutionum hujus Sac. Congreg. ab Defensore Matrimonii distributus consuetudinem probat, et praxim Sac. Congregat., quæ semper inspectionem hanc decrevit, nisi ante causam propositionem præcessisset.

Hanc postulari quoque a vestra, EE. PP., resolutione affirmat Defensor Sacramenti, quia modum circa libertatem Nicolai posuistis, juxta mentem Defensoris, ex eo quod de illius potentia incerti eratis.

Ex adductis probationibus in processu allatis novum deducit argumentum, ut hanc decernatis inspectionem. Plures enim sunt Phisici, qui Nicolai potentiam coeundi affirmant. In hoc casu sæpe sæpius S. Congregatio decrevit experimentum triennale ad tradita per *cap. Literæ de frigid., et Malefi.* etiam in judiciis gratiosæ dispensationis, ideoque concludit, non esse satis ad dispensationem obtinendam meram non consummationem, sed necessario requiri justam causam per rectum judicium probatam.

Quod vero pertinet ad adulterium, inquit Defensor Matrimonii, tanti non esse hoc crimen, ut ex hoc capite dispensari possit. Incertum enim est, utrum sit perpetratum, et quatenus pro certo habeatur, nova (ait) causa assurgit, ut de potentia sit dubitandum, ideoque sermo redit de necessitate triennialis experimenti, vel saltem de corporis inspectione. Præterea si hoc adulterium patratum diceretur, nihil utilitatis affert Mulieri. Namque remissum dicendum est, quum valde serius hæc actio proponatur, ita ut ex hæc serotina querela ne separationem quidem thori Mulier obtinere posset, multoque minus igitur Matrimonii rati dispensationem.

Die 14. Decembris 1822.

251

Rejicit tandem Matrimonii assertor alias causas, consensum scilicet Conjugum, familiarum odia, et animi aversionem. Primus enim pro nihilo habitus est a Doctoribus, et Tribunalibus. Novum siquidem esset, Matrimonii vinculum solvere per consensum Conjugum. Familiarum odia, atque animorum aversiones non probantur, et facilius extinguuntur, si potentia viri agnoscat, et optata consummatio tandem habeatur. Odia insuper in privatis etiamsi Nobilitate fulgentibus pro nihilo habita sunt ab hac S. Congregatione in hujusmodi causis.

Cætera habent EE. PP. in allegationibus ex utraque parte distributis, et in præterito folio, quod reassumere denuo precor, ut dirimere possint.

Dubium

An sit standum, vel recedendum a decisio in casu etc.

In decisio .

COMEN, INCOMPATIBILITATIS BENEFICII, *Sess. 7 Cap. 4., et*
ET PRÆSENTATIONIS. Sacerdos Ludovicus Mollo anno 1798. Prioratum obtinuit S. Quirici erectum in Collegiata Bellinzon. , cui est onus Choro interessendi aliquibus diebus festivis. Hujus Beneficii Consilium, seu Camera Oeconomica Bellinzon. jure gaudet Patronatus. Idem Sacerdos, ut Canonicatum, cujus redditus ad summam sent. Rom. 150. pervenit, in eadem Ecclesia Collegiata Bellinzon. simul cum beneficio assequi, ac retinere posset anno 1820. dispensationem impetravit a R. P. D. Archiep. Nysseno Nuntio Apostolico apud Helvetios. Putarunt nonnulli ex Canonicis obreptitie, ac subreptitie extortam fuisse hanc dispensationem; hinc quæstio orta est inter Consilium, et Canonicum Mollo et delata ad Tribunal Vicarii Capitularis, qui auditis partibus die 17. Aprilis 1821. sententia declaravit ,, *essere del tutto incompatibili i sudetti due be-*

beneficj uniti in una sola persona , e ciò per testimonianza del fatto dello stesso Signor Canonico Ludovico Molo , il quale ben conobbe , che non poteva ritenere il Priorato , quando dallo stato di Coadiutore passar doveva a quello di Canonico principale , per cui si rivolse al ripiego di ottenere la dispensa dalla S. Nunziatura di Lucerna prima di essere per istituto canonicamente deposto dal beneficio Canonico , onde poter ritenere entrambi i beneficj , ma tal dispensa non potè suffragarle puuto , comeche surrettizia , ed orrettizia , e perciò nulla , ed invalida , poichè la S. Nunziatura esprime in questi termini : *Qui habes Prioratum , seu beneficium , vel Capellaniam in Ecclesia S. Quirici , cujus fructus , redditus , et proventus viginti quatuor ducatorum auri de Camera valorem non excedunt , et quae personalem residentiam non requirit. Due cause , alle quali è appoggiata la dispensa , entrambi mancanti di verità , e false : La prima che non eccedono i frutti del Priorato ventiquattro Ducati d' Oro di Camera , o sia il di loro valore , quando provasi , che sin dal tempo della traslazione dalla Monacaria di Daro alla Collegiata di Bellinzona , che rendeva cento scudi di Milano , come negli atti del mentovato Porporato (il Card. Ciceri) , quindi susseguentemente aumentata quasi al doppio . La seconda , che non importa residenza personale , mentre dagli atti di visita di Monsig. Neuron Vescovo di Como dell' anno 1747. 11. Maggio rilevasi tale obbligazione , come dagli atti esistenti in questo Archivio Vescovile espressa in questi termini „ Ma con il carico della residenza festiva in detta Collegiata , in cui tiene lo stallo post-Canonicos immediate . Pereguualmente si esprime Monsig. Pellegrini Vescovo di Como nella sua visita dell' anno 1761. 25. Luglio parlando del beneficio Priorale in discorso , cioè „ cum onere residentiae Choralis in Ecclesia Collegiata Bellinzonae prout etc. „ E' dunque chiara l' obbligazione della residenza Corale personale in vista di che non si sarebbe accordata la dispensa dalla S. Nunziatura .*

Consequens inde fuit, ut Camera Oeconomica Josephum Pa-

Paganini novum Priorem designavit, ejuſque nominationem Curia Episcopali exhibuerit. Omnem movit lapidem Canonicus Molo, ut Prioratum simul cum Canonicatu retineret non excluso recurſu ad Laicalem potestatem, quæ istante R. P. D. Apostolico Nuntio ipsius preces rejecit. Cum vero nihilominus unum ex duobus beneficiis Molo non dimitteret, nonnulli ex Capitulo laudatæ Ecclesiæ Collegiatæ SSmo supplicem libellum dederunt, ut hoc malum averteret, quorum preces R. P. SSmi Auditor Episcopo Comensi pro informatione, et voto ablegavit. Episcopus vero, ut maturius rem ipsam cognosceret ab Archiepiscopo Corinthi sententiam rogavit, qui auditis partibus, monumentisque perpensis argumenta confirmata a Vicario allata, ac inter coetera hæc habet, „ *In opposizione a questi argomenti il Signor Canonico Molo insinua due lettere di Monsig. Rovelli, ed una dichiarazione di Monsig. Vicario Generale Riva, ed il paragrafo della Bolla di Coadiutoria. Li Canonici poi, ed il nominato Paganini rispondono 1. , che a Monsig. Rovelli, ed a Monsig. Vicario Generale Riva non furono mai certamente opposti gli atti di Visita dei Vescovi Neuron, e Pellegrini, atti che furono soltanto rinvenuti dopo l'accurata ricerca di essi fatta da Monsig. Vicario Capitolare Generale Peverelli; ciò ancora si conosce incontrastabile qualora si osservino le espressioni usate da Monsignor Vescovo Rovelli nelle citate lettere, e da Monsignor Vicario Generale Riva nella sua dichiarazione, dove per nulla si suppone l'esistenza dei ripetuti atti di visita, anzi se ne rileva la loro inscienza.*

2. *Che il fatto del Priore Sereni è unico, ed anteriore ai sovra espressi atti di visita, i quali furono corroborati dalla pratica di due Priori Chicherio, e Paganini rassegnanti il Priorato, appena si verificò in loro il possesso dell' altro beneficio. Ed in fine dalle stipolazioni in proposito della Camera Economica nominante, e dalle testimonianze degli stessi Cittadini di Bellinzona. Del resto, se il Priore Sereni ha posseduto il Priorato con altro beneficio, ciò avvenne in virtù di valida dispensa a lui accordata dall' autorità*

competente dietro il componimento di una lite , di cui s' ignorano i motivi .

Uniformemente ai Canonici Conciliari , ed agli atti di Visita Vescovile operò pure il magnifico Consiglio , o Camera Economica di Bellinzona , cui si compete il dritto Padronale di nomina del Priore . Il perchè negli atti delle nomine avvenute nel 1708. , 1732. , 1746. fu dal Consiglio sudetto espressamente stipulato , che il possesso del Beneficio Priorale fosse incompatibile con quello di altri beneficij . L' istesso Sig. Canonico Molo fu nominato nel 1798. cum honoribus , et oneribus tam de jure , tam de consuetudine . Adprobat denique Vicarii Peverelli sententiam , ac concludit , Paganini in Prioratu esse instituendum , cogendumque Canonicum Molo illum dimittere , nec amplius molestias inferre , præsertim apud Laicalem potestatem . Episcopus etiam huic sententiæ omnino subscripsit .

Tunc ex Rescripto SSmi diei 22. Novembris 1821. huic S. Congregationi causæ cognitio , ac definitio commissa est ; Hinc Episcopum rogavi , ut ,, auditis ,, Patronis , Capitulo Collegiatæ , Canonico Ludovico ,, Molo , et Sacerdote Paganini , iisdemque præfixo ,, termino ad deducendum sua jura in Sacra Congregatione transmissa Bulla institutionis et decretis SS. Visitationum ad rem facien: referret de annuo reddito , et oneribus tum Canonatus , tum Prioriæ ducto calculo per Decennium ad monet. Rom. , nec non de utriusque Beneficii incompatibilitate , et consuetudine quoad præteritum , et sententiam suam aperiret ,, .

Responsum dedit Episcopus , Canonicos arbitrari satis abunde questionibus satisfecisse , nec ad ulteriora procedere , propriæ conscientiæ consuluisse arbitantes , cum legitimæ potestati malum hoc manifestaverint ,

Ante omnia inutile non censeo , Vos , EE. PP. , animadvertere , quod Comen. Episcopus apud se retineat , quin R. P. D. Auditori SSmi , vel huic S. Congregationi remiserit , S. Visitationis anni 1747. et 1761. acta , nominationes Prioratus a Consilio factas an. 1708. 1732. et 1746. et dimissionem hujus beneficii , quæ facta dicitur ann. 1732. , quibus incompatibilitas pro-
ba-

bari asseritur, neque epistolas Rovelli, et Riva superius enunciatas remiserit, quæ Ludovico Molo favent; desideratur quoque dispensatio ab R. P. D. Archiepiscopo Nysseno Apostolico Nuncio concessa. Videndum igitur est, utrum sint incompatibilia hujusmodi beneficia, et in pretio habenda sit dispensatio a sacerdote Molo obtenta, ut decerni possit, an utrumque beneficium valeat retinere. Dein alterius sacerdotis Josephi Paganini nominatio ad trutinam revocari debet, ut cognosci queat, an sustineatur. Ecclesia Christi in unum corpus coalescit, ideoque secundum Pauli sententiam in uno, eodemque spiritu diversis indiget ministeriis; et sicut, ut verbis utar *can. sing. distin. 89., varietas membrorum per diversa officia, et robur corporis servat et pulchritudinem repræhesentat; ita varietas personarum per diversa nihilominus officia distributa, et fortitudinem et venustatem Sanctae Dei Ecclesiae manifestat. Et sicut indecorum est, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem fuerint distributa.*

Qua de causa Ecclesia semper beneficiorum pluritatem vetuit, nisi justa causa, et legitima intercesserit dispensatio. *Cap. Referente 7., et cap. Praeterea 14. De Praeb. et Dignitat.* Imo Sacri Canones, et Pontificiæ Constitutiones poenas statuunt contra duo beneficia præsumentes retinere. Celeberrima est illa *Innocentii III. Constitutio*, quæ incipit - *De multa* - ubi disponitur - *ut quicumque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habeat, eo sit ipso jure privatum, et si forte illud retinere contenderit, etiam alio privetur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui merito videbitur conferendum. . . Hoc idem in personalibus esse decernimus observandum, addentes, ut in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere praesumat, etiamsi curam non habeant animarum.* Nunc orta est beneficiorum incompatibilitas, quæ vel ipso jure vacans reddit Beneficium prius obtentum, vel obligat Beneficiatum illud dimittere. Hæc cano-

num præscripta renovata fuere a S. Concilio Tridentino sess. 7. cap. IV. de Reformatione, ubi clare disponitur, Beneficiatum, qui incompatibilia beneficia retinere præsumat, utriusque ipso jure privatum existere. Hinc est quod hæc Sacra Congregatio et Canonistæ omnes semper docuerunt, per plenam asecutionem secundi Beneficii quomodocumque incompatibilis primum vacare. *Fagnan. cap. 2.8. de Praeben.*

Inspiciendum nunc est, an Prioratus S. Quirici cum Canoniatu, de quo est sermo, sit incompatibilis. Ex voto Vicarii Generalis Peverelli superius relato habetur, in Episcopali Tabulario servari quoddam decretum anni 1747. in actu S. Visitationis latum, in quo Prioratus S. Quirici oneratur - *della residenza festiva in detta Collegiata, in cui tiene lo stallo post Canonicos immediate* - . In altera Visitatione ab Episcopo Pellegrini habita anno 1761. idem confirmatur. Nemini dubium igitur esse videtur, quod Beneficium hoc vel in Collegiata Ecclesia, ubi extat Canonatus a Molo assecutus, sit erectum, vel saltem ibidem habeat residentiam. Canonistæ vero omnes conveniunt Beneficia in eodem tecto erecta, esse incompatibilia. *Garzia de Beneficiis cap. 2. p. V. n. 187. part. 11. Clarus ad rem Pignat consult. can. tom. 10. consul. 156. n. 39. et S. Congregatio in Ferrarien. 19. Decembris 1570.* statuit, opus esse dispensatione Apostolica pro retinenda Capellania, et Mansionaria sub eodem tecto. Confirmatur incompatibilitas ex ipsa Sacerdotis Molo postulatione Apostolico Nuntio facta, ut retinere licite possit utrumque beneficium.

Ad incompatibilitatem hanc denegandam Sacerdos Molo attulit Episcopo duas epistolas, alteram Episcopi Rovelli, alteram Vicarii Generalis Riva, quibus declarare dicitur esse hæc duo beneficia compatibilia. Alterum quoque argumentum de compatibilitate eruitur ex pacifica possessione Prioratus, et Canonatus, quam tenuit Prior Sereni. Demum rescriptum Apostolici Nuntii Ludovico Molo favet, etiam si hæc incompatibilia sint. Sæpe enim Summus Pontifex hac liberalitate usus est, et uni duo beneficia sub eodem tecto concessit. Nec quæ ad probandam obreptionem, subreptionemque deducuntur admittenda videntur, quia desumpta sunt ex Bullis concessionis, non ex

sup-

supplici libello, ideoque ad substantiam actus, et ad factum partis supplicantis non pertinent. Imo si actus interpretandi sunt eo modo, ut potius subsistant, quam pereant, consequens est ut dicatur, eum Apostolicus Nuncius Canonicum Molo ad canonicatum obtinendum dispensaverit, omne vinculum solvisse, quod gratiam posset remorari.

Quatenus autem Eminentissimi Patres incompatibilia hæc duo beneficia, et nullius roboris obtentam dispensationem declarare putent, inquirendum erit, num valida sit Sacerdotis Paganini a Patronis facta præsentatio. Pro ejus validitate afferri potest generalis regula, qua primo beneficio privatus est ipso jure, qui secundum incompatible receperit, ad prædita per *cit. Innocentii III. constit. et Concil. Trident. sess. 7. cap. IV. De Reformat. et Lambertin De Jure Patron. art. 16. quæ. 6. 1. part. 2. Lib. plures Doctores afferens, qui hanc tenent sententiam, concludit per adeptionem secundi beneficii incompatibilis vera vacatione primum beneficium vacare, ideoque patronos primi beneficii posse ad illud alium præsentare. Nec obstat eorum juri dispensatio a Molo obtenta quia utpote obreptitæ, et subreptitæ extorta ipso jure nullius erat valoris ad *Text. in cap. super litt. de Rescriptis in sexto, et Lott. de Re benef. lib. 1. quæst. 6. n. 47.**

At quamvis Patroni semper præsentandi ad Beneficium jure gaudeant, tamen hoc jus exercere nequeunt, nisi tempore veræ vacationis *cap. fin. de concess. Præbend.* Videtur itaque primum beneficium minime vacasse per adjectionem secundi ob dispensationem Apostolici Nuntii. Neque Patronis prodesse videtur assertum obreptionis vitium, namque etiam si per se fuisset clarum, tamen in suo robore stat dispensatio, usque ad legitimam nullitatis declarationem *juxta Tridentinum sess. 7. cap. 5. de Reformat.* Dicendum igitur videtur Beneficium S. Quirici adhuc non vacare, quum nullam Sedes Apostolica Sententiam hac de re emisit, ideoque nullam Patronorum præsentationem, tamquam factam beneficio pleno. Non desunt tamen exempla, quibus

bus confirmata fuerit presentatio ante tempus omis-
sa, si bona fide facta fuerit.
Dirimenda igitur erunt Dubia.

I. *An constet de incompatibilitate in casu etc.*

Et quatenus affirmative.

II. *An sit locus nominationi ad Prioratum S. Qui-
rici, seu potius instituendus sit Sacerdos Paga-
nini in casu etc.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative ad primam partem, affirmative
ad secundam facto verbo cum SSmo.

Sess. 22. Cap. 8.
de Ref.

PISANA CELEBRATIONIS MISSARUM. Joannes
Cosimus Pacchetti supremis Tabulis anni 1696. ere-
ctionem jussit simplicis Beneficii in Pisana Prima-
tiali Ecclesia ad Altare S. Raynerii sub invocatione SS.
Francisci Xaverii, et Francisci de Paula, reservato jure-
patronatus favore Nobilis familiae Poggesi, Rectorique
onus injungens *di celebrare, e far celebrare ogni Setti-
mana tre Messe di requiem, secondo la sua intenzione,,*
Dus constituta fuit in bonis redditus scutat. 40., et die
23. Januarii 1722. latum est ab Ordinario Erectionis
Decretum, in quo de Missarum celebratione ita cau-
tum est,, *Cum onere Rectori pro tempore existenti
celebrandi, ac celebrare faciendi in perpetuum tres Mis-
sas in qualibet hebdomada AD ALTARE S. RAY-
NERII in dicta Primatiali situm pro anima dicti
Fundatoris,,*

Petrus Antonius Pacchetti die 23. Septembris 1715. codi-
cillum condidit, quo jussit alterius Beneficii erectionem
cum titulo Prioris pariter sub invocatione SS. Raynerii,
Francisci Xaverii, et Francisci de Paula ad Altare S.
Ray-

Raynerii in Primatiali Ecclesia, cum reservatione Jurispatronatus favore ejusdem Familia Poggesi, Rectorique onus imposuit, di celebrare, o far celebrare in perpetuo ogni Settimana quattro Messe, secondo l'intenzione del Codicillatore, e coll' obbligo ancora delle suddette quattro Messe di celebrarne, o farne celebrare **UNA ALMENO** la settimana in perpetuo, nel giorno della Domenica, come sopra al suddetto Altare di S. Ranieri collocato nella suddetta Primaziale.

Executores in Codicillo designati bona assignarunt, quorum fructus ad summam scutorum septuaginta circiter attingerent, Canonica accessit erectio die 3. Januarii 1716, in qua quoad onera hac inveniuntur, Rector tenentur, et debeat dictas quatuor Missas qualibet hebdomada **AD ALTARE PRÆDICTUM S. RAYNERII** pro anima dicti defuncti fundatoris celebrare, seu celebrare facere, quarum una semper die Dominico celebretur, prout ab eodem fundatore dispositum, et ordinatum fuit.

Ab erectionis tempore constat Missarum onera fuisse adimpleta, ita tamen, ut unica Missa in qualibet Dominica die fuerit celebrata ad Altare S. Raynerii in Primatiali Ecclesia, reliquæ vero Missæ, tum Prioratus, tum Beneficii pro Rectorum iudicio quavis in Ecclesia oblata fuerint.

De oneribus utriusque Beneficii nulla specialis mentio occurrit inter Decreta SS. Visitationum, quæ præterito sæculo habitæ sunt in Pisana Archidiazcesi, nisi quod in Visitatione Archiepiscopi Franceschi anni 1798. de Missa tantum in qualibet Dominica habita, est ratio his verbis, Item unam Missam pro qualibet hebdomada in suffragium animæ Joannis Pacchetti, et adimpletur, Sed sequenti anno 1799. in nova ejusdem Præsulis Visitatione Metropolitana Ecclesiæ cum ille cognovisset Rectorem Prioratus, et Beneficii præter Missam in die Dominica, ceteras Missas extra Primatiale celebrare, ordinò avvertirsi il Rettore, che adempisse il detto obbligo a forma della Fondazione, e che sia questo descritto ex integro ne libri della Sacrestia.

Res tamen infecta mansit usque ad annum 1814., quo

modernus Archiepiscopus dubius hærens, ne fundatorum voluntas negligeretur, vel Rectores indebito gravarentur onere, S. hujus Congregationis sciscitatus est oraculum, a qua sub die 23. Julii ejusdem anni Responsum est, „*Quoad utrumque Beneficium servandam esse Fundationem.*”

Quamvis nova hinc oriretur difficultas, nimirum an pro constituenda fundatione standum esset verbis, quibus id supremis Tabulis usi fuerant Testatores, seu potius iis, quæ adhibita fuerant in Ereccionum decretis; tamen Joannes Baptistæ Poggesi, uti Administrator Prioriæ, et Beneficii, quibus fruitur ejus Filius in minore ætate constitutus, paruit mandatis Archiepiscopalis Curiæ, quæ jusserat implementum omnium Missarum in Ecclesia Primatiali, et ad Altare S. Raynerii sub pœna sequestri super bonis Beneficiorum, nuncta etiam elemosyna ob difficultatem inveniendi Sacerdotem, qui Missam ibidem offerret. At exeunte præterito anno preces exhibuit, postulans, ut omnibus Dominicis diebus Missæ celebratione gravetur ad Altare S. Raynerii, facta facultate ubicunque reliquas Missas secundum Testantium voluntatem adimplendi.

De more Archiepiscopum rogavi, qui transmissis foliis pro accusatione deformationis, de quibus postea redibit sermo, hæc summatim in suis litteris retulit, „*Summa rei, de qua agitur, in hoc sita esse mihi videtur, quod licet Testatores Petrus Antonius, et Joannes Cosmas Pachelli non satis luculenter, nec distincte expresserint omnes Missas ab eis præscriptas celebrandas esse in Ecclesia, atque ad Altare, ubi Beneficia erecta, et fundata esse voluerunt, manifestissime tamen hujusmodi Ecclesia, et Altare designantur in Instrumentis Canonice Ereccionis, Fundationis, et acceptationis eorundem Beneficiorum respective habitis in hac Pisana Curia annis 1716., et 1728. Atque ita Gravissime servari præcepit Archiepiscopus mei Prædecessor in actu Pastoralis suæ Visitationis anni 1799.*”

Quod vero ad assertam consuetudinem spectat, quam ab aliquibus Rectoribus inductam esse prætendit Orator, dictas Missas in qualibet Ecclesia, vel Altari

celebrandi, eam nec legitimam, neque satis diuturnam habendam esse ex eo evincitur, quod *Erectionis*, et *Visitationis Decreta* superius memorata illum excludant; Ac praeterea rependi potest, facultatem iisdem Rectoribus ex speciali Apostolica personali Gratia factam fuisse in aliis Ecclesiis Beneficiorum onera adimplendi, quod pariter consuetudinis efficaciam evertit,,

Orator, ut petitam obtineat declarationem, primum argumentum ex consuetudine mutuatur. Etenim Prior Raynerius Poggesi, qui decedente Joanne Baptista Poggesi Beneficia obtinuit, et ad annum usque 1788. moderatus est, dum vixit in Oppido Fauglia Diocesis S. Miniati commoratus, diebus ferialibus per seipsum Missas adimplevit, soluta eleemosyna Sacrario Ecclesiae Primatialis Pisanae pro festiva celebratione. Successor Joannis Antonius Poggesi Missas feriales Fauglia pariter adimplevit ad annum usque 1800. Laurentius Poggesi successor Pisis celebrationem curavit, soluta eleemosyna Sacrario Primatialis Ecclesiae pro celebratione festiva, ad exitum usque anni 1814.

Addit insuper quod, cum Beneficia onus residentiae non habeant, liberum sit Rectori ubicumque sibi libuerit onerum satisfactionem curare. Denique in medium adducit favorem, quo Canonicae leges Patronos prosequuntur, ita ut in qualibet dubietate benignam interpretationem, et Apostolicam praestolatur indulgentiam. Et eo vel magis, quia Familia Poggesi ob plures vacationes brevi sexdecim annorum curriculo obventas non levem impendit pecuniae summam et quia Beneficiorum redditus, quae adimpletis oneribus supererunt, in Filii adhuc minorennis educatione, ac studiis necessario perficiendis, erunt erogandi. Id facilius consequi poterit, si Missae, exceptis diebus Dominicis, alibi celebrentur, ubi major est copia Sacerdotum.

Archiepiscopus vero in primis putat, jure meritoque in ipsa canonica erectione Altare fuisse designatum, nam et tacita Testatorum voluntas id ex postulabat, et in potestate erat Ordinarii Testantium negligentiam supplere, cum nec Altare expresse designariat

nec Rectoribus ubicumque celebrandi fecerint potestatem.

Nec plurimum facienda ducit Rectorum exempla.

Nam cum Rector Raynerius Poggesi esset Sacerdos, non inverosimile putat, personalem ab Apostolica Sede facultatem obtinuisse in loco sui domicilii oneribus satisfaciendi, potius quam eum, de culpabili negligentia arguere. Et forsitan illius successor Joannes Antonius Poggesi prædecessoris exemplum absque causa examine sequutus est.

Licet vero in antiquis Pisanae Archidiaecesis Instrationibus nihil inveniatur dispositum circa quotidianam celebrationem in Primatiali Ecclesia, attamen cum Archiepiscopus Franceschi accuratiorem beneficiorum descriptionem, ab Antecessoribus numquam peractam, aggressus est die 17. Februarii 1799. sacram implens Visitationem ita sancivit „ *Essendo venuto in cognizione, che le Messe si celebrano fuori di questa Chiesa, ordina avvertirsi il Rettore, che adempia il detto obbligo a forma della fondazione, e che sia questo descritto ex integro ne libri della Sagrestia* „

Denique quoad Familiae necessitatem Archiepiscopus animadvertit, non tantum duobus prædictis beneficiis frui Oratoris Filium, sed alio etiam nomine Præbenda *Mezzanotte* potiri, et inde libera ei superesse summam 400, scutorum, quæ satis videntur ad filii educationem, et studiorum sumptus.

Addam ex jure Beneficia Ecclesiastica erigenda esse in Ecclesia ad aliquod altare sub invocatione alicujus Sancti cum onere præstandi ibi aliquod officium spirituale, sive Ecclesiasticum, ut post *Text. in Cap. 15. de Rescript. in 6.* ait *Ferrar. in Bibliot. verb. Beneficium art. 2 num. 6.*

Juris pariter indubii est, posse pios Fundatores quas-cumque conditiones sibi benevisas cæteroquin possibiles, et honestas, nec juri Divino, vel naturali repugnantibus apponere ex *Cap. Significatum 11. de Præbend. traduntque Reiffenst. in jus Canon. lib. 3. §. 4. num. 105. tit. 5. Card. de Luca de Benefic. discurs. 65. num. 10. et S. Congregatio in Montis Politiani Patrimonii Sacri 21. Junii 1821.*

Tandem sequit Ordinarius in erectione Beneficii immutare Testatoris dispositionem, ac nova onera imponere Rota in Recent. part. 13. decis. 136. num. 1. et seqq.

Dubium erit.

An, et quot Missae in qualibet hebdomada sint celebrandae ad Altare S. Raynerii in casu etc.

Affirmative quoad Missam tantum diebus Dominicis.

MAZZARIEN. REDUCTIONIS, et ABSOLUTIONIS. Sess. 25. Cap. 5. de Ref.

Vitus de Ferro ultimo voluntatis suae elogio, cum quo anno 1750. Drepani vita functus est, jussit, ut in Ecclesia, in qua fieret Oratio quadraginta horarum cum Expositione SSmi Sacramenti, duae quolibet die celebrarentur Missae a Sacerdotibus per haeredes eligendis, quorum cuilibet annua daretur elemosyna unciarum quindecim. Item ut religiosae domui Spiritualium Exercitiorum Societatis Jesu quotannis traderentur unciae sex impendendae in levamen eorum, qui propter inopiam nequeunt sese in eam domum recipere ad spiritualia exercitia paragenda. Tandem ut unciae quatuor perpetuo solverentur Congregationi Secretae Collegii Societatis Jesu cum onere eas erogandi favore Peregrinorum, qui die 15. Augusti Drepanum ad venerandam B. V. Imaginem accederent.

Ut haec legata a defuncto in peccatorum suorum expiationem relicta semper firma manerent, ac jugem sortirentur effectum, omnia, et singula sua bona legatorum oneri subjecit.

Verum cum haereditas initio satis ampla, postea ob diuturnas lites, fundorum evictiones, ingentesque expensas, multum decreverit, haeredes neglexerunt legatorum satisfactionem. Nunc vero postulant reductionem ad medietatem in futurum, et absolutio-

Episcopus confirmat lites diutinas, honorumque jacturas, præsertim Territorii *del Roccazzo*, ex quo hæredes amiserunt Capitale unciarum Duodecim millium biscentum. Novam a septem annis exardescere litem, et bona, quæ adhuc supersunt, vix annuas 108. uncias reddere.

Denum ita rem conficit, *Rebus sic stantibus juvat animadvertere I. hæreditatem Viti de Ferro vix tertiam partem attingere ab illo statu, quo fuerat ab ipso fundatore relicta; II. bona existentia præter impositiones Regias aliis esse Legatis piis gravata ad summam unciarum viginti quinque annualium, quæ ab hæredibus fuerunt ad hæc usque tempora religiose impleta; III. litem adhuc pendentem inter dictos de Milo, et Ferro (quam supra septem ab hinc annis in judicio propositam dixerat) dubii esse eventus, eaque perditâ, totam pessumdari hæreditatem; IV. judicariam hanc contentionem propter novam novi judicii formam de integro incepisse, et prioribus omis- sis majores sumptus parere. Quibus omnibus bene perpensis, preces ipsas veritati consentire, meoque dignas esse judicio, quæ obsecundentur ab EE. VV.*

Explicatum est, in exequendis ultimis voluntatibus, quid voluerit Testator inspicere oportere, ut ejus dispositio in omnibus, quoad fieri potest, integra semper servetur. Jam vero Testator de Ferro non modo animæ suæ prospicere, sed etiam suis Fratribus, quos hæredes instituerat, eorumque descendentes gratificari voluit; Hæreditaria autem bona paulatim adeo decreverunt, ut ad præsens impletis legatis, regis persolitis vectigalibus, tenuissimum lucrum hæredibus supersit. Itaque si testator hanc imminutionem prævidisset, aut nulla, aut exigua quidem onera scripturum putandum est.

Hanc benignam defunctorum voluntatem in Consanguineos, ac descendentes sequuta est S. Congregatio, quoties in horum subsidium vel Missas reduxit, vel Beneficiorum nominationem suspendit, ut in *Tranen. Reduct. Missarum 22. Novembris 1738., et in Albinganen. 12. Decembris 1778.*

Præterea hæredes ob Administrationem bonorum, et propter sumptus, quos in litem maximi momenti, quam

quam etiam nunc sustinent, facere coguntur, congruam merentur remunerationem. Onera quoque debent fructibus respondere, atque adeo istis imminutis, et illa imminuantur necessarium est *S. Congregatio in Papien. Reduct. Miss. 27. Martii 1776.*, in *Romana Reduct. 21. Junii 1803.*, potissimum si bonorum imminutio evenerit sine ulla Possessorum fraude, vel culpa, *Monacell. Formul. leg. 19. tit. 20. p. 1. n. 25.*, et *S. Congreg. in Romana Reduct. 23. Junii 1802.*

Cumque reductio concedatur pro ratione fundorum, et fructuum superextantium, ut in *Possanen. Reduct. 29. Januarii 1791.*, et in *Taurinen. Absolut. et Reduct. 1. Martii 1817.*, bona vero, quæ ex hereditate nunc extant, tertiam, aut ad summum mediam partem attingant; idcirco heredes reductionem legatorum ad medietatem jure sibi debitam arbitrantur.

Ex his colligunt etiam justam causam petendi absolute a legatis non adimpletis. Etenim a creditoribus scisso majori ex parte defuncti patrimonio, redditus necessario diminutionem passi sunt. Quum itaque rationabili causa, et sine fraude quadam legata heredes non satisfecerint digni videntur petita absolute, ut in *Faventina Reduct. 15. Januarii 1780.*, et in *Anconitana Missar. 16. Martii 1782.*

Plura tamen Oratorum petitioni adversantur. Debile siquidem videtur argumentum ex præsumpta testatoris voluntate. Si enim ille redditibus imminutis optasset reductionem legatorum, aut id supremis tabulis scriptum legeretur, aut constituisset certum fundum, cujus redditibus legata implerentur; tunc siquidem eo pereunte, vel redditu imminuto, onera pariter cessarent, reducendave forent, ceu monet *Pasqualigias de Sacrif. nov. Legis quæs. 1026. num. 3.*, et *Bened. XIV. quæst. cano. 264. §. Inter caetera.* Cum vero Testator universam hereditatem obstrinxerit legatorum onere, se eadem legata quousque aliqua extarent bona, semper integra, et sarta optare, ac velle significavit; quin ulla ei esset de heredibus cura.

Hinc est, quod licet sæpenumero querelæ de conspicua bonorum diminutione perlatae fuerint ad *S. Congregationem*, nihilominus haud facile concessa est

legatorum reductio: Ejusmodi exempla videnda sunt in *Burgen. Reduct. prima Martii 1777.*, in *Regien. 24. Julii 1784.*, et in *Brigantien. 25. Junii 1791.* Nam si defunctorum voluntas religiose semper, et ad unguem servari debet, quia nihil est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus ad *tex. in L. 1. Cod. de SS. Eccles.*, *L. si quis ff. de condit.*, et *demonst.*, et *can. voluntas 13. quaest. 2.*, eo plenius, et religiosius implenda erit, ubi testator aliquod legatum in animæ suæ scripserit expiationem.

Et si quando Missarum, legatorumque reductionem, aut suspensionem S. Congregatio impertivit, id accidit, vel quia fundatoris Consanguinei adeo ægestate præmebantur, ut unde viverent, non haberent, ut in *Siracusana Missar. 1759.*, et in *Januen. Capellaniarum 31. Augusti 1819.*, vel quia redditus hæreditatis impares evaserant legatorum satisfactioni, secus numquam indulgit hæredum postulationibus, licet quam tenuissimum ipsis superesset lucrum, in *Ecclesien. 16. Augusti 1794. ad I. Dubium*, in *Romana Capellaniam 13. August. 1743.*, et in *alia Roman. Reduct. 5. Septembris 1818.*

Ad absolutionem quod attinet præteritorum onerum, S. Congregatio eam indulgere solet illis dumtaxat, qui ad inopiam sunt redacti, bonaque fide legatorum satisfactionem emisissent, ut in *Spoletana Absolutionis, et Reductionis 29. Novembris 1793.*, in *Bononien. Reductionis 24. Novembris 1787.*, et in *Nullius Guastallæ 26. Novembris 1791.* Porro hæredes de Ferro recte noverant testatoris voluntatem, neque ulla exhibetur illorum paupertatis probatio.

Quod si EE. VV. reductionem largiendam existimaverint perpendant etiam quænam, et quomodo legata sint reducenda. Jam vero legatorum imminutio generatim pro rata facienda est, si par erga omnia Testatoris existimetur affectio, *Pondus. part. 1. quaest. Civil. 73. num. 13.*, *Amostaz. de Causis Piis Lib. 1. cap. 12. num. 40.* *Passerinus de Stat. homin. quaest. 187. art. 4. num. 1101.* quam doctrinam sequuta est *Sac. Congregatio in Bracar. Reduct. 11. Septembris 1717. in Narnien.*

nien. 15. Maii ejusdem anni. Excipiuntur tamen Missæ, vel maxime si fundator prius eorum celebrationem injunxerit, deinde cætera Legata scripserit, ut in præsentî casu. Nam ex hoc scripturæ ordine eruitur, testatorem præcipue habuisse Missarum curam, atque ideo eum voluisse, ut cætera legata potius, quam Missæ reducerentur; ut in *Senogall. Reduct. Miss. 23. Aprilis 1796.*, et in *Spoletana Reduction. onerum 15. Septembris 1804.*

Erit igitur Sapientiæ Vestræ EE. PP. sequentia *Dubia* dirimere.

I. An, et quomodo reducenda sint legata in casu etc.

II. An, et quomodo consulendum Sanctissimo pro absolute in casu etc.

Ad I. Negative in omnibus.

Ad II. Affirmative, celebratis decem Missis infra annum.

MASSANEN REDUCTIONIS ONERUM. Ecclesia Cathedralis Massanen. constat septem Canonicis participantibus, seu primæ erectionis, duobus non participantibus, seu secundæ erectionis, et quatuor Cappellanis.

Canonici inter se redditibus differunt. Primus, cui titulus est Archipresbyteri, annua circiter habet scut. 104; duo ex reliquis Canonicis 85., duo 83., unus 71., ultimus ex participantibus 62. Onera in communi adimplenda ascendunt ad scut. 44. annua.

*Sess. 23. Cap. 1
de Ref. Sess
24., cap. 15. de
Ref.*

Ex Canonicis secundæ erectionis unus habet scut. 72. circiter, alter 45., pro oneribus vero inter ipsos dividendis annua scut. duodecim cum dimidio requiruntur.

In Capitularibus Constitutionibus, quæ de anno 1624. prodierunt, statutum fuit, ut Matutinum cum Laudibus persolveretur post horas Vespertinas diei præcedentis, solemnioribus exceptis Diebus, in quibus recitatur ante auroram. Hujusmodi Consuetudinem, cui numquam superacceserat Apostolicum Indultum, improbavit hæc S. Congregatio in responsione ad relationem S. Visitationis pastoralis anni 1732., unde juxta communem usum Matutini recitatio ad primas diei horas traslata est. Anno tamen 1803. instante Capitulo Episcopus, qua auctoritate ignoratur, antiquæ consuetudinis observantiam suo Decreto restituit.

Tenantur præterea Canonici vel per se, vel per Capellanos celebrare quotidie Missam Auroræ, dein vero, dicta tertia, Missam Conventualem, quæ quamquam jussu S. Congreg. Concilii de anno 1781. applicanda esset pro Benefactoribus in genere, numquam tamen hoc factum est. Celebrare tandem tenentur etiam quotidie tertiam Missam post Conventualem.

Tempore vero Quadragesimæ, quatuor sunt Missæ dicendæ, et sex singulis diebus festivis: omissis aliis Missarum oneribus, quæ non ex statuto proveniunt, sed ex quibusdam peculiaribus legatis.

Spectat etiam ad Capitulum cura Animarum, ad quam specialiter deputatur unus ex Canonicis per triennium cum assistentia duorum ex dictis Capellanis, et Canonicus Curatus ob hoc officium scutata 32., et obol. 28 [annuatim percipit].

Non tamen ipse Canonicus Parochus Missam offert pro populo, sed Canonicus hebdomadarius diebus Dominicis, ac solemnioribus tantum.

Cum primam ageret S. Pastoralis Visitationem actualis illius Diæcesis Episcopus Canonicos monuit de dubia validitate Episcopalis decreti anni 1753 quoad recitationem Matutini in præcedenti die, ac inobservantia Decreti hujus Sacræ Congregationis in applicatione Missæ Conventualis pro Benefactoribus

in genere; denique de omissione Missæ pro Populo diebus festivis non dominicis, nec solemnioribus. Hinc Canonici, annuente Episcopo, preces dederunt huic Sacræ Congregationi orantes, ut tales eorum usus approbarentur.

Cum de more informationem, et votum ab Episcopo postulassem, postquam ita methodum huc usque servatam, ut superius exposui, confirmaverat; hæc addidit,

„ Non mi resta che a fare alcune osservazioni circa
 „ l'annessa supplica unilata dai Canonici al S. P. La
 „ prima è che ciò, che quivi si espone colle seguenti
 „ parole Mai sempre si è conservato l'uso di cele-
 „ brare la Messa Conventuale dopo terza, non è esat-
 „ to. Soltanto nelle Domeniche, ed altri giorni festi-
 „ vi si canta la Messa, che merita il nome di Conven-
 „ tuale, poichè ad essa interviene il Clero. Se ne
 „ cantano pure anco in giorni feriali per obblighi del
 „ Capitolo, come qui sopra ho esposto. Ma general-
 „ mente parlando ne giorni feriali vi è fissamente do-
 „ po il Coro una Messa celebrata da un Cappellano,
 „ che serve soltanto al Popolo, e non vi assiste il
 „ Clero. Questa è la Messa Conventuale, di cui si
 „ parla nella Supplica. L'applicazione della medesi-
 „ ma è per Benefattori speciali. Io credo ben-
 „ sì che questa Messa avesse effettivamente una
 „ volta ragione di Messa Conventuale, e che fosse
 „ stabilita dai Vescovi, e udita dai Canonici in
 „ supplemento della cantata in soddisfazione del
 „ Coro. Ciò rilevo chiaramente dal primo articolo
 „ del Decreto di Monsignor Vannucci del 1782 Sembra-
 „ mi perciò un vero abuso, che i Canonici non ascolti-
 „ no questa Messa, ma essendo tale abuso inveterato,
 „ imploro l'autorità dell'Eminenza Vostra Reverendis-
 „ sima, e della S. Congregazione a ordinare, che tal
 „ Messa si ascolti dai Canonici, ed io son sicuro, che
 „ essi obbediranno a questo oracolo, che per la mia par-
 „ te sosterrò con tutte le forze.

Putat vero Episcopus probandum esse morem recitatio-
 nis Matutini cum Laudibus post vespas diei præce-
 dentis, dummodo Sacra Congregatio excipiat „ tutte
 „ le Domeniche dell' anno, e la stabilisca nella mat-
 „ tina

„ tina del Lunedì seguente . La causa di questa limi-
 „ tazione è importantissima . Essendo la Cattedrale
 „ anche Parrocchia la recita del Matutino dopo Com-
 „ pieta , impedisce che si faccia il Catechismo al Po-
 „ polo , il quale sarebbe necessarissimo , e protrae
 „ ancora notabilmente le funzioni , che si fanno per il
 „ Popolo coll' Esposizione , e benedizione del SSmo
 „ Sacramento , in guisa che il Seminario non può in-
 „ tervenirvi . Oltre a ciò il lungo intervallo trà il Ve-
 „ spero , e le funzioni parrocchiali , è cagione , che
 „ pochissimi fedeli intervengono al Vespero , contro
 „ la pratica comune delle altre Chiese „ .

Quoad Missam pro Benefactoribus in genere applican-
 dam , censet Episcopus illius obligationem ad solos
 dies festos esse restringendam „ La ragione più forte,
 „ per cui può sperarsi questa benigna permissione ,
 „ sembrami, che sia lo scarsissimo numero di soli sette
 „ Canonici, che godono le predette rendite Capitolari ,
 „ ricorrendo loro con frequenza l' addomada, sarebbe
 „ ciascuno di essi costretto soffrire una notevole detraz-
 „ zione di elemosine, qualora fosse obbligato di applica-
 „ re gratuitamente tutte le Messe della sua eddomada per
 „ i Benefattori, che se venissero i Canonici dalla S. Con-
 „ gregazione obbligati ad applicare per i benefattori sol-
 „ tanto nelle Messe festive, avrebbero questo onere an-
 „ co i due Canonici di seconda erezione, i quali fanno
 „ anco questi l'eddomada, ma senza alcun lucro, onde
 „ questi non soffrirebbero un nuovo aggravio „ .

Relate vero ad Missam pro Populo , quæ in Dominicis
 tantum , et in Festis solemnioribus applicatur , en
 verba Episcopi „ Io non saprei come patrocinare que-
 „ sta mancanza , che pure è antichissima; Soltanto os-
 „ servo, che la Cura della Cattedrale si giudica resides-
 „ re abitualmente in tutto il corpo Capitolare, e perciò
 „ eleggesi dal capitolo , ogni trè anni il Curato , e
 „ poichè questi non percepisce , che sole 200. Lire an-
 „ nue per emolumento del suo impiego (e ciò da 30.
 „ anni in circa , mentre prima nulla percepiva) ha
 „ stabilito perciò l' uso , che il Canonico Eddomada-
 „ rio nelle Domeniche , e feste sollenni applichi la
 „ Messa Cantata per il Popolo , e non già il Canonico

„ Curato adducendosi per ragione , che se tutte (ol-
 „ tre quelle che le toccano per l' eddomada) celebrar-
 „ le dovesse il Curato , poco assai le rimarrebbe del-
 „ la sua provisione , che libera le venne assegnata dal
 „ Principe per gli oneri in genere della Parros-
 „ chia .

„ Qualora per tantò ordini la S. Congregazione , che si
 „ applichi inalterabilmente per il Popolo in tutte le Fe-
 „ ste di precetto , niuna ec celluata , prego la bontà dell'
 „ E. V. Rma a decidere da qual Canonico debba sod-
 „ disfarsi un tal obbligo : se da quello che hà compita
 „ l' eddomada , o dall' altro che vi succede , o in parte
 „ dal Curato , o in parte dagl' altri Canonici , o per
 „ egual quantità di Messe festive da ciascuno dei nove
 „ Canonici , che fanno l' eddomada , e quest' ultimo
 „ parerebbemi il miglior sistema per togliere ogni sog-
 „ getto di clamore „ .

Addidit insuper Episcopus postquam de Capituli rediti-
 „ bus sermonem habuit, „ Non debbo què occultare la
 „ verità , che attualmente si procura di ottenere dalla
 „ Santa Sede il beneplacito per allivellare i Beni della
 „ Mensa Capitolare. Quest' allivellazione che sarebbe
 „ utilissima per la conservazione, e miglioramento dei
 „ fondi del Capitolo, porterebbe ancora un notabile aumen-
 „ to alle rendite dei Canonici „ .

His præmissis quæritur primo ; an concedenda sit facul-
 tas recitandi Matutinum cum Laudibus post horas Ves-
 pertinas in præcedenti die . Decernit Clementina I. de
 celebratione Missarum Divinum Officium in Cathed-
 ralibus , et Collegiatis horis debitis esse psallendam ,
 et Patres Concilii Agathen. in cap. Presby. de celeb.
 Miss. , ex Verbis Prophetæ „ Media nocte surge-
 bam „ , mediam noctem ad Matutini recitationem
 præscripserunt . Sed successu temporis , sive ob mi-
 nus firmas hominum valetudines , sive ob minus fer-
 vidam pietatem , rigidior visa est Ecclesiastica illa di-
 sciplina . Hinc variæ , variis in locis invaluerunt con-
 suetudines : aliquibus in Ecclesiis primus mos inco-
 lumis servatus est : alibi teste D. Thoma p. 3. quaest.
 5r. art. 4. ad 2. , tempus quod mediam noctem , et
 auroram intercedit recitatione Matutini est assigna-
 tum

tum, et S. Carolus Borromeus in suo *Concilio Provinciali Mediol part. 2.* satis habuit, ut sub ortum solis Matutinum absolveretur. Deinde vero in plerisque Ecclesiis horam etiam commodiorem adhibendimos invaluit. Tandem justa, et rationabili de causa hæc Sacra Congregatio quibusdam indulsit Ecclesiis Matutini anticipationem post completorium præcedentis diei testibus *Braschio in prompt. Synod. cap. 86. num. 15. Ceccop. Lucubr. can. L. num. 20., et Benedictus XIV. Inst. 107. L. 4. num. 22.,* præsertim obæris insalubritatem, et in *Abulen servitii Ghori 23. Januarii 1790., et in Cingulana 24. Martii 1817.*

Insuper favet Massanen. Cathedralis petitioni præter aeris intemperiem, melior Divini cultus ratio, bonumque publicum, ac utilitas ex eo, quod non tam facile fideles Matutini recitationi ante auroram intervenirent, comodiior etiam evaderet hora Vespertina, ut capitulares ad confessiones excipiendas magis incumbere-
rent.

Concurrens insuper favore Capituli consuetudo, quæ plurimum æstimanda est *L. in rebus ff. de const. in princip cap. cum consuetum de Coasuetudinibus apud Fagn. L. 1. Decret. Cap. Consuetu eodem titul;* Quæ quidem vetustissima consuetudo (licet ut diximus hujus S. Congregat. jussa interrupta ab anno 1782., ad 1803.) originem ducit a Capitulari constitutione ab Episcopo anno 1624. approbata.

Pertinet II. Dubium ad Missam Conventualem. Quid usque adhuc actum sit superius narravi. Nunc postulat Episcopus, ut onus Conventualis Missæ ad solos dies festos reducat, præsertim adducta redituum tenuitate, et paucis Capitularium numero, **Sed** huic petitioni obstaret notissima Benedicti XIV. Encyclica *Cum semper oblatas*, in qua jubet, ut qualibet sublata consuetudine, et non obstante aliarum Missarum onere, quo Capitulum, et singuli Canonici graventur, missæ conventuales applicentur pro Benefactoribus in genere. Cum vero idem Benedictus XIV. nulla retractasset privilegia, et indulta Missæ
Con-

Conventualis diebus tantum festis applicandæ idcirco similem reductionem pluries postea concessit hæc S. Congregatio præsertim ob reddituum tenuitatem, ut in *Amerina Miss. Conventualis 13. Martii 1746. In Placent 30. Julii 1785., et in Camerin. 14. Decembris 1793.*

At videant Eminentissimi Patres utrum hæc indulgentia donandi sint Massanenses Canonici, quorum Præbendæ una tantum 40., et ultra scutatis constat, Aliæ vero omnes octuaginta scutata excedunt. Reduci enim non solet Missa Conventualis ad dies festos ex tenuitate reddituum, qui annua excedunt scutata 30., ut censuit S. hæc Congregatio in *Amerinen. 18. Sept. 1751., et in Taurinen. 10. Julii 1790., et in Camerinen. 14. Decemb. 1793.*

Ad Missam pro Populo pertinet III. *Dubium Massanen.* Ecclesia non per Curatum (qui ut diximus inter Canonicos per triennium ab ipsis Capitularibus destinatur), sed per Canonicum hebdomadarium hoc onus adimplet. Quæritur igitur, an concedenda sit dispensatio Missæ pro populo diebus festiis, non Dominicis, nec solemnioribus celebrandæ. Et an pertineat Canonico Curato dictam Missam celebrare, vel alicui ex aliis Canonicis.

Indubii juris est, quemlibet, cui animarum cura commissa sit, oves suas pascere, et Sacrificium pro eis offerre teneri, ut statuit *Concilium Trident. sess. 23. cap. 1. de Ref., et Bened. XIV. in superius laudata Constitutione.* declaravit, non solum Parochos perpetuam habentes curam Animarum, sed et temporaneam, seu amovibiles Vicarios Curatos ad id onus teneri, cui per se satisfacere debent omnibus diebus, in quibus Missam audiendi præceptum populo incumbat. Et hoc passim confirmavit Sacra Congregatio.

Hoc vero præceptum obligat, non obstante reddituum defectu, cum ad id teneatur animarum Pastor non Causa reddituum, sed ratione officii, ut docuit *Concilium Tridentinum, et Benedictus XIV. locis citatis, ac in suo opere de Synodo Diaecesana cap. fin. 24. et seq., et hæc Sacra Congregatio in Neocesaren. Missæ pro*

populo ad I. Dubium 26. Januarii 1771. , et in Seno-
gallien. 20. Martii 1790.

At in præsentī casu animadvertendum est, quod Capitulum nihil percipit ex cura animarum, Curatus vero Canonicus præter incerta Stola annua habet scutata 32. cum obul. 28., ut Parrochialia onera valeat sustinere .

His omnibus perpensis , videant Emi Patres quomodo respondendum sit .

Dubiis .

I. *An, et quomodo concedendum sit Indultum recitandi Matutinum cum Laudibus post horas Vespertinas in casu etc.*

II. *An , et quomodo teneantur Canonici applicare Missas Conventuales pro Benefactoribus in genere in casu etc.*

III. *An, quomodo , et a quo debeant celebrari Missae pro Populo in casu etc.*

Ad I. Affirmative juxta votum Episcopi ad decennium facto verbo cum Sanctissimo .

Ad II. Affirmative , et Missam Conventualem esse celebrandam quotidie cum intervento Capituli ; consulendum vero Santissimo pro gratia reductionis applicationis pro benefactoribus in genere ad omnes dies festos etiam reductos ad decennium .

Ad III. Affirmative omnibus diebus festis etiam reductis a Canonico Curato pro tempore .

Sess. 21. cap.
8. de Reform.

LUCANA . In Lucana Diœcesi Parochialis extat Ecclesia , vulgo di *Lunata* , in qua aliqui ex primis Parochiæ familiis sedilia in eadem propriæ consulentes commoditati habebant , quos inter Orator Joannes Matthias Libertà Banchieri . Prædicta sedilia discordiarum causa pluries fuere inter Parochia-

nos, donec tandem ab incognita manu igni tradita
fuerit.

Facti certior factus Vicarius Generalis Lucanae Dioecesis die 8. Maii 1820. sequens edidit Decretum - *Es- sendo venuto a nostra notizia i gravi disturbi, che sono per succedere in cotesta Parrocchia di Lunata a motivo delle Panche dei Particolari, che esistevano, o esistono nella predetta Chiesa, quindi è, che prese le più esatte, o genuine informazioni da Persone probe, e degne di fede, a fine di rimuovere qualunque motivo di scandalo, e di disturbo nella sudetta Parrocchia, siamo venuti nella determinazione di Decretare, ed Ordinare, come in fatti decretiamo, ed ordiniamo, che immediatamente sia rimossa dalla Chiesa sudetta qualunque Panca appartenente a particolari Persone, e Famiglie, e che in seguito non sia lecito collocare nell'anzidetta Chiesa alcuna Panca di privata spettanza, ed in vece a spese dell'opera stessa siano fatte costruire delle nuove Panche del tutto uniformi, le quali possino servire di comodo a tutti quelli, che intervengono alle Sacre Funzioni.*

Huic Vicarii Generalis Decreto omnes acquiescere sedilium Domini, sed illi unus restitit Banchieri, et ab eo ad S. hanc Congregationem provocavit, a qua requisitus Archiepiscopus, qui abstinet uni potius, quam alteri favere parti, sed ad ea, quae invicem partes proferunt, remittit E.E. P.P., ut videant, an decretum Vicarii Generalis confirmandum, vel infirmandum sit. Affert tamen sanctionem Synodi Lucanae prohibentis retinere sedilia in Ecclesiis privatae proprietatis, et ita concludit, „*Hoc sancitum arbitror ad multa praecavenda inconvenientia, quae derivaverunt, ut experientia docet, in hac Diaecesi ex collo- catione talium sedilium in Ecclesiis praesertim rura- libus. Hac directus ratione post incendium Sedilium, quae in Ecclesia S. Frigidiani loci vulgo dicti di LUNATA extabant, Vicarius Generalis adnexum de- cretum emanavit. Amore tamen veritatis fateri cogor, Oratorem, ejusdemque familiam erga praefatam Ec- celsiam benemeritum esse, cum illius operam per*

plures annos fideliter , et laudabiliter administraverit .

Orator ad jus suum profundum hæc affert rationum momenta . In primis totus est , ut probet sanctionibus juris canonici non adversari , laicos longa consuetudine jus acquirere retinendi in Ecclesia Sedilia , etiam in loco eminentiori , in eisque sedendi . Ita *Lucius Ferraris in sua Bibliotheca Verb. Ecclesia Art. 5. num. 8.* , et apud eum laudati *Ugolin. Monacel. , Pignattell. Antonell. et alii .*

Banchieri vero in Ecclesia Parochiali di Lunata longam consuetudinem retinendi sedilia ex eo probat , quod jam de anno 1730. in prædicta Ecclesia Orator hoc jure fruebatur . Nam cum eodem anno e medio auferri Sedile communi Decreto mandatum esset , Banchieri recursum habuit ad Magistratum , et obtinuit deleri decretum , et scamnum in suo loco permanere . Lapsu vero 90. annorum longam constitui consuetudinem indubium est .

Sed hoc jus sibi competere putat non ex longa tantum consuetudine , verum etiam ex centenaria , quæ constituit meliorem quemlibet titulum *Constant. Vota decis. 337. num. 3.* , et præsumit interventum legitimæ auctoritatis ; quin etiam Apostolicum Beneplacitum .

In casu vero centenariam intercedere , ait Orator , ex iis , quæ facta sunt an. 1730. , quando Magistratus revocandum censuit Decretum Commune de Sedili auferendo , „ *che la privava dal dritto da esso goduto fino allora di tenere nella Chiesa Parrocchiale la Panca della sua Famiglia* „ Plures igitur jam effluxerant anni , quibus familia Banchieri hoc jure nemine contradicente fruebatur . Sed si hisce , jungantur alii 90. , qui præterierunt anni , quibus Banchieri pacifice hoc jure gavisus est , centenaria plus quam absoluta consurget .

At contra Oratorem insurgit Custos Ecclesiæ Fabricæ , vulgo *l' Operaro* , eique hæret Procurator Fiscalis , pluribus vindicans justitiam Decreti Vicarii Generalis . In primis enim præ oculis habendum est , hujusmodi Sedilia in Ecclesiis ruralibus discordiarum seminarium fuisse semper , præsertim in illa di Lu-

nata, in qua eo perventum est, ut omnia sint igni tradita, quin notitia Auctoris haberi potuerit. Ex dissensionibus vero oriebantur scandala, cum scallis vero turbatio divini cultus, quo praecipue Vicarius Generalis motus, sedilia omnia auferri mandavit. A Rectore vero, et praecipue ab Episcopo removeri posse ab Ecclesia Sedilia, quando sunt causa rumoris, et impediunt Functiones, et Celebrantes, pluries declaravit S. Congregatio Episcoporum, signanter in *Januen. 7. Aprilis 1583.*, in *Camerinen. 12. Januarii 1588.*, in *Recanaten. 10. Februarii 1645.*, et *S. Congregat. Rituum in Verulana 9. Februarii 1398.*

Præterea, ait Promothor Fiscalis, rationes, et argumenta Banchieri falso omnino niti supposito. Supponit enim Familiam Banchieri jus servitutis acquisivisse retinendi in Ecclesia Sedile, et quidem non facti tantum, sed etiam juris, ita ut non amplius liceat ab eo turbari, et cogi ad remotionem Sedilis, quod est omnino falsum. Nam prætermissa etiam, quod precario Banchieri retinebat in Ecclesia prædictum sedile, ideoque revocabiliter ad nutum Rectoris, et Episcopi, quia agitur de usu facti, et non juris, ut tradunt *Ugolin. de potest. Episcopi cap. 17. num. 7. Pignatell. Tom. 9. consult. 147. num. 12. Diana in Resolut. moralib. part. 10. tract. 16. resolut. 64.*, etiamsi per mille annos huiusmodi usus habitus fuisset, tamen cum Ecclesia sit res sacra, ideoque incapax servitutis, nullus potest in eadem acquirere usum juris, qui ejusdem Ecclesiae dominii importet diminutionem.

Jus igitur, quod sibi comparavit Banchieri retinendi sedile in Ecclesia, non fuit juris, sed facti tantum, ortum ex patientia solum Rectoris, vel Episcopi, ideoque ipsius nutu, vel mandato revocabile, quare *S. Congregatio Episcoporum in Januen. 28. Junii 1583.* declaravit „ *Non si deve permettere quella proprietà de luoghi, che alcuni si persuadono di avere nelle Chiese, quasi che fossero loro ereditarij, come sono le case, e le possessioni che si comprano.*

Confirmat Promothor Fiscalis superius dicta ex dispositione Synodi Lucanæ celebratæ anno 1736., quæ parte 1. cap. 6. num. 4. hæc ad rem habet: „Ad evitanda jurgia, et dissidia, quæ haud raro oriuntur occasione sedilium, quæ peculiâres personæ in Ecclesiis, præsertim ruralibus habent, Parochis injungimus, ne in posterum permittant in eis collocari sedilia, ex quacumque materiae constant, peculiarium personarum, sine nostra licentia, sub paenis arbitrio nostro irrogandis. Qui vero sedilia in Ecclesiis jam habent, sciant ea præcario ibi retineri cum Ecclesia ab omni servitute immunis esse debeat, et ipsa omnes Christi fideles æque admittat. Operarii autem Ecclesiarum carent, velimus, ut sumptibus Fabricæ sedilia communia pro commoditate populi in eis collocentur.

Hiscæ positis Dubium erit.

An confirmandum sit Decretum Vicarii Generalis Lucani in casu etc.

Non proposita cum sequenti,

Sess. 23. Cap.
16. de Ref.

AMERINA RESIDENTIÆ. Hyppolitus Sacerdos Fossati Amerinæ Diæcesis, et unus ex Beneficiatis illius Cathedralis, annuente Episcopo, Romam petiit morbi curandi causa, quo laborabat in crure. In urbe moratus per aliquod tempus nuncium misit choralis beneficio penes Datariam Apostolicam. Dum renunciationis negotium absolvebatur elapsum est trimestre absentiæ, quod ex SS. Canonum censura ei elargitus fuerat ordinarius.

Quamobrem Sacerdos Fossati S. Congregationem adivit mense præteriti Januarii, et plurium Chirurgorum

juratas attestaciones super qualitate morbi , et adhibendæ curationis necessitate proferens petiit , ut ad longius tempus ipsi protraheretur indultum .

Requisivi Episcopum pro Informatione , et voto , qui distulit responsum , donec scivit Datariam Apostolicam annuisse precibus Sacerdotis Hyppoliti . Hæc vero in suis litteris retulit „ *Remedium istud (dei sti-valetti, ossia fascia espulsiva) quod cura non indiget etiam in Patria exequi poterit Sacerdos Fossati ; necesse ergo non est illi , ut moretur in urbe pro usu istius remedii , quod a multis adhibetur , qui morbo isto subjacent , et alia cura , et remedio non indigent .*

Asserere etiam possum , morbum cruris Sacerdotis Fossati nunquam illi motum praepedisse ; quin imo illum saepe vidisse pleno gradu incedentem .

Oro vos tandem *EE. PP.* , animo attendere velitis ad magnam inopiam Sacerdotum hujus Amerinae Civitatis , quae vos impellat ad indicendum remeatum Sacerdotis Fossati ad suam *Diaecesim* , qui saltem huic Civitati utilis erit sacrum faciendo praesertim in diebus festivis

Quaestio igitur in eo versatur , utrum Sacerdos Fossati , qui jam legitime dimisit residentiale Beneficium , Romæ diu morari possit , invito Episcopo .

Prioribus Ecclesiae temporibus , et ineunte etiam saeculo XI. per Sacram Ordinationem suo Episcopo , et Ecclesiae Clerici illigabantur inexplicabilibus nodis ; fiebat inde , ut in quavis alia *Diacesi* , nisi prior Episcopus promissam sibi obedientiam remisisset , ne Beneficium quidem possent obtinere .

Huic disciplinae pristinum vigorem reddidit *Concil. Trident. sess. 23. cap. 16. de reform.* . Siquidem vetitum ibi fuit etiam Clericis , qui Beneficii expertes sunt , et qui sola ordinatione alicui Ecclesiae sunt addicti , ab ea omnino recedere , nisi permittente Episcopo . Idem novissime declaravit et ipsa *S. Congregatio Nucerina Residentiae die 5. Septembris 1818.*

Attamen nonnulla animadvertenda sub oculis *EE. VV.* ponit Hyppolitus Fossati , ob quæ a legis hujus censura eximendum se esse autumat . Et primo occurrit diuturnum servitium ab ipso praestitum Ecclesiae Amerinae . Quippe in curandæ Sacristiae officio per
quia-

quinque supra viginti, et Capellani Choralis munere per quatuordecim circiter annos sedulam eidem Ecclesie servitum præstavit, præsertim tempore deportationis, et absentiae omnium Canonicorum. Jam vero pia mater Ecclesia legi leviticæ inherendo, ac civilis reipublicæ exemplum sequuta post diuturnum ac laudabile servitium eos etiam exonerat a residentia, qui ecclesiasticis redditibus fruuntur, ut cæteris missis videri potest in *Montis Alti Jubilationis* 14. Junii 1817. Præterea dignum animadversione proponit Fossati, eum nullis aliis redditibus ex Ecclesiasticis beneficiis potitum esse, quam quos percepit ex beneficio choralis, cujus tenuitatem satis perspectam habuerunt Eminentissimi Patres in Amerina Novæ dotationis proposita die 27. Julii proximi præteriti. Tandem adducit infirmæ valetudinis rationem, quæ inter canonicas causas ad dispensandum a residentia annumeratur ad *Textum in cap. unic. de Cler. non resid. in 6.* Illiusque probationem exhibet ex jurata attestatione Chirurgorum, qui ita referunt, „*doversi assoggettare ad una cura lunga, e metodica, e dopo sistemarsi con l' uso dello stivaletto, chiamato Fascia espulsiva.*

His prænotatis proponitur.

Dubium

An, et ad quod tempus sit oratori concedendum indultum absentiae in casu etc.

INDEX

INDEX

RESOLUTIONUM

*Quæ prodierunt in Causis in S. Congreg. Concilii
anno 1822. propositis.*

A

Absentia vide *Indultum*.

Quum Priores Xenodochii Januensis aliqua bona fide in Xenodochii aerrario servaverint pecuniam quamdam, quæ ad Capellaniam a *Joanne Baptista Constanti* institutam pertinebat, quin eam erogaverint in oneribus ejusdem Capellanæ implendis, Sacra Congregatio censuit, consulendum esse SSmo pro *Absolutione* quoad onera inadimplenda, sed voluit, ut extans pecunia erogaretur in Missarum celebrationem quam citius faciendam ad taxam Synodalem, nec non facto verbo cum SSmo approbavit sortis augmentum jam factum fructibus decursis, et non solutis, quum ex Principis Lege sorti adjecti sint hi fructus a publico aerrario debiti in *Januën. Commutationis Voluntatis, et Reductionis, 22. Junii ad II., III., et IV. Dub:*

Absolutio vide *Capellania, Beneplacitum, Reductio, Sanatio.*

Administratio vide *Capellania.*

Affinitas vide *Matrimonium.*

Amovibilitas vide *Parochus, Paræcia.*

Autento defectu *aperitionis oris* adversus Litteras Apostolicas obtentas a Parocho *Capitignani* Reatinæ Diæcesis Sacra Congregatio censuit, non proponendas esse quæstiones super

unione Beneficiorum facienda huic Parocho, vel alteri Parocho *Pellicriptæ* in *Reatina Unionis Beneficiorum 9. Februarii ad I., et II. Dub:*

Antequam aliquid statueret super *aperitione oris* Litterarum Apostolicarum, quæ obtentæ fuerunt a R. Petro Drudi, a qua pendet et eorum executio, et Drudi, vel Laurentii Valducci institutio Sacra Congregatio censuit juxta mentem Episcopi scribere, in *Cæsenaten. Beneficii 30. Martii ad I., II., et III. Dub:*

Quum a Capitulo *Assatii* *Æsinæ* Diæcesis multa vera reticita, multa falsa Pontifici fuerint narrata, Sacra Congregatio censuit, esse Locum *aperitioni oris* adversum Rescriptum 19. *Augusti 1821.* Præterea dandam esse dixit institutionem Clerico Gaspari Cerioni ad Beneficium *Giandolini*, ideoque non esse procedendum ad concursum in *Æsina Beneficii 21. Septembris, ad I., et II. Dub.*

Quum Consilium *Comaclense*, annuente Eno Legato, Episcopi sententiam cunctis suffragiis probaverit, assignandi scilicet ex publico ære annua Scutata quinquaginta, ut unus ex *Canonicatibus Comaclensis Cathedralis* in secundam erigeretur dignitatem sub *Archidiaconali* titulo; Sacra Congregatio juxta votum Episcopi statuit, erigendam esse *Præben-*

dam, quæ *Sancti Pii V.* vocatur, quamvis ejusdem *Praebendæ Titulari* adjuvandi *Parochum* sit onus in *Comaceni: Erectionis Dignitatis* 27. *Aprilis ad I., et II. Dub.*

B

Beneficiati vide *Concordia.*

Quum in *Veliternen. Diocesi* non adsit *Collector Spoliorum*, *Sacra Congregatio* juxta votum *Eminentissimi Episcopi* statuit *Beneficii*, et *Capellanæ* a *bo. mem. Josephi Prosperi Lucarelli* possessæ fructus, qui a solo nondum erant separati, pertinere non ad hæredes, sed a successoribus in *Beneficio*, et *Capellania*, verum declaravit reficiendas hæredibus esse expensas, et onera, quæ defunctus sustinuit in vineis colendis in *Veliternen. Capellaniarum* 25. *Maii.*

Beneficium vide *Aperitio Oris, Institutio.*

Quum *Administratores Ecclesiæ Parochialis Patierno Archidioceseos Neapolitanæ*, ut jus ejusdem *Ecclesiæ* tectum, sartumque servaretur, *bona Ecclesiæ* absque auctoritate *Apostolica* ære alieno gravaverint, ad quod dimittendum *concordia* quedam cum *Creditoribus* inita nunc est, *Sacra Congregatio* juxta votum *Eminentissimi Archiepiscopi* censuit, consulendum esse *SSmo* pro concessione *Beneplaciti Apostolici* super inita *concordia*, quatenus pecunia erogata fuerit in utilitatem *Ecclesiæ*, prævia absolute a censuris, et sanatione contractuum, quibus gravata fuit *Ecclesia*, in *Neapolitana Beneplaciti* 14. *Decembris.*

C

Canonicatus vide *Suspensio.*

Canonicus vide *Suspensio, Vox in Capitulo.*

Quum in *Ecclesia Archiconfraternitatis Stigmatum Sancti Francisci de Urbe* plures *Missæ ad Capellanas Gambardella* pertinentes celebratæ non essent, quamvis pecunia pro earundem *elemosyna* penes *Archiconfraternitatem* existeret, *Sacra Congregatio* statuit, ut tot *Missæ*, quot summam existentem æquarent, celebrarentur a tribus *Capellanis*, aliisque *Sacerdotibus* ab *Archiconfraternitate* eligendis cum *elemosyna* obol. 16. cum dimidio, ita tamen ut quam citius hæc sacrificia offerrentur. Quoad *Missas* non celebratas, pro quibus pecunia non extat, *Sacra Congregatio* prælationem *Capellanis* concessit, ita ut reditus cujuslibet anni prælative debeantur *Capellanis*; quocumque tempore exigantur, in *Romana Capellaniarum* 9. *Februarii ad II., et III. Dub.*

Eodem *Sacra Congregatio* censuit, standum esse in decisio in secundo *Dubio* sub die 5. *Septembris* 1818. nempe, satisfactis *Capellanis*, quod superest ex *reditibus*, retinendum esse ab *Archiconfraternitate* pro expensis *Administrationis*, et *Dotibus* ad formam *foundationis*, *ibid. ad IV. Dub.*

Divisionem bonorum Capellanæ Laicalis institutæ a *Dominico Mariotti Cingulanæ Diocesis* a *Patronis* factam servandam non esse, statuit *Sacra Congregatio*, sed decrevit, *Capellaniam* ad primævum statum revocari, verum ob hanc *divisionem* *Patroni* neque jus nominandi amiserunt, neque in *censuras* inciderunt, ideoque *Sacra Congregatio* eos non indigere dixit neque absolute, neque *rehabilitatione* in *Cingulana Nominationis Capellani* 9. *Februarii ad I., II., et III. Dub.*

Quum ex *divisione*, de qua supra fit sermo, *Patroni* aliquos perceperint fructus, hos illis *Sacra Congregatio* condonavit, satisfactis vero omnibus *Missarum oneribus* non adim-

pletis, et in posterum adimplendis usque ad possessionem novi *Capellani* celebratis duabus Missis cum cantu *ibid. ad IV. Dub.*

Nominationem huic *Capellaniæ* factam favore *Sanctis Piermattei* ab uno tantum ex Patronis, inaudito altero, confirmandam non esse, censuit Sacra Congregatio, sed imo voluit, ut Eminentissimi Episcopus præfigeret Patronis terminum ad effectum nominandi, quo elapso, procederet ad electionem *Capellani* ad formam foundationis, et ideo impetrationis supplicationem relaxandam non esse dixit favore *Piermattei*, jussit tandem hanc resolutionem notificari Ministris *Dariæ Apostolicæ* *ibid. ad V. et VI. Dub.*

Quamvis *Joannes Baptista Bernabei* *Anagninæ* Diocesis ad *Capellaniam* a se fundatam vocasset descendentes ex fratre, vel sorore jam Sacerdotio insignitos, tamen Sacra Congregatio, attenda Clerici *Augustini Coluzzi* unius ex vocatis paupertate, testatoris voluntatem commutavit, et decrevit, ut, adimpletis omnibus oneribus ad formam Foundationis, quidquid supererit, cedat favore *Augustini*, ut studiis vacet in Seminario Diocesano, donec ad legitimam ætatem pro Sacerdotio pervenerit, in *Anagnina Capellaniæ* 27. *Julii ad I. Dub.*

Verum hujus *Capellaniæ* administrationem Sacra Congregatio, quum Parens Clerici incapax esset, *Capitulo Collegiæ Carpineti* reliquit juxta votum Episcopi Administratoris, qui quolibet anno rationis redditionem *Capellaniæ* exigat. *ibid. ad II. Dub.*

Ad formam *Laudi*, et *Sententiæ* anni 1599 eligendum esse *Capellanium* in Ecclesia *S. Crucis di Brisighella* *Faventinæ* Diocesis cum oneribus ad formam Testamenti *Eleonoræ de Monte Veteri* Fundatricis, nec non ad hæredes juxta votum Episcopi pertinere utensilium solutio-

nem ad normam consuetudinis, seu *Taxæ* *Diocesanæ* statuit Sacra Congregatio, que præscripsit quoque, ut Missæ celebrentur ad Altare *Majoris Confraternitatis Sanctæ Crucis in Faventina Capellaniæ*, et *Subsidii Dotalis 25. Maii a. I., II., et IV. Dub.*

Capellaniæ vide *Absolutio, Beneficium, Istitutio, Reductio, Unio.*

Standum esse in decisis sub die 16 *Decembris* 1820 dixit Sacra Congregatio, nempe teneri ad formam *Tabellæ* omnes *Cathedralis Auximane Capitulares, Canonicos*, et *Mansionarios* celebrare Missam *Conventualem*; distulit vero iudicium super eleemosinæ quantitate, et solutione a quo facienda, sed servari interim consuetudinem præscripsit. Officium autem *Diaconi*, et *Subdiaconi* ad formam erectionis ad *Mansionarios* spectare dixit, etiam *Parochis* legitime impeditis in *Auximana Missæ Conventualis* 24. *Augusti ad I, II, III, et IV. dub.*

Capitulo *Pisaurensi*, attento laborioso, et incommodo *Chori* *Servitio* præsertim hyemali tempore, nec non attenda consuetudine finitimarum *Diocesium* Sacra Congregatio *Matutini* cum *Laudibus* diei sequentis recitationem post *Completorium* diei præcedentis cum solitis clausulis tempore *Adventus* tantum permisit juxta votum Episcopi in *Pisauren Servitii Choralis* 27. *Aprilis.*

Idem *Indultum*, quod *Capitulum Casalense* gauderet soluta tribus anni mensibus, a Sacra Congregatione, facto verbo cum *SSmo*, ad omnes dies extensum fuit juxta votum Episcopi, quum plerique *Canonici* adversa valetudine, et senectute laborarent, nec non magna cum *Populi* utilitate *Fidelium* *Confessiones* excipiant *Chori tempore*, sed ad decennium tantum in *Casalen.* 14 *Decembris.*

Capitulo *Massanen* quoque, facto verbo cum *SSmo*, ad decennium concess-

sit Sacra Congregatio idem indultum, attenta *consuetudine*, et tenuitate reddituum, sed dies Dominicos excepit juxta votum Episcopi in *Massanen Reductionis onerum* 14. Decembris ad I. Dub.

Capitulum vide *Parochus*, *Parœcia*.
Circumscriptio vide *Institutio*.

Quamvis *Coadjutoribus*, vivente adhuc *Coadjuto*, jubilationis indultum, etiamsi per quadraginta annos continuo, et laudabiliter *Choro* inservierint, concedi non posse Sacra Congregatio dixerit, tamen, attentis peculiaribus circumstantiis, supplicandum esse SSmo censuit pro gratia jubilationis Josephi Bianchi *Canonici* Sanctæ Mariæ in Transtiberim, qui per quadraginta duos annos *Choro* interfuit tamquam *Coadjutor* in *Romana Jubilationis* 30 Martii ad I., et II. Dub.

Commutatio vide *Sanatio*, *Traslatio*.

Concordiam initam inter *Canonicos Cathedralis Amerinæ*, et primæ erectionis *Beneficiatos*, factò verbo cum SSmo, probandam statuit Sacra Congregatio, sed voluit, ut coram Episcopo de sufficienti *Massa Capitulari* constaret: qua *concordia* amice composita est quæstio de bona, vel mala gestione reddituum ad *Beneficiatos* pertinentium in *Amerina Novæ Dotationis* 24 Augusti ad I. Dub.

Quum hac *concordia* fere omnes novos *Beneficiatorum* redditus *Canonici* de propria *Massa* constituerint Sacra Congregatio, factò verbo cum SSmo, suppressionem *Beneficiorum S. Blasii*, et *S. Secundi* concessit, quorum redditus *Massæ Capitulari* univit, quod *Ministris Datarie Apostolicæ* notificari præscripsit. Nolvit vero assentiri petitioni de non concedendo jubilationis indulto, sed statuit servari *Resolutiones Sacra Congregationis* *ibid* ad II., et III. Dub.

Concordia vide *Beneplacitum*.

Concursus vide *Parœcia*.

Praevio recessu a decisis in tertio dubio sub die 5 Septembris 1818. juxta modum, consulendum SSmo dixit pro absoluteione, et *condonatione* quoad summas præter mentem *Testatoris* perceptas ab *Archiconfraternitate Stigmatum Sancti Francisci de Urbe*, cum onere tamen eidem *Archiconfraternitati* distribuendi pauperibus puellis annua scutata decem ad formam *fundationis* per triennium tantum in *Romana Capellanarium* 9. Februarii ad V. Dub.

Condonatio vide *Capellania*, *Sanatio*.

Conventus vide *Reductio*, *Sanatio*.
Cumulum Dotale vide *Dos*.

D

Delegatus vide *Parochus*, *Parœcia*.
Dismembratio vide *Unio*.

Quum Episcopus Poltri S. Miniaten. novam induxerit methodum circa *distributiones Capitulares Collegiæ Castri Franchi*, hoc decreto gaudere quoque *Canonicum D. mianni* statuit Sacra Congregatio, solutis vero annuis scutatis sex, vel applicatis *Missis*, atque ad eundem *Canonicum* pertinere decrevit *Missas* inadimpletas, et futuras celebrandi, namque in decreto illo Episcopus Poltri de omnibus *Canonice* generatim loquutus est in *S. Miniatis* 27 Aprilis. ad II., et III. Dub.

Distributiones vide *Indultum*, *Legata*.

Divisio vide *Capellania*, *Parochus*, *Parœcia*.

Dotalis Subsidi ab *Eleonora Monteveteri* relictæ nominationem pertinere decrevit Sacra Congregatio ad *Confraternitatem S. Crucis di Brighella Faventinæ Diœcesis* ad formam piæ institutionis in *Faventina Capellanix, et Subsidi Dotalis* 25. Maii ad III. Dub.

Anne Mariæ Ronca cumulum *Dotale* hæreditatis *Joannis Baptistæ Belloni* quamvis conjunctæ octavo consanguinitatis gradu cum Testatore denegavit Sacra Congregatio, sed ei concessit tantum solutionem dotis scutat. quinquaginta, quia Testator suis agnatis, et consanguineis, quæ in seculo nubunt, pro *dote* Scutat. tantum quinquaginta reliquit in *Romana Subsidiarum Dotium* 27 Julii.

Juxta votum R. P. D. Urbis Vicesgerentis, quum imminuti essent fructus Locorum Montium, Sacra Congregatio ad duo tantum reduxit sex *Dotalia subsidia* ab *Angelo Angeletti* relicta, quorum alterum conferendum erit a Ven: Sodalitio S. Mariæ ab *Hortu* una cum veste, alterum ab hæredibus pii fundatoris; imminuit quoque mercedem pro exactio-
ne, nempe ad annua scutata quatuor, et obul: quadraginta, quot sunt quæ remanent, detracta *dotium* et vestium importantia in *Romana Commutationis voluntatis* 21 Septembris.

E

Eleemosina vide *Capitulares*, *Reductio*

Emolumenta funerum vide *Parochus*
Paraecia

F

Prorogavit judicium Sacra Congregatio super jure retinendi *Fenestram* in Ecclesia *Sancti Juvenalis* Reate ab *Aloysio Blasetti*, uti empiare *Palatii Amati*; statuit tamen apersam retinendam esse, usquedum vixerit *Clementina Amati* in *Reatina Odei* 21 Septembris ad I., et II. dub.

Quum nihil in jure communi statu-

tum sit de *Filii professione* emit-
tenda ab Examinatoribus, et Judi-
cibus Pro-Synodalibus, Convisita-
toribus, eorumque Secretario, Sacra
Congregatio dixit, eos in Diocesi Co-
maclen. illam emitte, multoque
minus renovare quoties in munere
confirmantur, non teneri, nisi ad-
sit contraria consuetudo, vel lex Sy-
nodalis in *Comaclen Professionis*
fidei 21 Augusti ad I., et II. Dub.
Funus vide *Parochus*, *Paraecia*.

I

Impedimentum vide *Matrimonium*

Impetratio vide *Capellania*

Impotentia vide *Matrimonium*

In decisis sub die 6 Maii 1820 stan-
dum esse, statuit Sacra Congrega-
tio quoad indultum absentiae a Cho-
ro concedendum inservientibus Se-
cretariis Congregationum EE. S. R. C.
Cardinalium pro expediendis nego-
cis tum Ecclesiastici, tum tempo-
ralis regiminis, nempe conceden-
dum esse pro diebus, et horis amis-
sis distributionibus quotidiani in
Romana Dubia Indultorum 25
Maii.

Quum Sancti Quirici Prioratus in Ec-
clesia Collegiata *Bellinon.* erectus
sit, ejusque Possessor onus habeat
omnibus Festis Choro inserviendi,
Sacra Congregatio declaravit hoc be-
neficium esse *incompatibile* cum
Canonicatu ejusdem Collegiatae, in
Comen Incompatibilitati Benefi-
cii, et Presentationis 14 Decem-
bris ad I. Dub.

Ideoque, facto verbo cum SSmo, in-
stituendum esse dixit ad Prioratum
Sancti Quirici Sacerdotem *Pagani-*
ni a Patronis presentatum, post-
quam Sacerdos *Ludovicus Molo* Ca-
nonicatum Collegiatae *Bellizon.* as-
secutus est. *ibid.* ad II. Dub.

Institutionum ad *Capellaniam* Laica-
tem in pago *Sancti Michaelis Bal-*

neoregien. Diocesis favore *Francisci de Grandis* presentati ab Hermanno de Monte Veteri Patrono Sacra Congregatio denegavit, ex eo praesertim quia praesentationis tempore irregularis, et suspensus ille erat in *Balneoregien Beneficium* 24 Augusti.

Ad Beneficium a *Juliana Fattinazzi Alatri* erectum instituendum esse censuit Sacra Congregatio Paullum Frioni, quam Litterae Apostolicae ejus favore late nullo laborarent vicio, quando e contrario illae, quas obtinuit Carolus Bernardini, nullae decernendae essent. Ideoque attentatorum purgationem, circumscriptionem, et tractuum restitutionem denegavit in *Alatrina Beneficium* 21 Septembris ad I., II., et III. Dub.

Jubilatio vide *Coadjutor, Concordia Juspatronatus* Capellaniarum, quod a *Nicola Mancini* institutrice relictum fuit Rodulpho Voglia, ejusque Masculis descendantibus, iisque deficientibus feminis; competere decrevit Sacra Congregatio *Rodulpho Voglia* juniori, quamvis ab Avo Jacobo Voglia in legitima tantum parte fuisset institutus, non vero competere illius Sororibus, quas Jacobus haeredes instituerat, quia testatrix de descendentali, non de haereditaria qualitate verba fecit in *Camerinen. Jurispatronatus* 27 Julii.

L

Ad Canonicum Damiani a die capte possessionis, solutis tamen annuis libellis 40 ad formam Bullae Erectionis distributiones ex piorum *Legatorum* redditibus pari modo, ut caeteri Canonici percipiunt, pertinere decrevit Sacra Congregatio in *S. Miniatensis* 27 Aprilis ad I. Dub.

Legata Pia vide *Redactio, Sanatio, Suspendio, Usufructuaria, Usus Fructus*.

M

Mansionaria vide *Nominatio*

Mansionarii vide *Capitulares*

Non constare de nullitate *Matrimonii* initi inter Bernardum Laujacq, et Catharinam Desideratam Latour die 24 *Januarii* 1785 statuit Sacra Congregatio tum quia in Processu servata non fuerunt, quae praescripta sunt in *Benedictina Constitutione*, tum quia plenae probationes impotentiae Viri desiderabantur. Imo quam mulier probare nequiverit non consummationem, denegata fuit *Matrimonii* dispensatio in *Burdigalen. Nullitatis, seu Dispensationis Matrimonii* 9 *Februarii*, ad I., et II. Dub.

Consulendum esse SSmo, praevio recessu a decisio, statuit Sacra Congregatio pro dispensatione a *Matrimonio* rato, et non consummato inter comitem Antonio Albicini, et Comitissam Liviam Columbani, inito, tum quia, quae ad non consummationem probandam requiruntur, in hac causa demonstratae sunt, tum quia in mutuo Conjugum consensu tempore non suspecto praestito, in relativa impotentia, aliisque circumstantiis aderat justa dispensandi causa. At cum Comitissa alterum *Matrimonium* inierit, antequam quaesitio definita fuerit, juxta constitutionem *Benedictinam* voluit Sacra Congregatio, ut illa moneretur de incurso in penis Canonis, ita ut consuleret conscientiae suae in *Forolivien. Nullitatis, seu Dispensationis Matrimonii* 30 *Martii* ad I., et II. Dub.

Quom ex plurimum depositionibus, quas Aloysius jurejurando confirmavit, perfectam copulam intercessisse inter hunc, et Mariam probatum fuerit, Sacra Congregatio ob allitatis impedimentum nullum declaravit *Matrimonium* initum a Paulo

Aloysii Fratris cum Maria in *Mel-
levitana Nullitatis Matrimonii* 27
Aprilis.

Quum probata fuerit consanguinitas in
quarto gradu inter Nicolaum San-
ctem Mastronardum, et Angelam Ma-
riam Orlando Civitatis *Angloni*
Triventinae Diocese s, Sacra Congre-
gatio nullum declaravit *Matrimo-
nium* inter eos initum in faciem
Ecclesiae in *Triventina Nullitatis*
Matrimonii 22 *Junii*.

Consulendum SSmo dixit Sacra Con-
gregatio pro dispensatione *Matrimo-
nii* initi inter Nicolaum Vecchioni,
et Margaritam Muscettola, quia ex
septimae manus, et conjugum ju-
ramento, nec non ex inspectione
Margaritae corporis *Matrimonium*
non esse consummatum ex viri im-
potentia manifeste apparuit, et quia
aderat in familiarum avessione ju-
sta dispensandi causa. Sed cum viri
corporis inspectio deficeret, et incer-
tum esset, utrum haec impotentia re-
lativa esset, vel absoluta, Sacra Con-
gregatio statuit, quod fides status
liberi Nicolao, inconsulta Sacra Con-
gregatione, non relaxaretur in *Nea-
politana Dispensationis* 27 *Julii*.

Hoc iudicium confirmavit in *eadem*
14 *Decembris*.

Judicium distulit Sacra Congregatio
supernullitate, vel dispensatione *Ma-
trimonii* initi inter Joachimum de
Arantes, et Mariam Das-Dores, et
mandavit causam iterum proponi
post aquas cum iisdem in *Bracha-
ren. Matrimonii* 21 *Septembris* ad
I., et II. *Dub.*

Matutinum vide *Capitulum*.

Quum Sacerdos Joseph Cagni Cano-
nicus Collegiatae Sanctae *Iustinæ*
in oppido *Mondulsi* Senogallien. Dioc-
cesis Canonatum obtinuerit, post-
quam redditus *all' appanaggio* de-
veluti fuerint, et quum collatio al-
terius Canonatus in suspenso man-
serit, ut fructus in Canonicos, et
Beneficiarios titulum sine re habentes
dividerentur, Sacra Congrega-

tio eum ab onere applicationis *Mis-
sarium Conventualium* eximendum
non esse censuit in *Senogallien.*
Missæ Conventualis 21 *Septembris*.

Attento silentio fundatorum, et con-
suetudine Sacra Congregatio censuit,
Missam tantum diebus Dominicis esse
celebrandam ad Altare Sancti Ray-
nerii in Ecclesia Primatiali Pisana
a Possessore Beneficii Poggesei in
Pisana Celebrationis Missarum 14
Decembris.

Sublata omni consuetudine, quae ve-
rius vocatur abusus, Sacra Congre-
gatio statuit a Capitulo Massanen.
Missam Conventualem esse cele-
brandam quotidie cum interventu Ca-
pituli, consulendum vero SSmo di-
xit pro gratia reductionis applica-
tionis pro benefactoribus in gene-
re ad omnes dies festos etiam re-
ductos ad decennium: itemque sta-
tuit *Missam pro Populo* a Canonico
Curato pro tempore offerendam esse
omnibus diebus festis etiam redu-
ctis in *Massanen. Reductionis One-
rum* 14 *Decembris* ad II., et III.
Dub.

Missa vide *Absolutio, Capitulares,*
Reductio, Sanatio, Suspendio,
Translatio.

N

Sacra Congregatio denegavit, ad Or-
dinarium devolutam esse *nominatio-
nem* Mansionariarum, quae erectae
sunt a Michaele Angelo Guarantuc-
ci in Oppido *Sorbolongo* Forosem-
pronien. Diocesis, quia hujus loci
Communitas non fuit extincta, sed
Castro Turris Camertis aequè prin-
cipaliter unita in *Forosempronien*
Jurispatronatus 20 *Maii*.

Naminatio vide *Capellania, Dota-
le Subsidium, Suspendio*

P

Quamvis Archiepiscopus Ravennatensis ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Suffragii sartam, incolamemque servandam eam declarasset succursalem, seu Vicariam *Paræciæ* Ss. Nicandri, et Marciani; tamen quum ex adjunctis, et consuetudine clare apparuerit, declarationem hanc nomine tantum factam fuisse, Sacra Congregatio dictam Ecclesiam neque succursalem, neque vicariam esse censuit in *Ravennaten. Jurium Parochialium 22 Junii ad I. Dub.*

Ideoque Ecclesiæ ejusdem Custodem, et Capellanum non esse Vicarium *Paræciæ* Ss. Nicandri, et Marciani, neque teneri *Parochum* coadjuvare, neque functiones ulla sub hujus dependentia peragere debere censuit Sac. Congregatio *ibid: ad II., et III. Dub.*

Eademque de Causa nullum jus habere *Parochum* in functionum non *Parochialium* exercitio, aut funerum emolumentorum perceptione, imo liberum esse statuit Sacra Congregatio Custodi sæpedito, vocandi ad libitum Sacerdotes occasione funerum, aliorumque functionum, quæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Suffragii fiant *ibid. ad IV., V., et VI. Dub.*

Antequam Sacra Congregatio aliquid decerneret de exoneratione *Parochi Castri Turrium* Tudertinæ Diocesis ab onere celebrationis per alium diebus festis in Oppido *Barattani*, vel de contributione ab hujus Oppidi incolis faciendâ pro congrua *Parochi* sententiam prorogavit, et Episcopo scribere censuit, ut, transmissis distincto statu activo, et passivo *Paræciæ* comprehensis incertis, referret de distantia villæ *Barattani* a *Paræcia Castri Turrium*, de numero Animarum, et

familiarum utriusque separatim, et cur per symbolam ad formam Sacri Conc. Tridentini *Sess. 24 cap. 13 de Reform.* augere nequiret Congregatio *Parochialis in Tudertina 25 Maii ad I., et II. Dub.*

Quum auctoritate ordinaria, non tamquam Apostolicus delegatus Archiepiscopus Lucensis in *Paræcia* Sancti Michaelis Lucensis Civitatis Petrum Lumini veluti *Parochum* instituerit, nullum Capituli juribus præjudicium intulit, ideoque Sacra Congregatio statuit, Lumini non esse institutum *Parochum perpetuum*, ita ut ad nutum Capituli amoveri non possit, sed huic sententiæ aliquid ad mentem addidit in *Lucana Jurium Parochialium 22 Junii*

Judicium prorogavit Sacra Congregatio super divisione *Paræciæ Castri Madamæ* Tiburtinæ Diocesis, sed statuit, ab Episcopo indici concursus pro Archipresbyteratu sub conditione, ut novus *Parochus* teneatur admittere divisionem *Paræciæ*, quatenus exequenda sit divisio 30 Augusti 1817, et ad mentem, quæ fuit, ut facta verbo cum Ssimo Vicariæ redigantur amovibiles ad nutum Episcopi cum dependentia a *Parocho*, et absque expeditione Litterarum Apostolicarum in *Tiburtina Parochiarum 27 Julii*

Juxta votum Episcopi Administratoris Ecclesiæ Anagninæ idest ut *Paræcia* Collegiatae Terræ Moroli ejusdem Diocesis dispertiat, et altera S. Petri instituat, Sacra Congregatio decrevit, et statuit, ut hæc nova *Paræcia* perpetuo Canonicali Sancti Petri uniretur, ita tamen, ut quatenus Canonicus sub titulo Sancti Petri *Parochus* ab exercitio curæ impeditus non esset, Choro interesse teneretur in *Anagnina Divisionis Paræciæ 24 Augusti ad I., et II. Dub.*

Paupertas Vide *Capellania*
Standum esse in decisio sub die 22 Decembris 1821 dixit Sacra Con-

gregatio, nempe Priori Ecclesie Parochialis sub invocatione Sancti Sixti Pisane Civitatis sedendi in Choro immediate post Canonicos, et *præcedendi in processionibus* Capellanos Ecclesie Primatialis Pisane nullum competere jus in *Pisana Præcedentia 22 Junii.*

Præsentatio vide *Institutio.*

Professio Fidei vide *Fidei Professio.*

R

Redintegratio vide *Sanatio*

Quum *reditus* Legatorum Ven. Ecclesie Metropolitanæ S. Petri Bononiae impares essent ad omnia ferenda onera a Testatoribus imposita, Sacra Congregatio juxta votum Emi Guerrieri Relatoris censuit *reducendas* esse expensas, juxta prudentis arbitrium Emi Archiepiscopi Bononiensis, et, quatenus opus sit, etiam eleemosynas, et subsidia dotalia, dummodo firmus sit Missarum numerus a Testatoribus præfinitus, nec non consulendum esse SSmo dixit pro absolute præteritis omissiones in *Bononien. Absolutionis, et Reductionis 27 Aprilis ad I., et II. Dub.*

Ut inopiæ Januensis Xenodochii consulere Sacra Congregatio ad decennium *reducendam* esse permisit Capellaniam a Joanne Baptista Constanti institutam, ita ut juxta votum Ordinarii tot Missæ celebrarentur, quot æquarent reditus, Eleemosina obul. 30 Januensium pro qualibet Missa in *Januen. Commutationis Voluntatis, et Reductionis 22 Junii ad I. Dub.*

Attento manualis Eleemosynæ augmento in Comen. Diocesi Sacra Congregatio ad decennium, et juxta votum Episcopi *reduxit* nonnulla Missarum legata in Ecclesia Conventus Servorum Beatæ Mariæ Virginis Oppidi Mandrisii ejusdem Diocesis, ita ut singulæ Missæ, inclusa ma-

nutentione, eleemosyna respondent obulis Romanis 24. circiter, idemque pro Legato *Brenni* voluit, ut Missæ decem celebrarentur, pro Legato *Turriani* Missæ in cantu duæ, et tres lectæ, et pro Legato *Bollina* Missæ Quadringinta, et quod ex earum Missarum eleemosyna remaneret in utilitatem cederet Conventus juxta Testatricis mentem in *Comen. Reductionis Missarum 22 Junii ad I., II., et III. Dub.*

Legatum Missarum relictum a Sacerdote *Pompejo Capriotti*, et alterum a *Catharina Tordini* non esse *reducendum* dixit Sacra Congregatio, quum nulla esset justa causa *reductionis*, imo præscripsit, ut Episcopus curaret fieri inscriptionem super bonis ad formam Testamenti *Catharinæ Tordini*, et denegavit quoque fundum legatum in pleno dominio adjudicandum esse familie *Jezi*, quum servanda esset Testatorum voluntas in *Ripana Commutationis Voluntatis, et Reductionis Missarum 24. Augusti ad I., et II. Dub.*

Reducenda esse Legata pia a *Vito de Ferro* relicta denegavit Sacra Congregatio, quum ejus hæreditatis reditus, quamvis imminuti, pares essent illorum satisfactioni. Sed consulendum esse SSmo dixit pro absolute præteritarum omissionum, celebratis decem Missis infra annum, attenda aliqua hæredum bona fide in *Mazzarien. Reductionis, et Absolutionis 14. Decembris ad I., et II. Dub.*

Reductio, vide *Suspensio*

S

Attempta aliqua bona fide, et paupertate Capituli Collegialis *Sancti Blasii* Civitatis *Final di Borgo Savonen.* Diocesis Sacra Congregatio Legati pii a *Francisco Masini* relicti commutationem, et inadimplementum,

quoad præteritum *sanavit*, nec non consulendum esse SSmo dixit pro absolute. Quoad futurum vero eadem Sac. Congregatio præscripsit, ut Legatum a impleretur ad tot Missas Lectas ad taxam perpetuam, assignato per Capitulum aliquo libero, et idoneo fundo, super quo fieri posset inscriptio pro securitate Legati; sin minus curaret Episcopus quotannis fieri a Capitulo Depositum alicujus summae arbitrio ejusdem Episcopi ad effectum investiendi usque ad redintegrationem libellarum terminum, ut describeretur in *Tabella in Saronen. 25. Maii ad I., II., et III. Dub.*

Attenta reddituum deficientia, urgente Ecclesie necessitate, et difficili præteritis temporibus ad Sanctam Sedem accessu, Sacra Congregatio censuit consulendum SSmo pro condonatione omissionis Missarum concedenda Conventui, seu Religiosis Conventus Servorum Beatæ Mariæ Virginis Oppidi Mandrisii Comen. Diocesis, et pro *sanatione* venditionis bonorum Ecclesiasticorum, celebrata unica Missa cum Cantu, et interventu omnium de familia in *Comen. Reductionis Missarum 22. Junii ad IV. Dub.*

Servitium Chori vide Capitalium.

Subsidia Dotalia vide Dos, Reductio.

Succursalis vide Parochus, Parœcia
Suppressio vide Concordia.

Piorum legatorum *suspensionem* Sacra Congregatio denegavit Collegiatae Camerinensi, quia Canonicis pensio largita fuit a summo imperante quæ antiquum reditum fere æquabat in *Camerinen. Missæ pro Populo, et Legatorum 27. Aprilis.*

Quum valde imminuti essent absque Capitularium culpa redditus Collegiatae Beatæ Mariæ Virginis de *Remedio Januen. Civitatis*; quumque ære alieno obrutum esset Capitulum Sacra Congregatio, facto verbo cum SSmo, ad decennium, si tandiu

protraheretur perceptio Crediti cum Gubernio liquidandi, Canonicatus vacantis tantum *suspensionem* concessit sine præjudicio celebrationis Missarum Canonicatui infixarum, in *Januen. Suspensionis 27. Julii ad I., et II. Dub.*

Quum tenuitas reddituum perduret, ad alterum triennium Sacra Congregatio prorogavit indultum *suspensionis* nominationis duorum Canonicatum, et Reductionis *Servitii Choralis* in Ecclesia Nullius Sancti Martini; ampliavit vero servitium juxta solitas clausulas, exceptis Octavis privilegiatis, et comprehensis quatuor Anniversariis pro Familia Pamphilia, sed statuit, ut interim Eminentissimus Protector referret de divisione totius redditus scut: Quatuorcentum trium, et obul: Septuaginta duorum, et ejus favori cedant redditus duorum Canonicatum Suppressorum. Denegavit vero Missarum reductionem in *Nullius S. Martini 24. Augusti ad I., II., et III. Dub.*

T

Attento Patroni consensu, et populi utilitate duas Missas Quotidianas ex voluntate *Antonii Francisci Bonzano. Burgi Sancti Salvatoris Casalen. Diocesis* celebrandas, alteram ad altare Sanctæ Mariæ Virginis de Rosario in Ecclesia Parochiali dicti Burgi, alteram ad altare majus Ecclesie PP. Capuccinorum *transferri* permisit. Sacra Congregatio juxta votum Episcopi in Ecclesia Hospitalis, et ad unam eas reduxit, quæ celebranda esset hora Populi commodiori a Parocho indicanda. Capellanus vero eligendus est idoneus et approbatus ad Sacramentales excipiendas confessiones, qui residere debet in Hospitali, et infirmis assistentiam præbere. Hujus stipendium in annis scutat. nonaginta quinque statuit Sacra Congregatio,

que decrevit quoque, ut superex-
tantes redditus erogarentur in cele-
bratione Missarum in Ecclesia Ca-
puccingrum, et ad altare a Testatore
designatum ad taxam perpetuæ in
Casalen. Commutationis Onerum,
et Voluntatis 27. Aprilis ad I., et
II. Dub.

U

Quum nullimode probetur canonica
unio Subcustodis cum Choralis Ca-
pellania in *Lucensi Collegiata Sancti*
Michaelis, unum sine altero posse
dimitti censuit Sacra Congregatio,
ideoque inutile esse duxit consulere
SSmo pro eorundem dismembratio-
ne in *Lucana 25. Maii ad I., et II.*
Dub.

Quum *Rinaldus Verardi* omnium Bo-
norum *usumfructum* uxori suæ re-
liquerit, cum onere, seu legato
distribuendi pauperibus, quod ho-
nestæ ejus exhibitioni superasset,
Sacra Congregatio censuit non mo-
bilium tantum, sed omnium bono-
rum *usumfructum* hoc legato esse
gravatum. Summam vero in ali-
monis viduæ erogandam non sta-
tuit Sacra Congregatio, sed ad for-
mam testamenti, et pro sua con-
scientiâ voluit, viduam jure suo uti
in *Cathacen 21. Septembris ad I.,*
et II. Dub.

Sacra Congregatio dixit, ut hæc Vidua
usufructuaria consuleret Confessa-
rio pro servando ordine Charitatis

juxta mentem Testatoris in his elec-
mosynis distribuendis, quin statue-
ret, in qua summa hoc legatum ap-
plicandum esse Nepti Viduæ *usufru-*
ctuarice ibid: ad III. Dub.

Ex Rescripto Rev. Fabricæ S. Petri *dis-*
sæ Capellanarum Gambardella in
Ecclesia *Stigmatum Sancti Francisci*
de Urbe ad duas ex tribus partibus
reductæ sunt, ideo Sacra Congrega-
tio juxta votum Eminentissimi Pro-
tectoris assignamentum pro Sacris
Utensilibus pro tertia parte redu-
cendum esse censuit in *Romana*
Capellanarum 9. Februarii ad I.
Dub.

V

Venditio, vide *Sanatio.*

Vicaria, *Vicarius*, vide *Paraecia*,
Parochus.

Vocem in Capitulo, seu jus ferendi suf-
fragium Sacra Congregatio non com-
petere statuit Josepho Grillo, Ca-
nonico Cathedralis *Oppiden* quia in-
signitus non erat Ordine *Subdiacon-*
natus, quamvis a Summo Pontifice
dispensatus fuerit super defectu æ-
tatis in *Oppiden. Vocis in Capitulo*
22. Junii.

Voluntas vide *Canellania.*

X

Xenodochium vide *Reductio*

F I N I S .

I N D E X

C O N C L U S I O N U M

*Quæ adnotatæ sunt in Foliis Causarum
anni 1822.*

ABSOLUTIO.

Si rationabili causa, et sine fraude
Hæredes legata pia non satisfecerint,
absolutionem merentur pag. 265.
§. *Ex.*

Sed ea conceditur, si hæredes ad ino-
piam sint redacti, et bona fide le-
gatorum satisfactionem omiserint
pag. 266. §. *Ad.*

ADULTERIUM

Non præbet justam causam dispensan-
di a Matrimonio rato pag. 7. §. *Desi-
cere*

Contrarium affirmatur pag. 249. §.
Pro.

ÆQUITAS.

Præ oculis habenda est in iis casibus,
in quibus deficit jus scriptum pag.
15. §. *Haec.*

AFFINIS

Vide = *Consanguineus, Missa.*

AGNATUS

Si testatoris verba agnationem, et fa-
miliam respiciant, nec ad certos
cohibeantur gradus, tunc etiam qui
decimum gradum excesserint jus do-
tali subsidio habent pag. 154. §.
Ubi.

ALIENANTES

Vide *Alienatio.*

ALIENATIO.

Bonorum Ecclesiasticorum alienatio-
nem Ecclesia semper improbat
pag. 126. §. *Semper*, et pag. 244.
§. *Res.*

Permisit vero alienationem, justa con-
currente causa, legibus, atque sta-
tutis solemnitatibus *cit. pag. 126. §.
semper*, et *cit. pag. 244. §. Justæ.*

Ideoque alienationis contractus solem-
nitatibus destituti nullius roboris
sunt pag. 127. §. *Edidit.*

Necessitas est justa causa alienationis
cit. pag. 127. §. Exadverso, et pag.
244 §. *Justæ.*

Haec vero necessitas habetur, ut *Æs*
alienum dimittatur, quod fructibus
dimitti nequeat pag. 245. §. *Justa.*

Hujusmodi bona alienantes, aliena-
tasque res recipientes excommunica-
tionis pœna mulctantur pag. 127.
§. *Edidit.*

Regularibus quoque prohibitum est
res Ecclesiasticas alienare *cit. pag.
127. §. Cum.*

Sed licentiam a S. Congregatione Con-
cilii petere debent, quæ gratis, et
in scriptis eis conceditur, si justa
adsit causa. *ibid.*

Vide *Necessitas.*

ALIMENTA.

Alimentorum nomine veniunt cibus,

potus, medicamenta, famulatus, et habitatio secundum personæ statum, et qualitatem pag. 235. §. *Agitur, et seq.*

Etiamsi redditus omnes hæreditatis impendere oporteret pro necessitatibus ejus, cui alimenta debentur *ibid.* Verum ratio habenda est quoque de regionis more *cit. pag. 235. §. Verum.*

APERITIO ORIS

Intrat arbitrium aperitionis oris, quando falsa sint Pontifici narrata pag. 40. §. *Valduccius, pag. 215. §. Ast, pag. 220. §. Totus, et pag. 221. §. Nihil.*

Et quando vera relicta sint pag. 215. §. *Ast, pag. 220. §. Accedit, et seq.*

ARCHIDIACONUS

In jure est amplissima, et primaria dignitas pag. 34. §. *Archidiaconi.* Ejus antiqua officia enumerantur *ibid, et seq.*

Nunc ei competit jus adsistendi Episcopo generales Ordinationes habente pag. 35. §. *Hinc.*

Necnon præsentandi ad Ordines Diaconatus, et Presbyteratus, quos non indignos noverit *ibid.*

Est hodie, prout aliæ dignitates, tantum honoris nomen pag. 35. §. *Sed.*

BENEFICIATUS

Vide *Beneficium, Onera.*

BENEFICIUM

Beneficia Ecclesiastica erigenda sunt in Ecclesia cum onere præstandi ibi aliquod Officium pag. 262. §. *Ad-dam.*

In erectione Beneficii nequit Ordinarius immutare dispositionem Testa-

toris, ac nova onera imponere pag. 263. §. *Tandem.*

Beneficiorum pluralitas vetita est pag. 255 §. *Quia.*

Hinc orta est incompatibilitas Beneficiorum *ibi!*

Qui beneficia incompatibilia retinere præsumit, utriusque ipso jure privatur *ibid.*

Vel saltem primum amittit *ibid., et pag. 257. §. Quatenus.*

Beneficia in eodem tecto erecta sunt incompatibilia pag. 256. §. *Inspiciendum.*

Juxta juris communis dispositionem fructus beneficiorum sive naturales, sive industriales a solo separati hæredibus Beneficiati debentur pag. 79. §. *Justa.*

Ad successorem in beneficio pertinent, qui a solo non sunt separati *ibid.*

A suspensione beneficiorum, seu Canonatuum, quæ important præbendarum diminutionem abhorrent **SS.** Canones pag. 130. §. *A suspensione.*

Neque suspendi possunt ad tempus sine causa *ibid.*

Justæ causæ suspensionis, et suppressionis sunt evidens utilitas, et tenuitas reddituum *ibid., et pag. 130. §. Quis.*

Beneficiorum suspensio ad tempus facilius, quam suppressio conceditur, dummodo detrimentum non patiatur chorale servitium *cit. pag. 130. §. A suspensione.*

Si Beneficii redditus oneribus non respondeant, vel illos augere, vel hæc imminuere oportet pag. 167. §. *Jam, et pag. 264. Præterea.*

Vide *Capellaniam, Juspatronatus, Officium, Regulæ Cancellariæ, Unio.*

BONA ECCLESIASTICA

Vide *Alienatio.*

CANONICATUS

In Canonicatu aliud est Officium, aliud Beneficium pag. 15. § *Accedit.*
Vide *Beneficium*, *Suspensio*.

CANONICUS

Vide *Capitulares*, *Professio Fidei*,
Vox in Capitulo.

CAPELLANIA

Manualis, et ad nutum amovibilis non est verum beneficium pag. 76.
Quatenus.

Vide *Episcopus*, *Missa*, *Substitutio*.

CAPITULARES

Canonicis, aliisque praehendatis titularibus conceditur indultum causa Studiorum pag. 12. § *Hinc*.

Pro praesentibus habentur, qui tempore invasionis deportati fuerunt, vel fugam arripuerunt pag. 17. § *Ad-*
dam.

Juxta Benedictinam *Cum semper oblatas* Capitulares tenentur Missam in Choro canere, et pro benefactoribus in genere applicare pag. 29. § *Praeterea*, pag. 181. § *Solos* pag. 203. § *Verum*, et pag. 272. § *Sed*.

Nec pro illa eleemosynam percipere possunt cit. pag. 29. § *Praeterea*.

Ob reditum tenuitate Missa Conventualis pro Benefactoribus reducitur ad solos dies festos de praecipuo pag. 202. § *Confirmat et* pag. 272. § *Sed*.

Sed tennes non dicuntur redditus Capitularium, si annua Sentata Tringinta excedant pag. 273. § *At*.

Canonici novae creationis participes non sunt de redditibus, ac emolumentis Capitulo obveniunt ante fun-

dationem novi Canonicatus pag. 30. § *Et contrario*.

Nisi voluntarie a Capitulo fuerint ad participationem eorundem admissi *ibid*.

Ex praescripto Tridentini habere debent communem distributionum Massam pag. 185. § *Mansionarii*.
Vide *Distributiones*, *Coadjutoria*,
Vox in Capitulo.

CAUSA FINALIS

Dicitur illa sine qua disponens non disposuisset pag. 227. § *Orat*.

CAUSA PIA.

In dubiis semper eligenda est pars, quae plenius favet Testatoris animae pag. 255. § *Et*.

CHORI SERVITIUM

Reducitur si tennes sint praehendae pag. 168. § *Cum*, et § *Verum*.

Si reductio concedatur, excipiuntur Adventus, Quadragesima, Dies festi, et Octavae privilegatae *ibid*.

Servitium Chori postponendum est muneribus Parochialibus pag. 189. § *Choralis*.

Vide *Capitulares*, *Distributiones*,
Horae Canonicae.

COADJUTOR

Expleto quadragenario laudabili servitio jubilationem mereri non posse videtur pag. 12. § *Sequitur*, pag. 13. § *Nec*, et pag. 14. § *Addendum*.

Quia tunc cessaret Ecclesiae servitium, Coadjutoriae causa principalis cit. pag. 12. § *Sequitur*.

Et incidere in meram prohibitam expectativam *ibid*.

Jubilationis indultum ei dandum esse videtur pag. 15. § *Haec*, et *seq*.

Acquirat jus ad rem ad Beneficium per Coadjutoriam *cit. pag. 15. §. Accedit.*

Jus in re suspenditur usque ad obitum Coadjuti *ibid.*

Et ideo non est verus Canonicus nisi post mortem Coadjuti *ibid.*

Gaudet tamen Officio, seu omnibus privilegiis Beneficio adnexis *§. ibid. et pag. 16. §. Quod, et seq.*

His conceditur indultum causa studiorum *pag. 12. §. Hinc*

Vide *Canonicus, Coadjutoria, Concilium Tridentinum.*

COADJUTORIA

Sacri Canones, et Patrum Decreta veterant Coadjutorias cum futura Successione *pag. 11. §. Quoniam.*

Ratio est, quia in Ecclesiasticis beneficiis hæreditariæ Successionis imaginem præferunt *ibid.*

Tridentinum eas tantum permitti videtur in Episcopalibus Ecclesiis, et Abatiis *cit. pag. 11. §. Quamvis.*

Atamen Summi Pontifices etiam Capitularibus Coadjutores dederunt *ibid., et seq.*

Hoc paulo post absolutam Tridentinam Synodum, sedente Sixto V., concessum fuit *ibid.*

Conceditur ob Ecclesiæ necessitatem, et utilitatem *pag. 13. §. semper.*

Vide *Coadjutor, Concilium Tridentinum, Expectativa.*

COLLEGIATA.

In Civitate Lucensi tres tantum ex quinque Collegiatis a SSmo sunt restitutæ *pag. 120. §. Particula.*

COMMUTATIO

Vide *Onera, Translatio, Voluntas.*

CONCILII S. CONGREGATIO

Vide *Alienatio*

CONCILIUM TRIDENTINUM

In Sess. 6. cap. II. De Reformat. statit omnes, qui beneficium residentiale obtinent, ibi residere debere *pag. 112 §. Despiciendum.*

Sess. 7. Cap. IV. De Reformat. beneficiorum incompatibilium pluralitatem vetat, et decrevit ipso jure utroque Beneficio privari illum, qui duo incompatibilia Beneficia retinere præsumat *pag. 255. §. Qua.*

In Sess. 21 Cap. IV. de Reformat. statuit Episcopis licere novas Paræcias constituere, etiam invitis Rectoribus si adsit legitima causa *pag. 190 §. Addam*

Eadem Sess. cap. V. de Reformat. permittit Beneficiorum uniones ad Parochorum paupertatem sublevandam *pag. 90 §. Oportet.*

Sess. 22 cap. IV. de Reformat. Canonicis, si Ordine Subdiaconatus insigniti non sint, prohibet vocem habere in capitulo, etiamsi hoc illis ab aliis fuerit libere concessum *pag. 96 §. Eos.*

In eadem sess. cap. VI. de Reformat. vetantur ultimarum voluntatum commutationes, nisi justa, et necessaria causa concurrat *pag. 50 §. Ultimas, pag. 100 §. E contra, et pag. 135 §. E converso.*

In sess. 23 cap. XVIII. de Reformat. assignantur nonnullæ justæ causæ commutationis testatorum voluntatis *cit. pag. 135 §. E converso.*

Sess. 24 cap. XV. de Reformat. ad sublevandam paupertatem præbendarum Canonicalium sive in Cathedralibus, sive in Collegiatis insignibus permittit, ut nonnullæ supprimantur, requirit vero patronorum consensum, si juripatronatus

- subjiuntur pag. 130 §. *A suspensione*, et pag. 168 §. *Quod*.
- In eadem sess. cap. XIX. de Reformat.* Expectativæ prohibentur omnino pag. 12 §. *Sequitur*.
- In sess. 25 cap. IV. de Reformat.* permittitur Missarum reductio, si eleemosyna adeo tenuis sit, ut difficile inveniatur, qui huic muneri satisfaciatur pag. 125 §. *Favet*.
- Ead. sess. cap. VII. de Reformat.* permittit, ut Ecclesiis Cathedralibus, vel Monasteriis dentur Coadjutoriae cum futura successione, quandourgens necessitas, aut evidens Ecclesiae utilitas hoc postulet, dummodo causa prius diligenter a Summo Pontifice sit cognita pag. 11 §. *Quoniam*.
- In eadem sess. cap. IX. de Reformat.* habetur, Episcopis licere presentatos a Patronis repellere, si idonei non sint pag. 177 §. *Nisi*, et pag. 178 §. *Ad*.
- Eadem sess. cap. XI. de Reformat.* Locationes bonorum Ecclesiarum ad longum tempus factas vetat pag. 244 §. *Res*

CONGRUA

- Congrua Parocho est necessaria, et si fieri potest, in re certa est assignanda pag. 63 §. *Ut*
- Hujus taxatio arbitrio Episcopi olim pendebat *ibid.*
- Nunc ex Constitutione S. Pii V. non est nec major centum, nec minor quinquaginta scutaris *ibid.*
- Ex hujus Sacrae Congregationis praesentibus centum scutarum statutum *ibid.*
- Juxta Constitutionem S. Pii V. ad exequendum Vicari Curati congrua quinquaginta scutarum esse debet pag. 112 §. *In tertio*
- Episcopus Parochianos compellere potest, ut congruam dent Parocho pag. 64 §. *His*
- Verum hoc fieri licet, si alia media dent *ibid.*

CONSAGUINEUS

- Charitatis ordo servandus praeter ceteris respicit consanguineos pag. 236 §. *Tandem*.
- Ideo Affines, et Consanguineae puellae ex verisimili testatoribus dilectione extraneis praefertuntur pag. 152 §. *Plura*, et pag. 236 §. *Tandem*.
- Ubi incertis puellis relictum fuerit dotale subsidium pag. 152 §. *Plura*, et pag. 237 §. *Accedit*.
- Ex Summi Pontificis indulgentia plurimum annorum subsidia cumulantur, ut consanguineis testatoris congrua assignetur *cit. pag.* 152 §. *Plura*, et pag. 154 §. *Porro*
- In hisce dotibus conferendis consanguinitas metitur jure civili, et usque ad decimum gradum pag. 153 §. *Addit*
- Vide *Agnatus*, *Missa*.

CONSENSUS

- Conjugum consensus, et juramentum non praebet justam dispensandi causam a Matrimonio rato pag. 141 §. *Post*, et pag. 243 §. *Qui*
- At quando adsit consensus Conjugum, facilius conceditur dispensatio Matrimonii rati, et non consummati pag. 6 §. *Quod*.
- Utriusque Conjugis consensus requiritur, ut valide assequatur Apostolica dispensatio super impedimento dirimente pag. 108 §. *Neque*.
- Vide *Dissensus*

CONSUETUDO

- Inveterata consuetudo vim legis habet pag. 89 §. *Inveterata*
- Ideo plurimum aestimanda est pag. 272 §. *Concurrit*
- Vide *Lex*.

CULTUS

Cultus Domini non debet minui, sed augeri pag. 130 §. *A suspensione.*

DELEGATIO

Apostolica Delegatio indubitanter constare debet pag. 121 §. *Verum*

DIGNITATES

Vide *Archidiaconus*

DISMEMBRATIO

Vide *Dissensus*

DISPENSATIO

In Causis dispensationis Matrimonii duo extrema sunt probanda, scilicet non sequuta consummatio, et justa causa dispensandi pag. 139 §. *In.*

Justa causa dispensandi debet esse gravis, urgens, gravissima pag. 249. §. *At.*

Vide *Consensus*

DISSENSUS

Ad impediendas translationes, et dismembrationes Paræciarum, nec non ad jus quæsitum tollendum plurimum valet interesse habentium dissensus pag. 65. §. *His.*

DISTRIBUTIONES

Distributiones quotidianæ amittunt, qui clausula *amissis* indulto gaudent pag. 84 §. *E contra*

Hæ distributiones dantur ex juris dispositione residentibus, et iis qui intersunt horis Canonicis *ibid.*

Avaritiæ est eos, qui ex munere mercedem recipiunt, nedum fructus

præbendæ, sed etiam distributiones lucrari *ibid.*

Concionatores, Lectores, et Studentes distributiones amittunt, quando muneris causa Choro non intersint *ibid.*

At Distributiones lucrantur, qui de mandato Episcopi confessiones excipiunt tempore Divini Officii pag. 242 §. *Advertant*

Vide *Capitulares*

D O S

Vide *Agnatus, Consanguineus, Reductio.*

ECCLESIA

In dubiis pro Ecclesiæ libertate respondendum est pag. 114. *In tribus*

Vide *Fenestra, Juspatronatus, Unio*

ELEEMOSYNA

Vide *Massa, et Missa*

E P I S C O P U S

Episcopi est omnino curare, ut pueri cæterique omnes Christianæ doctrinæ rudimenta discant pag. 56 §. *Modernus, et seq.*

Necnon ut exequantur piæ Fidelium voluntates pag. 149 §. *Nec.*

Laicalem Capellaniam Ordinario erigere licet in Ecclesia, quoties pius Testator non fuerit alienus, et id postulent Patromus, et Hæres pag. 47 §. *Si*

Juxta Clementis VIII. constitutionem = *Quæcumque* = ordinaria auctoritate Episcopus sodalitia redintegrare potest pag. 74. *Et.*

Episcopus Apostolicis concessionibus derogare nequit pag. 122 §. *Videtur.*

Episcopo licet presentatos a Patronis

repellere, si idonei non sint pag. 178 . *Ad.*

Quod non de Curatis tantum, sed etiam de simplicibus beneficiis est intelligendum *ibid.*

Vide *Archidiaconus*, *Beneficium*, *Congrua*, *Fenestra*, *Jus patronatus*, *Paræcia*, *Professio fidei*.

EXAMINATORES SYNODALES

Esse debent præstantissimi viri, et idonei pag. 193 §. *Idipsum*

Jurare tenentur, fideliter munus exequuntur postposita quacumque humana affectione *ibid.*

Vide *Professio Fidei*

EXPECTATIVÆ

Ab expectativa cum futura successione summopere abhorret Ecclesia pag. 11 §. *Quoniam*

Quia voto captandæ mortis præbet aditum *ibid.*

Harum odium removet Ecclesiæ necessitas, aut evidens utilitas *ibid.*

A Tridentino prohibitæ sunt pag. 12 §. *Sequitur.*

FENESTRA

Ecclesiæ Fundatori, vel insigni Benefactori ab Episcopo concedi potest facultas in Ecclesia fenestram aperiendi pag. 225 §. *Tunc.*

Ex hac Sacrum audire, ut præcepto adimpleatur diebus Festis, minus Summus Pontifex facultatem potest elargiri *ibid.*

Hæ Fenestræ sæpe sæpius denegatæ fuerunt pag. 229 §. *Sæcra*

FIDEICOMMISSUM

Intelligitur id, de quo quis suprema defuncti voluntate rogatus est, ut daret, vel faceret pag. 148 §. *Hæc*

FIDEI PROFESSIO

Vide *Professio Fidei.*

FŒMINA

Fœminæ pauperes præ masculis juvandæ sunt pag. 237 . *Accedit.*

Quia illis periculosior est paupertas, quam his *ibid.*

FUNDATOR

Pii Fundatores quascumque conditiones sibi benevisas cæteroquin honestas, et possibiles apponere possunt pag. 262 §. *Juris*

Vide *Fenestra*

GRATIA

In confirmatione, vel declaratione gratiæ nefas est asserere Pontificem errasse pag. 216 §. *Capituli*

Nullæ sunt quæ obtinentur ab una Congregatione, quum altera sit præventa pag. 220 §. *Accedit.*

HÆRES

Vide *Juspatronatus*, *Legitima*

HORÆ CANONICÆ

Ab antiqua Ecclesiæ disciplina improbatur usus recitandi in Choro post Completorium Matutinum diei sequentis pag. 20 . *Contra*, et *seqq.* pag. 241 §. *Hora*, et pag. 271 §. *His.*

At justa concurrente causa nunc permittitur pag. 19 §. *Favel*, pag. 241 §. *Hora*, et pag. 271 §. *His.*

Inter has causas Sacramenti Pœnitentiæ administratio, Canonicorum ætas, adversa valetudo, locorum finitimorum usus recensentur pag. 241 §. *Adnumerantur*

Et aeris insalubritas pag. 271 §. *His.*

HOSPITALIA

Vide *Missa*

INCOMPATIBILITAS

Vide *Beneficium*

IMPOTENTIA

Deducitur ex plurium mensium cohabitatione, quin sequatur copula pag. 248 §. *Qui.*

Vide *Inspectio corporis, Matrimonium, Septima manus.*

INDULTUM

Vide *Capitulares, Coadjutor, Coadjutoria, Distributiones, Jubilatio.*

INFIRMI

Vide *Officium*

INSPECTIO CORPORIS

Non necessaria est inspectio corporis mulieris ad probandam ejus integritatem, cum sint incerta virginitatis signa pag. 5 §. *Ad hanc, pag. 138 §. Statim, et pag. 141 §. Ad.*

Inspectio corporis viri non requiritur a Benedictina *Dei Miseratione* pag. 140 §. *Justam, et pag. 248 §. Si*

Sed centenaria consuetudo hujusmodi inspectionis veluti lex habenda est pag. 249 §. *Negat*

INTERPRETATIO

Ambigua Testatoris voluntas interpretatur juxta morem regionis, in qua ille versabatur pag. 235 §. *Verum.*
Vide *Lex, Privilegia.*

JUBILATIO

Jubilationis indultum Choralibus esse concedendum nullo Ecclesiae Cano-

ne sancitum est pag. 10 §. *Canonicis.*

Verum ex Sacrae Congregationis praaxi conceditur iis, qui continuum, et laudabile Servitium quadraginta annorum praestiterunt *ibid., et pag. 14. Addendum*

Conceditur quoque iis, qui partim tamquam Coadjutores, partim tamquam Principales, et Titulares Ecclesiae inservierunt pag. 10 §. *Canonicis.*

Qui jubilationis indulto gaudet ab onere celebrandi Missam Conventualem solutus censetur pag. 163 §. *Canonicis.*

Imo, et a residentia pag. 279 §. *Atamen*

Vide *Coadjutor, Coadjutoria.*

JUDICES SYNODALES

Eligendi sunt idonei ad judicandas causas, quae in gradu appellationis sibi delegari possunt pag. 193 §. *Immo*

Vide *Professio Fidei.*

JUS

Vide *Aequitas, Consuetudo.*

JUSPATRONATUS

In Patronatu mixto Patroni et haeredes, et descendentes esse debent pag. 40 §. *Falso*

In gentilitio Patroni in stirpes, et non in Capita explere debent nominationem *cit. pag. 40 §. Quod.*

Hoc juspatronatus transit ad Haeredes extraneos, extincta familia, et agnatione pag. 227 §. *Addit*

Jurepatronatus descendenti bus relicto gaudent descendentes, etiamsi haeredes non sint pag. 148 §. *Rodulphum.*

In jurepatronatus laicali magnus est est favor pag. 94 §. *Nec.*

Jus patronatus perimitur, quocumque modo sublatus e medio sit Patronus pag. 92 . *E medio*

Jure patronatus extincto, Beneficium, Capella, Ecclesia libera est, et ab Ordinario libere confertur pag. 93 . *Ita.*

Vide *Substitutio.*

JUS QUÆSITUM

Jus quæsitum immemorabili consuetudine firmatum tolli non potest pag. 64 . *Plura.*

Nisi urgens causa, noviter evenerit *ibid.*

Vide *Dissensus*

LEGATA

Collegio relicta omni'us de collegio tributa censentur pag. 29 . *Hæc.*

Fructus rei singularis legatæ exemptus intelligitur ab Usufructu omnium bonorum pag. 255 . *Et quamvis.*

Hæredi ex asse inutiliter scribitur legatum *cit. pag. 255 . Et licet.*

Nisi ille ex legato utilitatem sit percepturus. *ibid.*

Sub omnium bonorum usufructu legato comprehenditur mobilium, immobilium, et incorporalium universitas pag. 255 . *At.*

Vide *Absolutio, Missa.*

LEGITIMA

Pro vero hærede habendus est, qui in legitima tantum est institutus pag. 148 . *Rodolphum*

LEX

Interpretatur ex finali disponentis intentione pag. 112 . *Ex factis.*

Ex consuetudine quoque interpretatur pag. 83 . *Primo, et cit. pag. 112 . Accedit.*

Hæc vero verborum proprietati præ-

fertur in legibus interpretandis *cit. pag. 112 . Accedit.*

Vide *Consuetudo.*

MAGISTRI IN UNIVERSITATIBUS

Vide *Professio Fidei.*

MASSA

Ex Massa Capitulari solvenda est elemosyna Missæ Conventualis pag. 183 . *Mansionarii.*

Vide *Capitulares.*

MATRIMONII DEFENSOR

Ad hujus Officia pertinet in judicium venire in Causis Matrimonialibus, isque citari debet in quolibet actu judiciali pag. 206 . *Antequam*

Adesse oportet testium examini, voce, et scriptis Matrimonium tueri, omniaque deducere, quæ necessaria sunt ad Matrimonium sustinendum *ibid.*

MATRIMONIUM

Nullum est, quando vir absolute, vel relative consummationi sit impotens pag. 5 . *Dubitari*

In quarto consanguinitatis gradu vetatur, et si contractum fuerit dirimitur pag. 108 . *Matrimonium*

Contractum per vim, et metum est nullum pag. 208 . *Maricæ*

Quia in hoc Sacramento requiritur consensus *ibid.*

Vide *Adulterium, Consensus, Dispen- satio, Inspectio corporis, Metus, Septima manus, Testes.*

METUS

Definitur instantis periculi, vel futuri causa mentis trepidatio pag. 209 . *Contra.*

Ad removendum consensum metus non

jactationibus, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari debet *cit pag. 209 §. Et*

Ideo debet esse gravis in se, et quod certo immineat *ibid.*

Et debet continere mortis, vel cruciatus metus *ibid.*

Vide *Testes*

MISSA

Fructus Missarum celebrationi assignati converti nequeunt in sortis augmentum *pag. 103 . Contra vero*

Quia Defunctis utilius est Missas statim celebrari, quam in annos partiri *pag. 102 . Ex adverso.*

Harum reductio denegatur, si redditus licet imminuti pares oneribus remanent *pag. 126 §. E contra, et pag. 265 . Hinc est.*

Prius alia pia legata quam Missæ reducuntur *pag. 58 §. Proposita, et seqq., pag. 102 §. Ex adverso pag. 126 . Insuper, pag. 159 . Missarum, et pag. 266 . Quod,*

Etiamsi agatur de concursu legatorum favore pauperum *cit. pag. 58 . Proposita, et cit. pag. 126 . Insuper.*

Quia ex Sacrificiis incruentis magis consultitur animæ expiationi *cit. pag. 58 §. Testatores, et pag. 102 §. Ex adverso.*

At aliquando reducuntur, ut misericordiæ operibus succurratur *pag. 99 §. Et.*

Præsertim ut hospitalium inopiæ consulatur *pag. 47 §. Porro, et §. In votis, pag. 101 §. Alteri.*

Reducuntur quoque, si elemosyna adeo tenuis sit, ut difficillime inveniatur, qui eas celebrare possit *pag. 125 §. Favet, et pag. 159 . Et re.*

Reductio conceditur favore Patronorum, etiam contradicente interesse habenti, ac plenis capellaniis *pag. 157 §. Pro reductione.*

Imo eadem de causa aliquando etiam nominatio suspenditur *ibid.*

Idem conceditur favore consanguineis, vel affinibus *pag. 158 . Redir, et pag. 264. . Hinc.*

Verum non ad honestatem, sed inopiam Patronorum succurrendam Missæ reducuntur *pag. 159 . Et re, et pag. 266 . Et.*

Missæ quoque reducuntur, si præbendæ Canonicales tenues sint *pag. 168 §. Nec.*

Quum Canonialis portio non ad sola Missarum onera constituitur, sed ad congruam sustentationem Canonicis tribuendam *ibid.*

Vide *Fenestra, Jubilatio, Massa, Onera, Voluntas.*

MISSA C NVENTUALIS

Vide *Capitulares.*

MISSA PRO POPULO

Vide *Parochus.*

NECESSITAS

Quod non est licitum in lege necessitas facit licitum *pag. 127 §. Quod.*

Vide *Alienatio*

NOMINATIO

Vide *Missæ*

NULLITAS

Vide *Gratia*

OFFICIUM

Officia per omnia diriguntur ut beneficia *pag. 88 §. Ad.*

Nemo ob infirmitatem officium dimittere cogitur *pag. 89 §. Certissimum, et seqq.*

Hoc enim Ecclesiæ maximum asseret damnum *ibid.*

Vide *Beneficium*, *Unio*.

OBLIGATIO

Quæ sit ex falsa causa, amittit vim suam pag. 30 §. *Nihil*.

OBREPTIO

Obreptionis vitio laborant gratiæ, ad quas obtinendas falsa narrata sunt pag. 220 §. *Totus*.

Obreptitiæ, vel subreptitiæ obtenta ipso jure nullius sunt valoris pag. 257 §. *Quatenus*.

Verum stant in suo robore usque ad legitimam nullitatis declarationem cit. pag. 257 §. *At*.

Vide *Aperitio oris*.

ONERA

Onera debent fructibus respondere pag. 264 §. *Præterea*

Ideo istis imminutis illa imminui debent *ibid*.

Præsertim si id evenerit absque Possessorum culpa, vel fraude *ibid*.

Imo cessantibus redditibus, cessare debet onerum implementum pag. 23 §. *Quare, et seq., et pag. 265*.
Plura

Post canonicam beneficii erectionem, ne per fundatorem quidem beneficia augeri possunt onera pag. 163 §. *Cum*.

Quoties juri communi illa adversentur *ibid*.

Vide *Beneficium*, *Missæ*.

PAROCHUS

Oves suas pascere, et sacrificium pro eis offerre tenetur pag. 273. *Ind ibi*.

Hoc onus pertinet non solum ad Parochos perpetuos, sed et ad Vicarios temporaneos, et amovibiles *ibid*.

Per se satisfacere debent omnibus diebus festivis *ibid*.

Ad hanc Missæ pro Populo celebrationem tenetur non obstante reddituum defectu cit. pag. 273. *Hoc*.

Quem non reddituum causa, sed officii ratione hoc implere debet *ibid*.

Vide *Chori servitium*, *Congrua*, *Professio Fidei*, *Residentia*.

PARÆCIA

Ut Paræcia pividatur, legitima, et rationabilis causa requiritur pag. 190. *Addam*.

Pro hac legitima causa semper habitata est locorum distantia, sive difficultas, Paræciæ amplitudo hujusmodi *ibid*.

Episcopi est novas Paræcias ordinare, et antiquas dividere, etiam invito Rectore. *ibid*.

Vide *Dissensus*, *Unio*.

PATRONUS

Necessaria non est Patroni nominatio ad beneficii institutionem, quando unicus sit passive vocatus pag. 217 §. *Nec*.

Lite pendente Patroni nominari nequeunt cit. pag. 217. *Aldit*.

Patroni possunt præsentare tempore veræ vacationis tantum pag. 257 §. *At*.

Vide *Juspatronatus*, *Missæ*.

PAUPERES

Pauperibus extraneis conjuncti pauperes præferuntur pag. 237 §. *Accedit*.

Durum videtur uni soli impertiri, quod testator in plures distribui voluisse credatur pag. 237 §. *Sed*.

PENSIO

Pensionis emolumentum ab Invasore Canonicis assignatum redditibus Canonicatum suppressorum esse subrogatum, alias declaratum fuit pag. 23. *Verum.*

PRÆBENDA

Vide *Beneficium*

PRÆBENDATUS

Vide *Capitulares*

PRIVILEGIA

Quæ cedunt in aliorum detrimentum strictam recipiunt interpretationem pag. 96. §. *Verum*

Præsertim si sint contra jus. *ibid.*

PROFESSIO FIDEI

Episcopis, Prælatibus, Canonicis Cathedralium, Parochis, Magistris in Universitatibus Tridentina Synodus onus imposuit emittendi Fidei professionem pag. 192. §. *Quæstio et pag. 194. §. Verum*

Tenantur quoque Vicarius Generalis, Vicarii Foranei, Procuratores Promothores Fisci, Cancellarii Episcopales, cæterique Ministri ejusdem Curiae eam emittere *cit. pag. 194. §. Verum.*

Examinatores synodales, Judices synodales, Convisitatores, eorumque secretarius hanc professionem facere, obligati non videntur. pag. 192. §. *Quæstio, et seq.*

REDUCTIO

Ob imminutionem fructus Locorum Montium reduci solent subsidia Dotalia pag. 198. *Sacrosanta.*

Legatorum reductio pro rata generatim faciendâ est pag. 266. §. *Quod.*

Præsertim si par erga omnia Testatoris existimetur affectio *ibid.*

Vide *Missa*

REGULÆ CANCELLARIÆ

Ex regula 36. habetur pro beneficiatō legitimo, qui triennali possessione Beneficio gaudet pag. 74. §. *Addit.*

REGULARES

Vide *Alienatio*

RESIDENTIA

Parochi, alique, qui aliquo modo curam exercent animarum in Paræcia residere tenentur pag. 112. §. *Despiciendum.*

Residere quoque debent Clerici etiamsi, nullo Beneficio gaudeant in Ecclesia, cujus servitio sunt addicti in ordinatione pag. 279. §. *Huic*

Quod confirmavit Sacrum Concilium Tridentinum *ibid.*

Ob infirmam valetudinem indultum non residendi conceditur pag. 279. §. *Attamen.*

Vide *Jubilatio*

SEDILIA

Longa consuetudine laici jus acquirere in Ecclesia retinendi sedilia juri Canonico non adversatur pag. 276. §. *Orator.*

Ab Ecclesie Rectore, et præcipue ab Episcopo removeri possunt, quando sunt causa rumoris *cit. pag. 276. §. At contra.*

Improbantur vero hæ consuetudines pag. 277. §. *Jus.*

SEPTIMA MANUS

Septimæ manus depositioni suppleri potest per testes bonæ fidei pag. 5. §. *Ad hanc.*

Septimæ manus, et conjugum iurandum de non consummatione neces-

sarium est ad obtinendam Matrimonii dispensationem pag. 139. §. *Primum*.

SERVITUS.

Realis servitus transit una cum re pag. 226. §. *Nihil*.

Quum realium servitutum perpetua sit causa *ibid.*

Ideoque transit ad omnes Possessores pag. 227. §. *Orat.*

SODALITIUM

Vide *Episcopus*.

SUBREPTIO

Vide *Aperitio Oris*, *Obreptio*.

SUBSTITUTIO

Est quando hæres hæredi, vel Legatarius Legatario deficienti sufficiatur pag. 148. §. *Hæc*.

Substitutiones sublatae fuerunt a SSmo Lege edictali 5. Julii 1815, et Motu Proprio diei 6. Julii 1816. pag. 147. §. *Putant*.

His Legibus nihil innovatum est circa juspatronatus, Capellanias, aliaque hujusmodi pag. 148. §. *Rodolphum*, et seq.

SUPPRESSIO

Vide *Beneficium*.

SUSPENSIO

Vide *Beneficium*, *Missa*

TESTES

Unicus testis nullam probationem constituit pag. 112. §. *Despiciendum*.

Plurium testium depositiones unisonae plenam dant probationem pag. 208. §. *Mariae*

Præsertim si contra se ipsos affirmant *ibid.*

Plus creditur duobus testibus de vi, et violentia deponentibus, quam plurimis de spontanea voluntate *cit.* pag. 208. §. *Praeterea*.

Cum neutri testes de facto proprio testentur, magis credendum iis, qui pro Matrimonii validitate deponunt pag. 209 §. *Contra*.

TEXTUS CANONICI

In Can. Singula distinct. 89. noxium atque turpissimum dicitur, si non dividantur singulis singula ministeria pag. 87. §. *Beneficiorum*, et pag. 255. §. *Videndum*.

Can. 5. Caus. 33. quest. 1. et cap. Accepisti de Frigid, et Maleficiat. statuunt, testimonium viri de consummatione Matrimonii præferendum esse illi Mulieris pag. 210. §. *Matrimonii*.

Cap. super Litteris de Rescriptis obreptionis vitio laborare dicit Pontificias gratias, ad quas obtinendas fraude falsa sunt exposita pag. 220. §. *Totus*.

In Cap. Proposuisti de Probat. dicitur, Mulieri suam Virginitatem probanti esse credendum etiamsi vir jurejurando contrarium affirmet pag. 210. §. *Quoad*.

Cap. Non debet de Consang. et Affinit. jubet, dirimi Matrimonium contractum inter conjunctos quarto consanguinitatis gradu pag. 108. §. *Matrimonium*.

Cap. Is qui, et cap. Si quis de filiis Præbyter. in sexto statuunt, dispensationes strictè esse interpretandas pag. 96. §. *Verum*.

In Cap. Detestanda De Conces. Præbend. in sexto omnis promissio, per quam datur via ad beneficia vacatura, improbat pag. 111. §. *Quoniam*.

Cap. 15. De Regulis juris in sexto

- statuit odia restringi, et favores ampliari pag. 228. §. *Præterea.*
- Cap. 28. eod. tit. præscribit, quæ a jure communi exorbitare nequaquam ad consequentiam esse trahenda *ibid.*
- Cap. 46. eod. tit. dicit, eum, qui in jus succedit alteri eo jure, quo illum uti debere pag. 15. §. *Accedit.*
- In Cap. 55. eod. tit. statuitur, ut qui sentit onus sentire debeat commodum, et e contra pag. 23. §. *Verum, et pag. 202. Et re.*
- In *Clementina 1. De Rebus Ecclesiæ non alienan.* alienationes rerum Ecclesiarum, servatis servandis, permittuntur, si necessitas, aut utilitas Ecclesiæ hoc postulet pag. 127. §. *Ex adverso.*
- In *Extravag. Ambitiosæ De Rebus Ecclesiæ alienan. vel non prohibentur* alienationes rerum ad Ecclesiam pertinentium; contra alienantes infliguntur pænæ, et contractus hujusmodi sine solemnitatibus peracti nulli declarantur, *cit. pag. 127. §. Edidit, et pag. 244. §. Res.*

TEXTUS CIVILES.

- Lex 1. Dig. De Usufructu etc.* definit usumfructum, jus alienis rebus utendi, fruendi, salva eorum substantia. pag. 50. §. *Neque.*
- In *Leg. 36. Dig. De Legibus et Senat. Cons.* consuetudo vocatur optima legis interpretis pag. 112. §. *Accedit.*
- Lex 10. Dig. de Reg. Juris* statuit, commoda cujusque rei cum sequi, quem sequuntur incommoda pag. 13. §. *Accedit, et pag. 202. §. Et re.*
- In *Leg. 137. Dig. De Reg. Juris* habetur non esse singulis concedendum, quod per Magistratum publice possit fieri pag. 125. §. *E contrario.*
- Lex. 14. Cod. De Sacros. Eccles., et Aut. Hoc jus Cod. eod. tit. Ecclesiasticorum honorum alienationem vetant* pag. 126. §. *Semper.*
- Lex 2. Cod. Mandati etc.* declarat

unumquemque esse rei suæ moderatorem et arbitrum p. 165. §. *Ani-madvertendum.*

In *Leg. 20. Cod. De Donation. ante Nuptias* dicuntur nullæ donationes, quæ fiunt ex falsa causa pag. 30. §. *Nihil.*

TRANSLATIO

- Missarum sæpius denegatur pag. 46. §. *Missarum.*
- Præsertim si deterior fiat conditio alicujus *ibid.*
- At conceditur, si hoc postulet publica utilitas, vel necessitas. *ibid.*
- Vide *Dissensus, Onera, Voluntas.*

VICARIUS CURATUS

Vide *Congrua.*

V I S

Vide *Matrimonium, Testes.*

U N I O

- Beneficiorum, ac officiorum unio inter odiosa collocanda est, nec promovenda pag. 87. §. *Beneficiorum.*
- Quia hanc Sacri Canones abhorrent *ibid.*
- Ad illam probandam requiritur titulus demonstratus, vel per authenticum instrumentum, vel per litteras unionis pag. 88. §. *Præterea.*
- Vel diurnitas temporis, ac longissima observantia *ibid.*, et pag. 89. §. *Inveterata.*
- Beneficia quæ sunt unita, veluti unum considerantur, eodemque temporis instanti conferuntur *cit. pag. 88. §. Ad.*
- Ad Paracciarum paupertatem sublevandam a Tridentino permittuntur Beneficiorum uniones pag. 90. §. *Oportet.*
- Idem dicendum Cathedralium, et Collegiatarum favore pag. 165. §. *Quod.*
- In unione Beneficium, vel Ecclesia, unita quasi exinguitur pag. 92. §. *E medio.*

Et naturam, qualitates ac privilegia principalis Beneficii, vel Ecclesiæ, cui unitur, assumit. *ibid.*

In unione æque principali privilegia uni concessa alteri competunt, et si contraria sint, favorabilia, et meliora conservantur pag. 93. §. *E contra.*

VOLUNTAS

Testatoris voluntas est servanda. pag. 46. §. *Missarum*, pag. 50. §. *Ultimas*, pag. 75. §. *Negant*, pag. 100. §. *E contra*, pag. 135. §. *Sacra*, pag. 149. §. *Nec*, pag. 158. §. *Sed*, pag. 198. §. *Sacrosanta*, et pag. 265. §. *Hinc.*

Ne viventes a piis dispositionibus retrahantur, *cit.* pag. 100. §. *E contra.*

Quando Testatoris voluntas resistat, neque in melius commutari potest. *ibid.*

Commutatur vero ex solius Romani Pontificis dispensatione pag. 50. §. *Ultimas*, et pag. 75. §. *Negant.*

Et accedente justa, ac necessaria causa, *ibid.*, pag. 100. §. *E contra*, pag. 135. §. *E converso*, pag. 158. §. *Sed*, et pag. 198. §. *Sacrosanta.*

Aliter commutatas semper Sacra Congregatio improbavit, *cit.* pag. 75. §. *Negant.*

Voluntas viventis non ab argumentis est quærenda, sed ab ipso est declaranda pag. 122. §. *Videtur.*

Quæ ad redemptionem votorum pertinent extenduntur ad voluntatis commutationem pag. 135. §. *Videndum.*

VOTA

Redimuntur, vel commutantur, si adsit æqua, honesta, et utilis causa pag. 135. §. *Videndum.*

VOX IN CAPITULO

Non habent Capitulares vocem in Capitulo nisi insigniti sint saltem ordine subdiaconatus pag. 96. §. *Eos.* Neque illam concedere possunt Capitulares *ibid.* et *seq.*

Dispensatis a Pontifice super defectu ætatis hæc vox tribuitur pag. 97. §. *Attamen.*

Vide *Concilium Tridentinum*

USUSFRUCTUARIUS

Jus habet rebus hæreditariis utendi, fruendique, sed salva eorum substantia pag. 50. §. *Neque.*

USUSFRUCTUS

In rebus fungibilibus verus ususfructus esse non potest, sed quasi ususfructus pag. 234. §. *Quin.*

Qui hoc fruitur solam æstimationem restituere cogitur *ibid.*

Vide *Legata.*

FINIS.



BX **Catholic Church. Congregatio**
1935 **Concilli**
A36 **Thesaurus resolutionum**
t.81-82 **Sacrae Congregationis Concilli**

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 15 14 19 10 013 2